



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>

4601



30 a 3

31-9-3

30 a 3
40
40
40

Der
N° 4601

HISTORIA
PROVINCIÆ SOCIETATIS JESU
GERMANIAÆ
SUPERIORIS.



АЛЮСТЕН
УНИВЕРСИТЕТСКОЕ ПРИЛОЖЕНИЕ
ЗАНИМАЕТ
ДВОЙНОЕ ПРИСПОСОБЛЕНИЕ

HISTORIA
PROVINCIÆ SOCIETATIS JESU
GERMANIÆ
SUPERIORIS,
QUINQUE PRIMAS ANNORUM COMPLEXA
DECADES.

AUTHORE
IGNATIO AGRICOLA,
Societatis JEsu Sacerdote.

Vel adi' de la Compania de Iesu del Alcalá.

Superiorum Permissu.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus GEORGII SCHLÜTER & MARTINI HAPPACH.
ANNO MDCCXXVII

Dono P. Josephi Cassini.

АЛЯСКА
PROVINCIAL SOCIETY FOR
ЕРМАНІА
SUPPLYING
GIMMEL PRIMUS ANNORUM CONSULAT
DECADES.

ЛІГІДАЛІА АКІДОЛІ

Society for the Supplying

of the Gimmel Consulate

with the First Decade

of the Year of the Consulate

of the First Consul



ADMODUM REVERENDO
PATRI IN CHRISTO
P. MICHAELI ANGELO
TAMBURINO
SOCIETATIS JESU
PRÆPOSITO GENERALI.

Admodum Reverende
Pater in Christo.



Istit se Tibi Venerabunda, Societatis
JESU per Germaniam Superiorem Provincia,
novique Operis, quo suos ortus, atque pro-
gressus, actaque Sociorum, quos enutritivit, po-
sterorum memoriae tradit, seu Historiae suæ pri-
mam Partem, in quinque annorum decades
dispertitam demississimè dedicat. Ut autem
hasce primitias tuis initiandas auspicis, tuis muniendas præsidiis,

DEDICATIO.

tuis sacrandas manibus auderet offerre, suggestit fiduciam candidissima illa tua facilitas, innataque erga omnes subditos tuos tanquam Charissimos in Christo Filios plus quam paterna benignitas, quibus omnium mentes tibi ita concilias, ut propensissimo studio nihil non solertissime curent, quod ad optimi Parentis sancta Solatia (quae sola admittis) progignenda idoneum esse arbitrantur. Felices nos, si ad haec conferre aliquid possit isthac lucubratio nostra! Et sane merito sperare id licet: duobus abhinc annis in Provinciae nostrae Gymnasia introductum est Tyrocinium Historiae Sacræ atque Profanæ, ut hac ratione Orthodoxa juventus abstraheretur à lectitandis Historicis, quorum scriptis, & casta fides, & debita Hierarchia Ecclesiastica veneratio saepius laeditur: quæ res uti universali Principum, Nobilium, & omnium Ordinum commendatione est cœpta, ita quoque tibi (ut prolixè testari dignatus es) jucundissima accidit. Igitur neutiquam dubitandum, placitaram tibi quoque Historiam ex toto Sacram, eamque domesticam, quæque expleat Vota Venerabilium è Societate in alma Urbe Virorum non ita pridem indicata ab eruditissimo Historiae Universalis Ordinis Nostræ Scriptore, dum haec ipsissima verba typis vulgavit: optare fe, ac sperare ventrum tempus, quo quilibet Societatis Provincia propriam ac peculiarem rerum suarum, ac domiciliorum Historiam fusè ac minutatim conscribat.

Quam meritò haec optentur, ac sperentur nemo non facile videt: obviæ sunt causæ, atque utilitates permagnæ: inter quas postrema non est, ob quam nobis etiam gratulemur, si Paternitas tua Admodum Reverenda operâ Provinciae nostræ omni loco, omnique tempore, quemadmodum hactenus, ita deinceps, ut velit ad vastas illas, & utrumque orbem pro amplificanda Numinis gloria complexas designationes, quas assidua mente foves, & indecessâ operâ auges. In hoc, quod votis nostris hucusque dignatus fueris velificari, summas tibi debemus, & reddimus grates. Vix ad supremae Ordinis nostri gubernacula evectum te fuisse læta conspexit Societas JESU, cùm singularem lætandi causam Provinciae nostræ dedisti, quando ad debellandam iterum in barbaris Indiae, Americæque Regionibus Idololatriam in nostra Superiore Germania sacrorum militum delectus haberi voluisti. Et, quæ Dei gratia erat, invenisti plurimos, eosque tam avidos præliandi prælia Domini, ut missis bene multis omnium crucis vexillum in varias novi orbis plagas sequi cupientium ardentibus desideriis satisfieri non posset. Nec tamen ita totus curâ juvandi gentes transmarinas fuisti abreptus, ut non in transalpinas quoque terras studia tua in animorum bonum porrigeres. Expertus, quantum cis montes in Italia Missionum Apostolicarum excursio-

D E D I C A T I O


nibus ad extirpanda vicia, virtutésque inferendas proficeretur, Cosmo III. Magno Heturiae Duce, Ejusque filia Eleætrice Palatina vidua præsertim clementissime, admittentibus sperare cœpisti, eadem fieri in Germania posse, & ut fierent, frangere glaciem apius es. Et en magni hujus, novique moliminiis magna tibi opportunitas est visa in nostra Germaniae Superioris Provincia, quæ statim sacras hasce Missiones in diversis intra & extra limites suos Regionibus cum incredibili animarum fructu obivit, adçò, ut omnis conditionis fideles, Principes, atque Republicæ, & cum primis ipse Augustissimus Cæsar Carolus VI. sancta piaque æmulatione Apostolicos hos operarios sua in Dominia accersiverint, cum singulari subditorum solatio, coprofissima animarum messe, mirâque apud omnis ordinis, cætatis, & Lexis homines morum emendatione. In hodiernum usque diem triplicatus hic Missionariorum manipulus, verno, æstivo, autumnalique tempore pagos & villas rusticanas, desertos montes vallésque percursat: hyeme verò in oppidis, urbibusque nobilium ac litteratorum Ordines, scholasticorum Gymnasia, opificum tribus, quin & fœminarum cœtus pro cuiusque statu conditione sacris Sancti Patris Nostri Ignatii commentationibus excolit. Unde, ut suprà contestati jam fuimus, nil foret iniquius, quam si non tibi agerimus profundissimas grates, simûlque profliteremur, nos gaudere summopere, dum Româ intelligimus, quod inter plurimas, easque gravissimas Gubernationis tuæ curas tibi sit levamentum præcipuum vel legere vel audire ditissimam messem animarum, quæ ex Apostolicis Missionibus tum transmarinis, tum transalpinis ab operariis tuis colligitur. Novo id nobis incitamento est, ut & cætera omnia, quæ apud nos jam indè ab exortu Provinciæ gesta sunt, tuo Nomini inscribamus, certi, perquam multa in historia hac comprehensum iri, quæ & ex se scitu dignissima, & aliis nova, & præsertim paterno animo tuo futura sint jucundissima. Patere igitur, Admodùm Reverende Pater Generalis, patere hanc, tota quanta est, Provinciæ nostræ Historiam tuo nomini consecrari, eique paternam tuam Authoritatem solita tua benignitate ita indulge, ut dum tibi demississimè dedicatur, tua etiam defensione muniatur; quippe si tuæ unius tutelæ commissam acceptaveris, recipiet illa vicissim approbationem ab universis; nec enim facile quispiam scriptionem damnabit, cui nomen tuum præfigi concederis; namque hoc ipso judicâsse videberis, haud esse indignam, quæ publicam lucem mereatur & fidem. Quin & id rogamus, ut quamdiu opitulante Numine cœptam modò historiam pertexemus, tu scriptori, quisquis is fuerit, ac toti Provinciæ bene precari velis. Sic enim verò novis titulis obstrictissimi erimus, quotquot in Germaniae Superioris Provincia degi-

D E D I C A T I O.

degimus, ut communibus omnium votis nostra quoque sociemus. Nemo est, qui non propter celebratam ubique tuam virtutem, prudentiam, scientiam, aliisque decora (quae, nisi tua vetaret modestia, hic memoranda venirent) plurimos adhuc tibi vitae & Regiminis annos publico Societatis subditae commodo exoptet: idem & nos filiali affectu & submississima devotione precarnur: Favcant boni Superi precibus, & annuant votis: tu vero Admodum Reverende Pater precum fructu, votorum eventu frucre quam diutissime.


Admodum Reverendæ Paternitatis tuæ

**Humillima & Devocissima
Provincia Germaniæ Superioris.**



Facultas R. P. Provincialis.

Facultas R. P. Provincialis.
Go Franciscus Xaverius Hallauer Societatis Jesu per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, facta mihi potestate ab admodum R. Patre nostro Michaële Angelo Tamburino, Societatis universæ Præposito Generali, librum, cui Titulus: *Historia Provinciæ Superioris Germaniae Societatis JESU*, à P. Ignatio Agricola, ejusdem Societatis Sacerdote conscriptum, per Dominos Georgium Schlüter, & Martinum Happach, Bibliopolas Augustanos, typis edi permitto, iisdémque DD. Bibliopolis Jus concedo usurpandi Privilegii Cæfarei, quo Typographis & Bibliopolis omnibus prohibetur, ne vulgatos à Societatis nostræ Patribus libros absque Superiorum, authórumque consensu in eadem, aut diversa lingua recudant, vel intra S. R. I. fines, & Hæreditarias S. C. M. Provincias importent. Facultatem hanc (de prima duntaxat impressione intellectam) manu mea, & con sueto Officii Sigillo firmavi. Landspergæ 8. Septembris 1727.



FRANC. XAV. HALLAUER.

PRÆFATIO.

Evidem tam ambitious ego propriique judicij estimator non sum, ut ipius haud intelligam, plurima in hoc opere, nimirum Scriptoris culpa, inventum iri, quæ severiorem eruditæ Lectoris censuram neantur, optare tamen mihi licitum erit, ut nemo lucubratioem nostram ex eo duntaxat capite condemnet, suppressamque velit, quod argumentum sibi invisum tractet. Erunt, qui pro eo, quod uti adversus Ordines Religiosos ceteros, ita & Societatem JESU, quin & ipsam Religionem orthodoxam feruntur, odio, ubi historiam contexi videbunt, quæ viros Societate JESU, & res ab his in Provincia Germaniaæ Superioris insigniter gestas recensent, unguem protinus acerbè figant, clamitentque, meram hanc esse jactantiam, & effrenem gloriandi libidinem, iis utique ante alios indecoram, qui omnia sua a Majorem Dei gloriam à se referri buccinant. Enimvero ita est (heus vos, temerarii cordium urinatores, & arcanorum, quæ intimis aliorum animis recondita protrahitis, malignissimi interpretes) ita est: cum Societas JESU acta sua in Germaniaæ Superioris Provincia commendanda posteritatis memorie profert, unicè effert ad amplificandam Supremi Numinis gloriam. Aut verò, an hanc, an potius nil aliud, quam ut gentis suæ famam, nomenque illustraret, spectavit Ecclesiasticus, cum per plura libri capita laudaret viros gloriosos in generatione sua? An ad nihil aliud Lucas accommodavit mercenariam pennam, quam ut differenda per orbem subserviret Apostolorum gloriola, cuius pars in se quoque redundaret, utpote amicum eorundem, ac socium? Hos Divino Spiritu excitatos Scriptores, & eum, ad quem hi collinatur, scopum præ oculis fixum habent, quotquot Ecclesia & Ordinum Religiosorum Acta memorie produnt. Et pro quantus horum est numerus! An extat quisquam, non dico integer Religiosorum cœtus, sed celebrius aliquanto Asceterium, & Congregatio Virorum juxta ac Virginum, cuius origo, progressus, res gestæ typò non prodierint in publicum? His monumentis universis nihil aliud à mundi contemptoribus queri, quam inania mundi crepitacula, plausus & acclamations, quis ausit eructare, nisi maledicu*s*?

Alio longè principio sacræ nituntur Historiae, alio informantur Magisterio. Is, qui illuminide omnem hominem venientem in hunc mundum, disette riandat, ut ita lucent lux nostra coram hominibus, ut videant opera nostra bona, & glorificant Patrem nostrum, qui in cœlis est. Qui palam oculis presentium fieti jubet benedicta nostra, ut horum intuitu ad laudem datoris bonorum omnium excitentur ii, qui vident, probabit sanè, ut posteriorum etiam innotescant æstatibus. Existent semper inter mortales quam plurimi, qui nihil magis exceptent, quam ut laudetur Deus à Seculo in Seculum; & habebunt utique laudandi materiem ex eo, quod intelligent, ingens omni ævo fuisse operæ pretium, ut Ecclesia institutam à Christo conservaret Venerabilis Cleri Hierarchiam, & Clero auxiliares adjungeret Religiosorum Ordines, atque sic nulla non esset sacratorum Deo hominum conditio, in qua nullâ modo pariter ægat multa audiissent, qui ardenter in virtutis propriae perfectionem, in alienæ salutis promovendæ incrementa per quam studiosè utiliterque incubuissent. Quæ res cum universis restè credentibus maximum solarium causamque laudes Deo & gratias agendi afferre soleat, & vel ob hoc unum digna evadat, ut cum posteritate communicitur, quanto majorem animi consolationem iis progignet, qui in aliquo diverorum tot sacrorum cœtuum versantur, quorum nullus non plurimis virtutum exemplis, & celeberrimis pietate ac doctrinâ viris coruscat. Lætandi itaque incitamenta, cum habebunt singuli singulorum Ordinum Alumni, quod ad vitam in tam nobili,

PRÆFATI.

& sanctitatis ferace Sodalitio degendam electi à Deo fuerint : confirmabuntur hinc magnopere , ut in sua quiske vocatione , in qua vocatus est , permaneat . Quin , quod consideratu præcipuum est , stimuli addentur fortissimi , ut faragant posteri , ne à præviis majorum vestigiis devient , ne id mereantur audire , quod S. Chrysostomus ^{Tra&t;} nonnemini exprobavit : *Crimen est , quod , cum exemplum haberet domesticum , vir-* ^{in ter-} *tutem non es imitatus.* Monebuntur demum , ut si quos culpa sua , ac disciplinæ ^{ra mo-} contemptu ea felicitate , qua in sacra familia frui potuissent , excidisse (quod veri a- mans Historicus filere non debet) atque de cœlo in cœnum prolapsos fuisse leget , cautores ipsi avia devitent , quæ in tam horrenda devolvant præcipitia . Hæc sunt emolumenta , hi fructus , quos nequaquam inaniter speraverunt Religiosi Ordines , curri peculiares suas in lucem ediderunt historias . Eadē spe inducti si & nos idem faciamus , quis amabo soli Provinciæ nostræ ceu perperam factum , exprobabit ?

Quid , quod Apostolo monente , *bona providere oporteat , non coram Deo tan-* *tum , sed etiam coram hominibus?* Quantò igitur magis cavere mala ? An verò pe- jus quidquam est ingrato animo ? Id sanè consiceremus vitium , si non perenne sta- tueremus monumentum grati erga illos animi , quorum perennis æquè ac profusissi- ma in Provinciam Societatis JESU per Superiorem Germaniam extitit beneficentia . Perpetuum ferè miraculum est , quod , cùm Familia nostra minima inimicos semper habeat ac hostes peracerbos , benignissima Numinis provisio de Patronis ex adver- so prospiciatur semper , qui , quidquid autoritatis , ac potentiae habent , in Societatis defensionem , commoda , incrementa , propensissima voluntate impendunt . Experi- ritur id in hunc usque diern peculiariter Provincia nostra . Sæpius quidem gravibus hac afflictata est ærumnis , sed bellicis plerumque & ex publica prognatis populorum calamitate ; in quibus ipsis tamen parata semper invénit subsidia & fulcimenta . Jam indè à Provincia exorsu fuere , qui Collegia conderent , qui condita dotarent libertali- ter , foverent amanter , constanter tuerentur , ac protegerent . Nemo ullus ex mundi Principibus hucusque extitit , qui Provinciæ nostræ rebus asper , imò , qui non be- nignus , clementissimè favens esset . Et fuerunt hi Summi Pontifices , Cæsares , Electores , Principesque Imperii , Archiepiscopi , Episcopatum Præsules , Cœnobio- rum Antistites , Respublicæ , urbes , ac præcipua per Germaniæ Superioris Circulos la- tissimè diffusa Nobilitas . Tantorum nos Patronorum memoriam ut conservemus , & gratum perpetuo contestemur animis , prodeße arbitramur , si præsentem evul- gemus historiam . Consilium de hoc accipimus ab eruditissimo viro , qui hanc pri- dem universæ Societatis nostræ historiam Francisci Sacchini calamo à Claudi Aquavivæ Præpositi Generalis initis usque ad annum rectionis decimum perductam con- tinuavit . Is libro decimo quinto , numero tricesimo secundo ita loquitur : Opta- tissimum nobis esset appellare singillatim , & merita laude prosequi tot Collegio- rum ac domorum illustrissimos fundatores , si sineret , quam necessariò consecta- mur , brevitas . Et erit illud aliquando fortasse tempus , cùm Provincia quælibet Societatis propriam ac peculiarem retum suarum , & domiciliorum historiam con- scribet , id quod nonnullæ jam præstiterunt , ubi hæc omnia fusæ ac minutatim ex- ponentur , & unde poterit emendari , ac suppleri , si quid in exponendis Collegio- rum natalibus , locis , nominibus ipsis erratum est , ut proclive fuit in tanta regio- num varietate ac longinquitate . Illud interim possumus affirmare , antiquissimum semper fuisse Conditori Societatis , ut gratum , ac memorem animum erga bene de nobis meritos testaretur . Velificabimus omnino (ita votum nostrum est) San- ti Parentis nostri honestissimæ voluntati , dum hanc edemus historiam , nec enim paginam licebit vertere , quin honorificentissima , gratissimèque animo expresa illo- rum , qui bene de nobis sunt meriti , occurrat mentio . Quod si hæc beneficentia , quam à summis mundi Capitibus experimur , commemoratio eousque valeat , ut , qui de cœtu nostro hucusque bene senserunt , tantis firmati præjudiciis suo in sensu fir- mius roborentur , alii sinistram , quacunque demum ex causa ingeneratam opinionem meliore commutent , an vanæ iterum gloriolæ aut terreni quæstus captatores indè e- vademus ? neutiquam omnino : id gaudemus : ex augmentationis , quam

PRÆFATIO.

mortales de Societate habent, auctum iri occasiones bene merendi de mortalium animis ad beatam immortalitatem promovendis.

Postquam scriptoris nostræ causas executi sumus, expedire videtur, ut ejusdem ordo partitiōque breviter indicetur. Ac in primis quidem materiam argumentūm que historiæ quod attinet, nemo illud minoris æstimet, quod non ea semper afferantur, quæ ingentem, (sed vulgi duntaxat,) mirationem excitant. Memor summèque observans Decreti, quod Urbanus octavus edidit, ac in eo declaravit, ea sola, velut publico sanctitatis, miraculi, revelationis, &c., quæ ejusmodi sunt Ecclesiæ testimonio munita, indicabo, quæ revera sic roborata inveniam, cætera omnia fide duntaxat humana, quæ penè auctorem resideat. Nec tamen est, cur fidem hanc lector suspeçtam habeat. Sæpe autores etiam profanae historiæ, quatenus ad nostram illustrandam conferunt, allego in margine, sæpe scriptores domesticos, qui suis monumentis etiam, quæ ad nostram Provinciam pertinent, non raro inspergunt, quanquam fuis illa & ordinatiūs hīc reperies. Cætera omnia ex Collegiorum singulorum tabulariis fide dignissimis, uti accuratè transmissa, sic fideliter sunt exscripta. Narrationem cum bono Deo auspicamur ab anno supra sesquimillesimum quadragesimo primo. Inter hujus quippe anni, & prioris confinia ex Petri Fabri, quem sanctus Ignatius primum ex decem Sociis, primum quoque in Germaniam misit, auspicatissimo adventu primas Superioris Germaniæ Provincia duxit origines. Cœptam ab eo exordio historiam in Decades dispermimus, quarum quælibet unius Decennii acta complectatur, in memoriam videlicet decennii à Sancto Francisco Xaverio inter Indos transacti, optantes, sperantesque fore, ut hujus Provinciæ operarii Xaveriano inflammati spiritu pluribus saltem decenniis tanta animorum lucra fructusque inter Orthodoxos & hæreticos exæquare connitantur in Germania Superiore, quanta magnus ille Apostolus una duntaxat annorum decade Indos inter & Japones congregavit. An abs re spes hæc, & vota adhuc fuerint, iis judicandum remitto, qui spiritualibus spiritualia comparare docti, nihil omnino, quod pro Dei gloria & animarum salute gnavoriter laboratur, & fructuosè efficitur, coram summo & æquissimo rerum, quas homines agimus, æstimatore, parvum haberi & exiguum nōrunt, ita ut ex Magni Gregorii sensu majus miraculum censeri debeat prædicationis verbo, atque orationis Dial. solatio peccatorem convertere quam carne mortuum suscitare.

L. 3. C. 17. Reliquum esse nonnemini videbitur, ut de Scriptoris forma stylōque agam. Ac revera, ut id operosè exequar, non adducor. Nævos inesse ipsus agnosco, quinam si sint, indicare delicata res est. Ipsi, qui maculas deprehendendi scientiam sibi ac jus arrogant, quantum inter se discrepare solent? Quod obscurum uni, alteri sublime, quod huic tersum, illi tritum, his redundans, aliis necessarium, his obsoletum, quia ipsis incognitum, his inusitatum, quia ipsis non obvium videbitur. Sinamus, amabo, unumquemque abundare in sensu suo. Illud dolerem, si quisquam se discruciat Latinitatis eviscerandæ causā. Autores elocutionis securus sum, quibuscum materia mihi ferè communis est, ac domi nata, Orlandinos, Sacchinos, Juvencios. Quidni igitur in communi argomento parem cum illis loquendi formam assequi studeam, quam certè ab illis, qui alia omnia, ac mērè profana tractant, nunquam adipiscar? Et cur eos, quos nominavi, non mihi proponam? nec enim solus illos Nießlius noster, verū ipſi, qui in Religione dissident, securos ad puram latinitatem duces commendant. Quapropter sequi hos nil verebor, etiam tunc, cùm latini sermonis egestate coacti vel ad posteriores aureo seculo autores se convertent, vel nova excoxitando vocabula ad Onomatopoejam, Catachresin, Analogiam recurrent, vel demum affectationis vitandæ causā adhibere non abhorrebunt, quæ ascetarum sacra Scholæ, Ecclesiæ rituales libri, politica Magistratum tabularia adeò iam frequenter Latinis usurpanda offerunt, ut, si quis Orbilius, offerentium dignitatem nil reveritus, unguem infigat, ipse stylo configendus videatur. Quapropter id potius reliquum, maximèque necessarium est, Cœli implorare auspicia, quibus, quæcunque hīc scripta sunt, ac porrò scribentur, legenturque, evadant magisteria pietatis, incitamenta ex sanctæ emulationis, majora semper Divinæ gloriæ incrementa.


HISTO-



HISTORIA PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS SOCIETATIS IESU.

DECAS PRIMA

Ab An. Chr. 1541. ad An. 1551.
SYNOPSIS.



Rimus è Societate Iesu in Germaniam missus Petrus Faber. n. 8. perente Petro Orizio Caroli V. ad Ponificem Legato. n. 9. Religioni in Germania statutus. n. 10. Fabri labores pro Religione Wormatia, ac Ratisbona. n. 20. Fabro succedit Claudio Fajus, & Nicolaus Bobadilla. n. 33. Faber in Germaniam redit. n. 40. Petrum Canisium in Societatem recipit. n. 48. Bobadilla Vienne utilicer laborat. n. 60. Fajus Ratisbone, dispari eventu. n. 69. Fajus Ratisbona excesso jussus à Guilielmo IV. Bojorum Duce primus è Societate in Boarium adversus péricula Religionis haecenus inter Bojos intaminata accessit. n. 82. Ingolstadii Theologiam docet, defuncto Eki. n. 108. Inde Salzburgum vocatur, Wormatiam, denique Tridentum ad Concilium n. 119. Solas in Germania Bobadilla. Insulam, ut antea Fajus, deprecatur. n. 132. Librum Interim & ejus acceperationem impugnans remittitur. n. 141. Guilielmus Dux alias è Societate evocat Ingolstadium. Mittuntur Fajus iterum, Alphonsus Salmeron, Petrus Capisius. n. 144. Guilielmus Dux Collegium Ingolstadii fundare meditans morte intercipitur, uti & Leonardius Ekius ejus Cancellarius. n. 173. Sociorum, ac pricipue Canisi fructuosa Ingolstadii opera. n. 175. Salmeron revocatur in Italiam, Fajus Augustam, ibidem quo frugifer. n. 188.

Cum usitatum esse videatur Historicis, ut gentium ac Rerum publicarum acta in suis, ut oportet, annos dispertituri primùm quidem, populi, cujus gesta posteritati commendata volunt, origines investigent, dcinde annalibus, quos conscribunt, numerum figant initiumque temporis, ex quo gens quilibet in terras, quas hodie incolit, adveniens stabilèmque adepta sedem peculari. Nomenclatura cœpit innotescere, idem & nobis faciendum esse arbitramur. Ita quo ut nostra etiam Historia actionum, quæ Societas Iesu in Provincia Superioris Germaniae speciatim gessit, eodem, quo cæteros Scriptores usus fuisse præ oculis est, ordine deducatur, initium illi cum Divinis, quæ imploramus auxiliis facimus non quidem a primo Sodalitatis nostræ exoriu, quem alii luculen

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. I.

A

A. C.

MDXL.

1.

Aliorum historicorum exemplo,

2.

Provincie nostre historiam à prima auspicamus origine.

ter descripsérunt, ab eodem tamen propemodum tempore, quo Societas JESU confirmata à Paulo III. Pontifice Maximo, uti Religiosis Ordinibus ritè adnumerari in Italia, ita mox propagari coepit in Germaniam.

3.

*Quæ eadem
est cum Soci-
etatis Iesu
exordio.*

*Tantis incere-
mentis, ut
hodie assi-
stentia Ger-
manica nu-
meret deceam
Provincias.*

*In quibus
cùm primo-
rum Patrum
labores ini-
tari satagant
posteri,*

*Uti minus &
stimari lo-
lent, quia
nunc quoti-
diana,*

*Ita pluris &
stimari me-
runtur, qui
certis legibus
ordinatus
sunt.*

*Petrus Faber
primus à S.
Patre in Ger-
maniam mil-
sus.
*Hist. Societ.
I. 1. n. 112.**

*Masen. anim.
Hist. I. 5. f. 2.*

Et interest profectò cognōsse viros, quorum præviis laboribus saluberri- māque in Plagas Septentrionales operā effectū esse cernimus, ut tantus aliorum quoque ex novello hoc cōtu Sodalium numerus expeteretur, quantus vel superflue adhuc Ignatio, ad duas in Germania constituendas sufficeret Provincias, ac eousque progressu temporis excresceret, ut hodie quidem soli Germaniæ in- tēgra Provinciarum Societatis JESU Decas cum ducentis, trīginta, & pluribus domiciliis attribuatur, in quibus cùm eadem, quæ in primis Provinciæ Patri- bus mirabundus orbis suspiciebat, continuato in hunc usque diem studio agere Societas adlaboret, æquus existimato nequaquam hodie minora esse arbitri- tur ex eo duntaxat capite, quòd usitata jam sint & quotidiana. Quin ipsa

hæc perpetuitas & frequentia operum, quæ tantam olim ciebant mirationem, cùm certis nunc legibus, certo stabilita sit ordine, atque insuper laudatissimam apud quamplurimos omnis ordinis viros paria (faxint Superi etiam majora) efficien- di progignat æmulationem, majori estimatione, atque adeò omni labore, quem historiæ huic adhibemus, digna judicabitur, non secus, ac rivuli suis æquabi- liter labentes alveis, & in quæ libuerit, prata deduci faciles undanti quidem sed

vago & instabili torrenti præferuntur, ceu ad frugiferam irrigationem magis idonei.

Pauculæ à confirmata Societate JESU ad imminentis anni supra sesquimille- simum quadragesimi primi exordia deerant hebdomadæ, cùm primum ex eadem Societate planèque insignem Operarium Germania accepit, summâ Ignatii, in omnes Divinæ gloriæ provehendæ occasionses intenti, latitiâ, nec minore Pro- vinciæ Societatis in Germania solatio, quòd origines suas ad illum referant, quem S. Parens noster ex omnibus, quos Apostolicæ vitæ ac Societati genuerat, Filiis, habuit Primogenitum. Petrus Faber is erat, inter Allobroges, haud procul Genéva natus, vir tantæ eruditioñis ac sanctimoniaz, quantam à Nicolao Orlandino in ejus vita typis edita latè descriptam legimus, qui, cùm se Lute- tiæ Parisiorum Ignatio junxisset, illūmque in Italiā cum cæteris ocllo, novi, quod Authore Ignatio propositum habebant, instituti futuri sociis, securus fuisset, Ennio Philonardo Cardinali, Parmæ legationis munere functuro, comes est additus, ubi mirum, quām intra breve tempus, erecto, cui à Caritate no- men inditum, sacro Sodalitio, urbem viciniāmque omnigenæ pietatis, ac Di- vina præsertim Mysteria frequentandi studio inflammârit. Sed diu Parmensisbus hoc tam utili & gnavo in Vinea Domini Colono potiri non licuit. Petrus Or- tiziæ Romæ aliquamdiu egerat, missus à Carolo V. Cæfare, ut pro ejus Ma- terterea Catharina, cui Henricus Angliae Rex maritali thoro ejectæ illam Britan- niæ pestem, Annam Bolenam superinduxerat, causam in Curia Romana defen- deret. Huic Gandavum, ubi Cæsar tunc morabatur, revocato negotium de- derat Pontifex, ut Wormatiā, Rheno adsitam urbem, in qua Imperij Prin- cipes conventuri dicebantur, ex itinere defleceret, invigilatus, ne quid in eo Conventu contra Religionis Orthodoxæ, Sedisque Pontificiæ authoritatem statueretur. Lubens operam suam addixit Ortizius, adjecit tamen, ad ea, quæ peterentur, confienda, aptissimum fore, si Pontifex virum aliquem è Cle- ricis, qui in novam haud ita pridem Societatem, JESU nomine appellatam, coa- luissent, in comitatum sibi adjungeret; horum quippe virtutem eximiam, erudi- tionem præclararam, ac devotam in primis Divi Petri Successoribus obsequen- tiām sibi ab eo tempore esse perspectissimam, ex quo nuper ab ipso Ignatio sacrī Exercitationibus per quadraginta dies in Monte Cassino fuisset excultus. Pontifex gavisus, eorum, quos ipse multūm sibi jam probatos habebat, ope- ram, quemadmodum nuper contra Idolomaniam in Indias, ita nunc adversus

Hære-

Hæreses in Germaniam expeti, Fabrum, commendante Ignatio, præ exteris delectum, Parmâ accersit, benéque à Deo precatus, ire ad Germanos cum Ortizio jubet, exultantem sanè, magnisque multa pro Deo agendi, patiendi-que desideriis plenum.

Germaniam atque adeò Wormatiam octavo Idus Novembris ingressus, agnovit illicò, non tam Campum, quām Senticetum sibi vastissimum aperiri, in quo laboribus exercendus esset verè Apostolicis; adeò errorum loliis, ac vitiorum spinis pleraque invenit obsita. Evidem nolim ego ævi illius memoriam illætabili stylo refricare, ac statum depingere, quem nunquam adeò infelicem ac profigatum, qualis re ipsa fuit, extitisse credemus, si cum illo comparare velimus, quem nunc in Germania, saltem quatenus Orthodoxi habitant, vi- gere cernimus. Diversæ hæreses, &c, quidquid hæ malorum in mortalium animos invehunt, ex unius Lutheri perversis dogmatibus enatæ, universas pænè Provincias infecerant, neque jam rapido torrenti tam firmi aggeres opponi po- terant, quos hinc amor novitatis, indè licenter vivendi, insupèrque habitis Dei & Ecclesiæ legibus, omnia prout liberet, agendi Oestrum, Pontificis & Cleri contemptus, ditescendi denique ex alienis, & maximè Ecclesiasticorum bonis indomabilis cupiditas non perrumperet. Quæ enim ob sistendi ratio inveniri poterat, cùm aliis, qui vellent, facultas, aliis, qui possent, voluntas, mul- tis utrumque deesset. Carolus quidem Cæsar ac Ferdinandus, Caroli frater, nihil intentatum reliquère, ut sarta teatique maneret Religio, sed, quod gra- via bella aut continuò erant, aut timenda imminebant, à Turcis præcipue, con- tra quos auxiliaribus Protestantium (id enim sibi nomen Acatholici jam indè à Comitiis Spirensibus Anno supra millesimum quingentesimum vicefimo nono adsciverant) copiis opus erat, vi, ac severitate contra illos agendum haud vi- debatur, ne arma subsidiaria vel negarent, vel omnino cum hostibus jungs- rent. Parùm quoque in Edictis contra eos Cæfareis præsidii fuit, quæ nunc variis tergiversationibus eludebant, nunc apertè etiam spernere incipiebant, post- quam videlicet famoso illo fœdere, quod authore Friderico Saxone ante denos jam annos Smalckaldiæ coaluerat, colligati Principes, Urbésque Imperij Liberae quadrages mille milites, non tam ad vim repellendam, quām inferendam, com- paraverant. Jam quid ex tot Comitiis, Congressibus, atque, ut appellabant, Colloquiis Augustæ, Ratisbonæ, Norimbergæ, Spiræ, alibi, nullo vix non anno inter Catholicos ac Protestantes habitis prodibat, nisi ut hōrum, colla- tis inter se consiliis robustior fieret tuendis Lutheri dogmatis conspiratio, quæ Principibus, occupata Ecclesiæ bona retinere obstinatis, tam erat optabilis.

In Wormatiensi certè, de quo sermo esse nobis cœpit, Colloquio lu- culenter id patuit; cùm enim in Comitiis, quæ Hagenox in Alsatia celebrata sunt, statutum fuisset, ut Wormatiæ Disceptatio de quæstionibus in Religione contro- versis, inter numero pares Theologos, hinc Catholicos, indè Lutheranos, haberetur, evicerunt hi, ut nullus, quem Pontifex nominaturus esset, inter disceptatores admitteretur. Adducti igitur sunt à Nicolao Granvellano, qui cum filio Antonio, Atrebateni tunc Episcopo, Cæsar, in Belgio absens, vices agebat, tres Theologiæ Doctores Hispani, quibus oppositi Bucerius, Calvinus, Melanchton prædari enimverò Triumviri, missi quidem à suis Principibus pro- pugnandæ Confessioni Augustanæ, ante annos decem in Comitiis Augustæ ha- bitis productæ, quā sectæ Lutheranæ capita complectebantur, sed, malefidi com- missæ sibi causæ Prævaricatores; utpote, cùm Melanchton, qui Confessionem illam primus consuerat, eam ipsam aliquoties interea mutatam vitiasset, Buce- rus verò altè jam imbibito Zwinglianæ hæresis veneno turgeret, Calvinus de- dum, malens aliquando Genevæ primus, quām Witenbergæ secundus esse, novum paulatim novi Apostolatus sui Principatum moliretur. Cæterum, cùm suum tacturi populis, pro Lutheranis adhuc se venditarent, in hoc præfractæ His. Prov. Germ. Sup. S. 7. Dec. I.

4 Histor. Provinc. German. Super.

A. C.
MDXLI.

19.
Faber è Cor-
lo auxilia
desperat
serè rebus,
accersit

Orlandin. in
vita Fabri.

20.
& impetrat.
Giam Pietro
Catadoni nell'
Istoria del
Conc. di
Trento l. 4.

21.
Solutis Wor-
matiæ Comi-
tiss ad nova
Ratisbonam
properat,

22.
reliquit ubi-
que per viam
Viri Apo-
stoli vestigia

23.
inter defini-
tas pastori-
bus oves.

24.
Fabri animos
sibi consili-
andi pia ra-
tio & labo-
res.

25.
In excolenda
nobilitate
tam profana,
quam Eccle-
siastica,
Cochla. in fa-
is operibus.

26.
ipsaque Co-
chla.

27.
fructu etiam
in aliis re-
dandante.

consentiebant, ut nullum à Pontifice vel suasorem tantum, multò minùs arbitrum causæ reciperent, quin ne ipsum quidem Concilium Generale, et si, cùm Lutherus, tum Luthero addicti Principes ad illud antea provocâssent, se se audituros contestabatur. Tam perturbaram rerum tractandarum formam sub Wormatiæ ingressum Faber, cùm reperisset, animum quidem opis aliquid ad currandam Babylonem conferendi non abjecit; quòd tamen aliam conferre ob ipsorum, qui vel maximè indigebant, in repellendis Medicis pervicaciam haud magnopere posset, ad exorandum Numen Angelorumque Germaniae Tutelarium ac Sanctorum ejusdem Indigetum efflagitanda Patrocinia se convertit; hoc enim facere usitatum Petro erat, quoties Provinciam aliquam Urbemve negotii

stimulis perpulsum se fuisse in Adversariis suis annotavit, ad preces pro Germania, ultimum Religionis discrimen subeunte profundendas.

Et verò non irrita hæc vota cecidisse ex eo cognoscimus, quòd paulò pòst Faber tum fructuosiùs laborandi occasionem, tum similes sui in labore nudo successores impetrârit. Quippe Cæsar, quàm confusè omnia Wormatiæ agerentur, certior factus, jussò colloquium abrumpere Granvellano, nova Comitia, Mensis Martio Ratisbonæ instituenda, universos Imperij Ordines evocavit, experturus, si qua adhuc mollior consanandæ sine ferro & flammis Germaniæ via supereisset. Ad hunc Conventum Ortizio quoque eundem fuit, & Faber à Rheno ad Istrum, qui Ratisbonam interluit, profectus est, in ipso itinere colligendis spiritualis fructus manipulis intentus, quacunque transibat, cùm ob breves in diversoriis moras concionandi oportunitas non esset, id satagendum sibi putabat, ut salutaria Pœnitentiæ ac Evcharistiæ Sacraenta, quàm posset, plurimis administraret; horum quippe usus eam quoque ob causam exleverat, quòd Fideles ministri decesserint, cùm in comperto sit, ea ætate in Germania ob Sacerdotum penuriam plures quàm mille quingentas parœcias Curione fuisse destitutas, quamvis illis temporibus Parœciarum numerus longè contractior, finésque multò patentiores fuerint, quàm hodie esse conspicimus, unde arduum haud est conjicere, quanta, inter misellas oviculas gräßantibus impunè lupis, strages & laniena consecuta fuerit. Ratisbonam ubi perventum, jussus Faber in Cæsaris curia perstare, eam primùm contra hæreses ac vitia bellandi rationem tenuit, quàm hosti quidem suppetias ac vires subtraheret, sibi contrâ firmaret, augeréisque; nam, ubi congenitum animi candorem, ac Religiōlam morum gravitatem cum modestia & demissione amabili omnibus probâisset, simûlque eximiam in conscientiæ & Religionis Questionibus expedientis doctrinam perspectam fecisset, incredibile dicitu, quantus universè amor in illum ac fiducia exsisterit. Erant in illis Comitiis ex Germania, Italia, Hispania Procerum quique nobilissimi, Ecclesiastici æquè ac seculares: veniebant hinc certatina ad virum hunc, ceu communem Patrem, ex quibus permultos, ut ad sanctiorem vivendi formam ultra vulgus proveheret, cùdē, quâ ipse Magistri sui Ignatij ductu perfectior evalit, semitâ, sacrī nempe Meditationum exercitationibus, deduxit, quibus effecit, ut complures non de suis tantum, verū & publicis mortibus emendandis haud absque consecuto effectu cogitarent, aliósque etiam ad paria proposita ex iisdem Meditationibus concipienda pellicerent.

Fuit inter illos Joannes Cochlaeus, vir, editâ typis Lutheri vitâ, alisque contra Lutheranos, lucubrationibus eruditissimis, publicisque disputationibus, in hanc usque diem inter primos clarus, qui cùm antea Francofordiæ inter Clericos Decanus ob Religionis Avitæ propugnationem à seditiosa plebe officio & urbe exturbatus fuisse, postea à Rege Ferdinando inter Canonicos Uratslavizæ; quæ Silesiæ primaria urbs est, adlectus fuit. Is posteaquam sacrarum Communionum vim ingenti suo bono expertus est, vehementer gavisus, etiam sanctorum affectuum Magistros denuò inveniri, alios quoque magno numero ad eandem

Societatis Iesu Decas prima.

A.C.
MDXL.

dem meditandi formam aut exercebat ipse, aut exercendos ad Fabrum deducebat. Ut paucis multa complectar, adeò in universam Germaniam profici ac salutares fuere Petri labores, ut quidquid in ea multis deinceps annis ex usu publicæ pietatis actum fuit, ab ipso quasi semen & originem habuerit.

28.

ut adē mul-
tū emenda-
ta Germania
Fabro debeat.

29.

Dum hæc utilissimè agebantur Ratisbonæ, ecce tibi, Româ literæ perferuntur, quibus primùm quidem indicabatur, unà cum Societatis confirmatione à Paulo III. nuper impetratâ, facultatem concessam esse, diligendi ex eaufici præsexagenos (numeri tamen hujus cancellos idem Pontifex tribus post annis novo decreto absque ulla limitatione sublatos voluit) qui, præter tria omnibus Religiosis Ordinibus statuta vota, quarto etiam, Missiones, quascunque Apostolica Sedes jusserit, obeundi voto se obstringerent: velle proin Ignatum Præpositum Societatis Generalem, ut Faber quoque intimæ Sociorum classi horum Votorum nuncupatione se adjungat, ac subinde, quamprimum id executioni mandasset,

Initia Quart
voti de obe-
dientia Pont
standa.

30.

cum Petro Ortizio in Hispaniam, quò ipse Cæsar profecturus erat, confessum & ab eodem abeat. Paruit utrique mandato Vir religiosissimus, & quatuor quidem vota so- lenniter publiceque edidit die Matris Dei ad Elisabetham invisentis festâ, ad e- jusdem Deiparæ Aram in templo, quod Capellam Veterem appellant, omnium sacrarum Ædium, non Ratisbonæ tantum, sed totius Bojariæ antiquissimam,

Ratisbonæ editur,
Gumpenberg
Art. Mar.

mag
MXXXXI.

& ab ipso Bojorum Apostolo, Divo Ruperto, ut constans fama fert, exstruc- tam, Deique, ac Divinæ Matris honoribus consecratam. Itaque, uti Petrus Faber primus è Societate in Germaniam spiritualis Operarius venit, ita ex eâ- dem primus in Germania Quatuor Votorum, ut nominamus, professus existit. Nihil dein moratus in viam se dedit, magna sui, & novellæ Familiae, quam prægustandam dederat, existimatione relicta, at magno etiam plurimorum me-

Primo in
certitudo è
suc. Operario
ac 4. votorum
professo.

31.

tu, ne ab ejus discessu res Catholica detrimentum haud modicum pateretur. Rescivit hoc Sanctissimus Pater, quare eodem adhuc anno subsidiarias operas præcavendis ruinis eásque rursum è Societate, rursumque è primis Ignatij sociis & Nicol. Bobadillam Alemaniam amisit, Claudium Jajum, Genevensem Sabaudum, ac Nico- laum Bobadillam Hispanum, ambos Parisiis Ignatio jam aggregatos, ambos eodem, quo Faber, spiritu & rerum Divinarum scientia instructissimos. In comitatu Joannis Moroni Cardinalis, sèpius jam Legationis Pontificiæ ad Cæsa- rem officio functi, Bobadillâ vi morbi in urbe Oenipontana sublistero coacti,

Discedenti
succedunt
Claud. Jajus
badilla

32.

Ratisbonam solus Jajus cum ineunte anno seculi quadragesimo secundo intravit. Excepere virum diversi Ratisbonensium affectus: Episcopus quidem Pancratius nobili apud Francos Sinzenhoforum stemmate, illius adventu mirè lætatus est, decumbente. mirè item alij, genere ac officio insignes: non æquè cæteri, quorum sat multi, quòd Reformationis, quam Antistes meditari videbatur, Claudius Author ha-

beretur, quòdque hominem apud Cives gratiosum, ast hereticum, à concio Jajus Ratis- nandi munere amoliri satageret, immanni contra eum odio exurgunt, adeò ut bonz diver- venena etiam, aut ejectionem ex urbe intentarent, quin & minas dejectionis in sis studiis Danubium: ad quæ Claudio tamen æquè faciem sibi ex undis, quām è solo

33.

ad alta Coeli concensionem fore responsitans, nihil animo infractus persistit, imò exili ac Tranquilliore fortuna ulius est Nicolaus Bobadilla Oeniponti, ubi tum Ferdinandus Cæsar frater, Romanorum Rex, cum Liberis agebat, ibi, dum Nicolaus à morbo convalescere cœpit, nihil cunctatus Societatis obire munera,

Comite Mo-
roni Card. &
Legati Pon-
tifici.

34.

èum primùm urbi Aulæq; Regiæ plurium commendatione innotuit, ab Rege ad Colloquium evocatus, quin & sequi eundem Viennam, quo paulò post Ferdinandus descendit, iussus est, ubi mox conciones lectionesque sacras palam habere incepit, ac privatis, ad quas sèpius à Rege acceritus fuit, allocationibus multum emolumen ad rem Orthodoxam contulit.

Bobadilla
Oeniponti,
& Vicenz
discrimen
incutie.

35.

M. tiora
Bobadilla
Oeniponti,
& Vicenz
expertus.

36.

Sed Verbi Divini
interpretes, in
aula forsique
poteris.

- 40.** Sed nihil optatus tum Nicolao Viennæ , tum Claudio Ratisbonæ accidere potuit , quām Nuntius de Petri Fabri in Germaniam reditu . Procuraverat hunc ipse summus Pontifex , non tamen sine obstaculis , quōd Maria & Joanna Caroli Imperatoris filiæ ægrè carituras se Viro dicerent , qui intra paucos menses cūm in aula sua , tum in variis per Hispaniam urbibus utilissimos animorum fructus collegisset . At nempe dolentiū universalem Pastorem premebat magno His-paniæ lucu , la Germaniæ , quibus allevandis manus tam periti Medici , qualem se Faber probaverat , haud alibi diutiū detinenda videbatur . Prima , quam ex Hispania redux urbem ingressus est , Spira fuit Imperij urbs libera , in qua illius Dioecesis Antistitem Philippum ex illustri Flershemiorum progenie , consiliorum suorum strenuum Propagatorem , atque aduersus obtrectatores aut defensorem , aut pacatorem natus est ; quantum illic , præter conciliatam Ecclesiasticis ex aucta Castimonia venerationem , ac Ordinibus Religiosis ex disciplina studiosius obser-vata autoritatem , etiam in plebis emendatione profecerit , intelligere ex eo licet , quōd Parochorum testimonio plures illo anno fériis Paschalibus ad sacro-sanctam Evcharistiam sumendam accesserint , quām antè totis viginti annis . Spirā Moguntiam abiit , ibique Albertum inter Romani Imperii Electores summum , loci illius Archiepiscopum simul ac Dominum , in defendendæ Religionis studio longè ardentiorem invenit , quām ejus frater Joachimus Marchio & Elector Brandenburgicus fuerat , qui diu nutabundus , tandem Lutheranorum fraudibus capitus fuit . Multas Albertus cum novo hospite consultationes instituit , multa de Religione , Formāque benè fungendi suo munere , dubia enodari petiit : inter alia de Societatis Instituto , fine , adjumentis ad finem pertingendi , plenè edoceri desideravit , quod cum Faber accuratè fecisset , sapientissimus Princeps , prudenter judicans , ea , quæ à Fabro tam salubriter agi cerneret , talibus fir-mamentis suffulta perpetuo successu ab aliis quoque hujus Familiae viris effectum iri , nihil dubitavit affirmare : videri sibi Societatem propè divinitū ad ea tempora tam difficilia , tamque aspera reservatam esse : consentaneè prorsus cum eo , quod dein ex universalis Ecclesiæ usū de hoc argumento , festa Sancti Ignatij die , in Breviario legi cœptum est , constantem fuisse sensum , etiam Pontificio confirmatum oraculo , DEum , sicut alios aliis temporibus , ita Lutherò , ejusdemque temporis Hæreticis , Ignatium & institutam ab eo Societatem objecisse .
- A.C.**
MDXLII. 6
- 41.** Cæterū , et si Faber tam copiosam animarum messem per biennij ferē moram collegisset Moguntiæ , ut ipse ad Sanctum Ignatium scripserit , quemadmodum Romanam reliquissè pro Parma haud poeniteret , ita nec poenitere quōd stationem Germanicam cum Parmensi , Hispanicam cum Germanica & Spirensi , ac Spirensim denique cum Moguntina permutārit ; nihilominus tamen ad nostræ Provinciae solarium atque utilitatem nihil fecit memorabilius , quām , quōd adjutorem sui simillimum , cognominem , atque adeò alterum se , Societati acquisiſerit , auſpicata prorsus conjunctione , ut pro D. Petri Sede gemini Petri , Petrino , hoc est , Apostolico Spiritu plurimum , si quisquam alias , in Germania , cæterisque ad Septentrionem Oris laborarent . De Petro Canifio loqui-mur , Viro , quem Dei , Germanos miserantis , providentia Ecclesiæ dedit , multas posthac nobis paginas facturum . Natus is Neomagi fuit in Geldria honoratis Parentibus , ac opulentis , quem Matertera , pia Virgo , apud affinem habitans , adolescentem suopte ingenio ad omnem honestatem propensum , & literarum æquè ac virtutis docilem conspicata , nihil curæ & solicitudinis omisit , ut ad omnem pietatem expoliret . Vocationis , qua ad res magnas olim pro Deo agendas destinabatur , præfigium accepit adhuc tredecennis ; missus enim fluentis tum seculi anno trigesimo quarto , discendarum literarum causâ Coloniaram Ubiorum , cūm Arnhemiō transiens amicos salutaret foemina quæpiam sanctimoniac , quam vita & morte contestata est , famâ celebris , Petrum Agnatum cohortata est ; iret duce bono Angelo & spei plenus ; fore enim , ut DEus novam
- 42.** Petri Canifio
in vita
vocatio.
- 43.** Majori Teu-toniæ emo-lumento.
- 44.** Inde Mo-guntiam mo-vit.
- 45.** Ejus apud Albertum Archiepisco-pum æstima-tio.
- 46.** in universam Societatem redun-dantem.
- 47.** Petri Canifio
per Fabrum
vocatio.
- 48.** Canifii ortus,
Patria , edu-catio,
- 49.** ae vita Apo-stolica vati-cinio pra-e-gnata.

novam Sacerdotum Familiam suscitat, ex qua utiles ad salutem animarum Operarii prodituri essent, his & ipsum quoque aggregatum iri. Hoc vaticinium ut eventus affirmaret, benignè prospexit Numen, ut à Patre Sacerdotis cuiusdam Brabantini Nicolai Eschii, unius ex Collegii in ea Academia Montani Professoribus, curæ traderetur, hominis admodum probi, cuius vigilantiâ factum est, ut optimus Juvenis familiares haberet, non nisi Catholicè, probèque moratos, & ab Hæreticorum, qui Coloniz paulatim invalescebant, ac maximè sui in Philosophia Professoris, palam pro Hæretico habiti erroribus immunis perstaret.

Etenim Philosophiae curriculum, & jam inter Theologæ discipulos scientiæ Divinæ profectu eminentes, Laurentio quidem Surio, quicum agebat familarissime, author fuit, ut, evitato in Hæreticorum, quod incautius cum sectariis agendo subierat, delabendi periculo Carthusianorum Ordini se addiceret, vitas aliquando Sanctorum, quanquam & has eruditè scripsit, moribus longè melius, quam stylo, expressurus; ipse tamen Canisius, quam certus mundum relinquere, tam incertus, cui se statui applicaret, post fusas ad Deum ardentissime preces, magna opere se impelli sensit, ut Moguntiam ascenderet, atque ibi sacris Exercitationibus, de quarum efficacia, arque ad Electionem de vita statu prestabili utilitate multus ubique sermo erat, Petro Fabro se excolendum tradideret. Partuit Divino ductu, & hoc dirigente oportunissime accidit, ut

Moguntiacum appulus teclo ac menfa acciperetur à Sacerdote, ad Divi Christophori Parocho, homine paulò ante publico urbis ob flagitosos mores offendiculo, qui tamen iisdem exercitiis in virum alium ex integro mutatus publicum jam Poenitentiæ exemplum in omnium oculis versatus deinde in Patrum Carthusianorum austero Ordine vitam traduxit. Is hospitis sui desideria multò vehementius inflamans, ad Fabrum confessum deduxit, primo illius aspectu

tenerimè commotum: recepit novum in schola Christi Discipulum peritissimum in arte dirigendi Spiritum Magister, nec diuturnâ tam capacem alumnum disciplinâ imbuere opus fuit; brevi sole, ut subinde ajebat, clariùs perspexit, Societatem Jesu illum coetum esse, quem, ut ingrederetur, pia illa Arnhemij cognata tantò antè, ex DEI utique jussu, edixerat. Nec mors: supplex ut inter Jesu Socios adscribatur, flagitat. Non rejicit Faber supplicem, immo ingenti cum animi gaudio admisit, tum, quod aptissimis ad obeunda Societatis munia,

gratiæ ac naturæ dotibus exornatum videret, tum, quod è Germanis primus esset, qui admissionem hanc peteret haud dubiè plures Instituto huic idoneos exemplum suo permoturus. Facta est hæc receptio octavo Idus Maij, qui, uti Divi Michaelis in Monte Gargano apparentis memoriam facer est, ita Canisio natalis

erat, quo annum ætatis vigesimum tertium auspiciabatur, Faber Novellum Tyronem Coloniam præire jussit, habitaturum deinceps inter pauculos illos è Nostris, qui tum Academicis vacabant studiis, subsecuturus ipsem, post aliquot dies celeriter: ita enim ut faceret, nuntius à Doctore quodam Theologo missus, instantissimè rogabat, avertendo nimirum periculo immanis & inauditi exitii, quod urbi ac toti Diœcesi impendebat, ex ipsius Archi-Episcopi Hermanni Comitis Wedani ad Hæreticos inclinatione. Vir hic indole quidem haud

malus, at ob simplicitatem, & literarum ignorantiam perverti facilis, cum Reformationem ab omnibus identidem expeti animadverteret, incertum, an ex cupidine laudis, ob expletum tam universale desiderium aliis præcipienda, Methodum reformati iniit, qua rectius iri ad deformationem longè pessimam non poterat. Bucero námque deploratæ memoriam homini, qui nuper ex orde

Sancti Dominici Sacerdos ad Zwinglium primò, deinde ad Lutherum defecserat, Bonnam evocato negotium dedit concionandi ad plebem, & cum Sociis librum concinnandi, qui novos posthac ritus legesque vivendi, reapse, contemptis Ecclesiæ Preceptis, ac ritibus vitam exlegem ducendi statueret, Cohorruere ad hoc factum boui omnes, sed aliud obviandi malo consilium non

50.
Canisius fab
Eichii cura
piè adolescentie

51.
ac Surii Fa.
militariate,
utior.

52.
animum pila
exercitatio-
nibus exal-
turus Mo-
guntiam pe-
titio.

53.
à Fabro-ex-
cipitur pri-
mù in schola
affectus Di-
scipulus,

54.
dein in So-
ciatem pri-
mus è aer-
manis ocias

55.
Colonium
cum præmis-
sum sequitur
Faber

56.
opem laru-
m Diœcesi
ab ipso Pa-
nore lupis
Michael ab
iffel. alia.

57.
Buceri Apo-
stolæ perver-
sus consilis
memoram po-
nit Fabri ver-
itas & scienza

suppetebat, nisi ut Petrum Fabrum, qui, quam validè contra Hierosin-mallum vibraret, celebri ubique fama serrebatur, quantocuyus accererent, quorum spes quam plenè & quibus ille cum sociis expleverit, sciendi avidum, ad alios Scriptores, à quibus non copiosè minus quam fideliter enarratur, remittendum putamus, translato ad ea scribenda stylo, quæ Germaniam Superiorem, & suorum aliquando in illa Societatis Provinciam propinquius videntur contingere.

58.

Claudii Jajil
& Nicolai
Bobadilla
insignes pro
Ecclesia in Su-
periori Ger-
mania labo-
res.

59.
Bobadilla
magnum in
aula nomen.

60.
Eiusdem
tunc Nobili
Lutherano
certamen

61.
& Victoria.

62.
Vidi perva-
cia, pœna
& furor.

63.
Mira deni-
que conver-
fio.

64.
Bobadilla ad
Comitia No-
rimbergensia,

65.
dein ad Spi-
rensis profi-
citur,
Hendrik in
Metrop. Se-
disburg.

Ilic eadem, quæ in Belgio, Religionis pericula Claudium Jajum & Nicolau Bobadillam æquè sollicitos ac in omnem partem laboriosos habebant. Et Bobadilla quidem in Aula Ferdinandi plurima ad Procerum, populique utilitatem saluberrima Viennæ patraverat, non tantum ope, ac presidio Regis Authoritatis, verùm etiam magnæ, qua universè pollebat, existimationis. Solent enim viri ad Numinis gloriam publicè amplificandam ordinati, siquidem verò agantur Spiritu, nihil minus, quam proprii nominis incrementum affectare, ast neque ex adverso, præpositoræ modeste studio, quæ gerenda occurunt, intermittere: quodsi dein ex his gestis etiam coram mundo inclarescant, ut saepè vel invitis evenit, hanc ipsam claritudinem, velut novum munere suo ritè fungendi calcar, & subsidium divinitus missum, ad unum Dei honorem augendum referunt, adhibentque. Bobadilla, cùm jam prius ob doctrinam, pietatem & magnanimum contra Evangelii prævaricatores decertandi ardorem in omnium ore versaretur, magnam hisce præconiis accessionem comparavit ex recenti victoria, quam ab Lutherano retulit. Is prosapia conspicuus nobilissima, cùm palam ad Lutherum defecisset, atque ob id animadverteret, Regis in se favores refrigerescere, & plurimorum oculis invisum te sibi, scientiæ suæ existimatione turgidus, & transfigij mantelum ab audacia & obstinatione mutuans, in certamen provocavit Bobadillam, judicésque à Ferdinando instituendæ de Fidei capitibus disputationis petuit, sponsione addita, redditurum se ad Orthodoxos, si Arbitrorum sententiâ causâ cedidisset. Acceptavit lubens provocationem Bobadilla, conséderè dati à Rege Ferdinando. Agonotheta, adfuit Ferdinandus ipse, aulæq; universæ corona nobilissima, sed brevi agnoscit procax Mirmillo, contra quam fortè Retiarium in Arenam descendisset: ita constrictus, tentusque fuit, ut effugij locus non esset: quin omnes tum: Judices, tum Auditores victricem proclamârunt Veritatem Catholicam, victorem Bobadillam, prostratum Ardelionem, & minimum quinquaginta axiomatum, queis alia aliis falsiora terrioraque, luculentissime convictum. Solus adhuc, et si herbam morderet, spumans reclamabat hereticus, & solita, quam sepius Heterodoxis disceptatoribus usurpatam fuisse conspeximus, perviciâ simul & impudentiâ neutiquam se victum, neutiquam justos reique intelligentes esse vociferabatur arbitros. Meritus fuerat homo effrons acerbiora, sed aliis ex causis mitius agendum. Rex arbitratus satè habuit intra coenobij cuiusdem parietes ad vitæ dies detinendum concludere: ibi miser, irâ in rabiem versâ, lethale sibi ipsi vulnus intulit. Sed enī mirum novumque divinæ bonitatis exemplum! morti propinquus agnoscit contumaciæ scelus, velle te mori Catholicum profiteretur, Sacerdotem inclamat, à quo etiam noxis per confessionem expiatâ solutus, extremisque Ecclesiæ Sacramentis munitus pia morte defunctus est. Quæ tota res Romam usque nuntiata secundo in Curia Pontificis rumore excepta fuit; Viennæ autem Hieronymus Verallus Casertæ, urbis in Regno Neapolitano, Episcopus, postea quidem sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, tunc verò ad Regem Ferdinandum à Paulo III. Legatus, ex memorabili hoc eventu permotus est, ut, cùm ad Comitium Norimbergense profiscendum sibi esset, gloriolum pugnatorem Bobadillam secum duceret, strenuum etiam illic & perutilem expertus. Soluto intra breve tempus conventu, Bobadilla Viennam reversus, denuò profisci jubetur cum Wolfgango Passavensi Episcopo, filio Nico-

Nicolai Salmæ Comitis, qui inter primos pugnæ, qua annis antè undeviginti Franciscus primus Galliarum Rex ad Ticinum captus est, ductores fuerat, viro cùm ab doctrina, tum à virtute priscis Ecclesiæ Patribus comparando: ivit Bobadilla, & in novis comitiis Spiræ habitis, industriam suam tam feliciter probavit, ut Rex ab hoc non minùs, quam à Wolfgango voluntati suæ satiè esse factum affirmaret. Episcopus porrò ipse animo ad propriæ Dioecesis suæ Iustificationem traducto multis à Cæsare precibus impetravit, ut Bobadillam fibi tanti operis administrum in menses aliquot concederet. Implevit Nicolaus Ministerium hoc quam optimè, atque inter multa illud saluberrimè apud complures ob sacrilegas nuptias, aut Hæresin carcere detentos Sacerdotes, frequenti jam cohortatione, jam instructione pervicit, ut vel errores suos publicè ejurarent, vel ultrò ad coenobia recipi orarent, ubi noxas tutius austeriusque eluerent; opportunæ prosectori desertis aliquot coenobiis suppetiæ!

Claudius Jajus ex adverso pari quidem fervore, pari solertia, sed impare successu Ratisbonæ utebatur, cui urbi longè consultius futurum fuisse videri potest, si veterum Dominorum gubernatione frui aut licuisset semper, aut libuisset. At, posteaquam Fridericus Ahenobarbus Henricum Leonem Bojorum & Saxonum Ducem proscripterat, Othoni Comiti Witelsbachio ex veteribus Bojariæ Principibus oriundo Bavariam clientelari jure possidendum tradidit, Ratisbonam tamen, avitam Bojorum Regum Ducumque ad illud usque tempus Regiam, inter liberas Imperij civitates adscripsit. Post trecentos, & amplius, annos pertæsi Ratisbonenses Magistratum suorum in administrando ærario vel imperitiam vel prodigentiam, unanimi quidem consensu Alberto IV. Bojorum Princi, abdicato libertatis titulo, se denuò juxta Boicas Leges ac Jura gubernandos submiserunt; verùm, Imperator Fridericus rem tam nec se consulto nec cæteris Imperij Ordinibus probantibus transactam fuisse causatus, non quievit, donec Albertus oppidi Dominio decedens, rursum liberis Imperii Urbibus accenseri permitteret. Ex eo tempore inclinari sponte le Bonorum iuri reddit, Ratisbona coepit in idem Hæreleos præcipitum, quo intra paucos postea annos aliæ ejusdem Ordinis Civitates proruerunt. Cùm enim hæ Cæsari quidem teneantur, sed laxis omnino parendi legibus (unde & Liberæ vocantur) ac suis ferè unaquæque juribus & forma Regiminis, vel Democratica, vel saltē Aristocratica utatur, facile fuit novatoribus in tanta fasces participantium multitudine aditum sibi ad spargenda dogmatum pravorum semina aperire, incremento loliorum nimis quam celeri, nimis quam secundo ac durabili. Certè dolentes videmus, plurimos quidem ex magnis Principibus, agnito, in quem fraude & aliena culpa devoluti tuerant, errore, ad Ecclesiæ Orthodoxæ gremium rediisse, Liberas verò civitates, quarum pleræque in Imperio, paucissimis exceptis, aut ex integro aut magna incolarum parte, ab Ecclesia desciverunt, arreptam semel Lutheri vel Calvini res relipiscientiam nec abjecisse hactenus, nec spem abjiciendi facere: adeò nempe tortari cataractas laxare pauci queunt, non item reparare denuò, & objectis claustris cursum sistere: multos verò, quales opus hoc exposceret, ad tam arduum laborem, junctâ dexterâ, suscipiendum conquirere permolestum est, non nancisci perdifficile. Et aliis fortè urbibus opum affluentia, &, quæ ex hac sequuntur, ad defectionem viam straverint, Ratisbonensibus ærarii publici difficultas; quippe, cùm multis magnisq[ue] tenerentur debitibus, nec unde solutionem hauirint, fodina suppeteret, in Episcopi, Cathedralis Ecclesiæ, ac Monasteriorum bona involare coeperunt: opposuerunt se, ut par est, Antistes, Canonici, Religiosi, unde lites natæ graves, & provocationes ad tribunalia, nihil pronius autem, quam, ut inter eos, qui Forensibus colliduntur jurgiis, mutuæ subin averstationes, contemptus, odiisque enascantur: quotquisque verò vel saluberrimum consilium doctrinamve à suasore sibi inviso acceptat? mirum itaque haud videatur apud malevolos in venerabilem Cleri-

66. relata utrinque laude ingenti,

67. majori verò fructu ex Iustificatione Dioecesis Passavensis,

68. ubi Sacerdotum castimoniz ac penitentiaz prospectum.

69. Claudi Jaji parez Ratisbonæ labores, imparés successus.

70. noxia urbi libertas una de?

71. Adzreiter Annal. Boic. P. 2. Adzreiter

72. sed denudat inde avellatur.

73. Ratisbona aliarum civitatum exemplo vacillat.

74. Cause defectionis,

75. & difficultas res relipiscientiaz.

76. Turpis egestas Ratisbonensibus originæ, 8^o tuinz,

77. inde famæ & cupido in bona Ecclesiastica,

78. denique odia in personas sacras.

79.
inter ea pi-
scatur in
turbido no-
vatores.

80.
~~Claudii con-~~
~~tra tot mala~~
jam publicis cohortationibus, jam privatis alloquiis singulos, universos, ar-
guens, obsecrans, increpans in omni patientia & doctrina, charitate eos-
que exorrepta, ut, quò latius gratiusque monita in Civium animos penetra-
rent, vir id ætatis linguae Germanicæ studio, exteris, ut novimus, nequa-
quam facilis, se se improbo labore addixerit, neque remiserit, donec penitus
idioma hoc peregrinum condisceret. Verum denique voluptabilis simul & lu-
croæ novitatis gustu inescati Senatores quidquid contra dulce toxicum Anti-
doti offerebatur, tum ipsi, tum Senatus exemplo plerique civium respuebant
pertinaciter, quin eò sunt progressi, ut Claudium urbe pulsum coegerint so-
lum vertere.

81.
sed Civium
per vicacia
Claudium lo-
cò pellit.

82.
exulem &
eum eo So-
ciatem fe-
lix Bavaria
excipit.

83.
Bavariaz u-
triusque sub
unum caput
ab Alberto IV
ad Alberti
conjun-
ctio.

*Adlerei-
ter An. Boic.*

84.
Bavariæ acce-
ptum ante XI.
secula fidei
lumen nullâ
unquam hæ-
refis umbra
obscurarunt.
*Welferus de
Rebus Boic.*

85.
Oppressus e-
nim ab Hugi-
berto Ehr-
vvolfus.
*Adlereiter
Annal. Boic.*

86.
Expulsi à Lu-
dovico Fla-
gellantes,

corum Ordinem, benevolas aures patuisse quadruplatoribus, quorum decla-
mationes id maximè perstrepebant, violatione sacrorum Jurium obsequium
etiam Deo præstari. Jam proinde rem eò deduxerant, ut gemina templo
Lutheranæ Synagogæ concederentur, in quorum uno populus ad concionem,
in altero Curiones unà cum plebe ad sacram Synaxin sub utraque specie ce-
lebranda clanculum confluebant. Videns hæc, & perpetuum ingemiscens

Claudius nihil omisit, quo ruentem in exitium urbem retrahi posse sperabat,
jam publicis cohortationibus, jam privatis alloquiis singulos, universos, ar-
guens, obsecrans, increpans in omni patientia & doctrina, charitate eos-
que exorrepta, ut, quò latius gratiusque monita in Civium animos penetra-
rent, vir id ætatis linguae Germanicæ studio, exteris, ut novimus, nequa-
quam facilis, se se improbo labore addixerit, neque remiserit, donec penitus
idioma hoc peregrinum condisceret. Verum denique voluptabilis simul & lu-
croæ novitatis gustu inescati Senatores quidquid contra dulce toxicum Anti-
doti offerebatur, tum ipsi, tum Senatus exemplo plerique civium respuebant
pertinaciter, quin eò sunt progressi, ut Claudium urbe pulsum coegerint so-
lum vertere.

Sed en! mira Numinis, bonum è malis elicere soliti providentiâ factum
est, ut, quem unius urbis synagoga ejecerat, integra mox Provincia, & cum
eo totam Societatem IESU, non hospitem solummodo, sed municipem, in
perpetuum reciperet. Quæ receptio cùm admodum per se magna, ac ma-
gnarum, quæ exinde sunt consecutæ, rerum auspiciatissima origo fuerit, opera
preium erit ampliori non nihil coenioratione eandem prosequi. Haud absque
singulari Divini erga Bojos favoris argumento factum est, ut nobilissima Ro-
mani Imperij & Germanicæ portio Bavaria ob amplitudinem suam in duas par-
tes divisa, quarum una superior, seu prima, secunda altera, seu inferior ap-
pellatur, populis, urbibus rebusque omnibus ad victimum, quin ad delicias,
paratis frequentissima sub unius tandem Principis dominatum redigeretur. Al-
bertus id effecit hoc nomine quartus, Sapientis cognomento vel sola ex hac
causa dignus: qui partim Maximiliani primi Cæsaris, affinis sui autoritate,
armisque suffultus, partim amicis cum gemino fratre pactionibus perfecit, ut
lege, stirpi Witelsachia futura in ævum usque sanctissima, caveretur, ne
gubernandæ Bavariaz suprema jura in plures disperirentur Principes, sed penes
solum natu maximum hæredem manerent, reliquis, si qui adessent, assigna-
ta ex publicis redditibus summâ fruituris, quanta tantæ domus Majestati suf-
fictura esset. Quantum prudentissimi consilii salubritas & Patriæ quieti & Re-
ligionis integratæ prospicit, in hanc usque diem cernimus. Steterat Orthodo-
xa Fides in prima, quam Divus Rupertus ab undenis & amplius seculis Theo-
doni Bojorum Duci, subditisque populis attulerat, Evangelii luce, tam fir-
ma, puraque, ut nulla unquam Hæresis caput inter eos extollere, sed emque
stabilire sit ausa. Nam & Divus Bonifacius, alter ille magnusque Ger-
maniæ Apostolus, jam ante annos abhinc mille Ehrvvolfum, nescio quem,
adversa Religioni Catholicæ & flagitiosa dogmata rudi plebeculæ obrudentem

Hugiberti Ducis cura jussisque accendentibus oppressit, & Ludovicus itidem Bo-

jariaz Princeps Severi titulum longè commendabilius ab expulsis Flagellantibus,
quæ à perpetrata conjugis innocentis cæde retulit: cùm hæc hominum sex,
quæ flagellis in se acriter quotidie sœviens, pietatis sanguinariæ larvæ impias
hæreses & abominandas foeditates tegebant, ingenti agmine ex omni statu ac
ætate collecto ex Italia per Alpes Frisingam usque jam pervasisset, Ludovicus,

quem dixi, gravissimis editis, ac ostentatâ vi, ne unum quidem passum pro-
gredi, unumve diem intra ditionum suarum fines subsistere permisit. Sed &
Husitarum impietati, quæ vicinissimam Bavariaz Bohemiam sub annum millesi-
num quadringentesimum sexagesimum occuparat, omnes aditus præclusi fue-
runt,

runt, tum Henrici è Palatina Bojorum Ducum familia Mospachii Comitis Ratisbonensium Antistitis indefessa vigilantia, tum duorum præpotentium Dynastarum à Duce Alberto proscriptorum expulsione. Quin & ipsam Hebraicæ synagogæ fæcē tot passim alis in Provinciis civitate donatum sancta in per-

submoti procul ab Henrico & Alberto Hussitæ.

petuum lege suis è finibus exesse jussit omni à labe pura Bavariæ pietas. Haud idem sperare primum fuisset, si hoc tempore, quo Lutheri hæresis totam ferè Germaniam, & populorum concursu, & paratis ad ejus defensionem armis, suam fecerat, in plures Dominos Bojorum Regio fuisset distracta; nam, cùm antea Bojariæ Reguli, quamvis sanguine juncti, diversis tamen seu cupi- ditatibus seu litibus divisi, mutuis se bellis non raro lacerfiverint, etiam nunc facile potuisset contingere, ut intestinas controversias etiam ad dissidia de Religione extenderent, sive odio, sive spe metuē jus suum qualemque fo- ret, hac ratione facilius aut consequendi, aut amittendi. Dubitari profectò saltē poterat, an æquali fervore singuli, uti pro focis, sic & pro Aris pu- gnaturi essent; namque, ubi plures ad eundem effectum collaborare habent, eadem in laborando constantia solertiāque non est sperabilis; itaque, ut in- nubam, singularis in Bavariam Numinis, omnium præscii, benignitas fuit, quod uni eam Domino, potestate quasi Monarchica gubernandam præparâ- rit, ac tali quidem, in quo avitæ Religionis exercendæ pietas, tuendæ con- stantia pulchrum illi Constantis nomen datura, cum prudentia simul poten- tiāque, admirabilem in modum, elucebant. Guilielmus is fuit, hoc no-

Alberti Bav.
Ducis p̄i p̄o
religione co-
natus.

mine Quartus, cui parens Albertus, de quo antè memorabam, non modò ut amplissimas Provincias uno Dominio, verū etiam una Religione conjun- das relinqueret, multo antea tempore laboravit; quippe velut futurorum præ- tagus, ac syncerum Dei cultum verāmque fidem in tanta, quæ invaluerat, vivendi intemperie, bonis operibus emortuam haud diu constatarum arbitra- tus, morum integratati restituendæ à Sixto Quarto Pontifice Maximo Jubilæ- um imprimis pro suis subditis, ad Numinis propitiationem, deinde Censores etiam, viros probos doctōsque, nominari petiit, ac impetravit, qui discipli- nam Religiosam, sicubi in Asceteriis collapsa esset, ad veterem sanctitudinem reformarent. Præcipui in his fuerunt Sextus Episcopus Frisingensis, & Con- radus Ovibutyrius ex Ordine sancti Benedicti, antiquissimi celeberrimique Mo- nasterii Tegernseensis Antistes: hi commisso sibi munere fortiter simul ac suaviter functi, varia quidem Religiosorum Domicilia ad pristinam Instituti nor- mam reduxerunt, iis verò, quos refractarios, protervéque obstantes inve- nere, habitatione veteri, submotis, alios disciplinæ amantes substituerunt, qua occasione factum, ut, qui è Divi Francisci Familia Reformatorum nomi- ne Regulisque discernuntur, Monacensem in urbem fuerint introducti.

In imperan-
do Jubilæo,
& restituenda
disciplina Re-
ligiosa

Utinam prævia hæc cautela in cæteris quoque Germaniæ partibus statibus que locum invenisset, nequaquam tanta rerum omnium confusissima pertur- batio fuisset consecuta! ast nempe contrà evēnit. Vix decennium à Dicis Alberti obitu effluxerat, cùm omnes ferè Alemaniæ populos Lutherica con- tagio afflavit. Non defuere Principes, non defuit Apostata Lutherus ipse, qui arbitrati tergeminos Bojariæ Duces Guilielmum, Ludovicum, Ernestum (hos enim Albertus parens reliquerat) juvenili in liberiora pronitate haud dif- ficulter in partes trahi posse, crebris eos literis sollicitabant, verū quos e- ducantium, Wolfgangi imprimis patrui vigilantia, à teneris jam annis ju- ventæ spiritus ex principiis Catholicæ Fidei temperare condocefecerat, à fide ipia dimovere velle frustraneus labor fuit. Steterunt ita semper immoti, ut Bellajus Langius, ad Lutheranos Principes Schmalcaldiz congregatos à Fran- cisco Galliarum Rege Legatus, in publico confessu asseverārit, locutum se quidem Bojis Principibus de Fidei controversiis, sed invenisse ipsis Theolo- gis Sorbonæ Parisiorum firmiores. Non inferior Christianâ constantiâ in Wil-

Operâ Sixti
Ep. Frising.
& Conradi
Abb. Tegern-
seensis.

Reformato-
rum S. Fran-
cisi inava-
riam Colonia.

Lutherus Bo-
jorum Pu-
cipum in fide
constantiam
frustra peri-
clitatus.

Præclarum
de iisdem Le-
gati gallici
testimonium
guilielmus
Bav. Dux Re-
ligiæ Vin-
dex.

96. helmo Zelus fuit conservandi inter subditos intaminati Divini cultus , adhibitiis etiam , si moliora non sufficerent , acrioribus remedii. Hinc fuit , quod novi Testamenti translationem in linguam Germanicam fallacibus mendis à Hæretica Biblia luppri- mit,
97. Lutheri infartam , editamque , severissimè proscripterit ; hinc , quod , colle- Hæreticos & rebelles Ru- sticos domat , Serviss in Comment. ex Lutheri scriptis contra legitimos dominos magnis agminibus rebellare do- cti , servile bellum iis intulerant , cautè averterit , dum eos à Salisburgensis An- tistitis Matthæi Langii ditionibus exegit , ne fatale hoc malum , quo plurimæ nobilium arces , Monasteriaque , rusticorum ex adverso ultra centum millia pe- rierunt , Bavariam quoque invaderet ; hinc denique fuit , quod Leonardum Cæsarem , impium sacerdotii desertorem ac novi dogmatis in Bojaria sato- rem , vivum comburi jussit , aliis aut capite plexis , aut aquâ præfocatis.
98. & Novatores extremis sup- plicis perse- quitur.
99. Religionis in Bavaria pro- pugnatores , & priui Societatis Pa- troni
100. Christophorus Comes Schwärzen- bergius,
101. Leonardus Ekius & Wi- guleus Hun- dius , Valent. Rott- mar. ad an. 1539.
102. Augustinus Leschius , Franc. Bur- skardus.
103. Canisi de his Elogium.
104. Epilcoporum Bojariorum pro Fide vigila- tia Bacelin. Germ. Sacr.
- Bruschius de Episc. Germ.
105. Guilielmi & Ernesti Du- cum ac Fra- trum pore- state luffulta.
- Quàm porrò noxios in publicum suasores exterminare conati sunt Prin- cipes , tam fidos gnavorisque adscribere studuerunt consiliarios , qui Ecclesiæ causam fervore suo & ingenio sustinerent. Eorum aliquos nominare tum ma- gni meriti ergo , tum etiam grati animi causâ liceat , quod ad Societatis no- stræ stabilienda primordia operam verè amicam sollicitamque contulerint. Pri- mus ex his genere & autoritate eminet Christophorus , ex illustrissima Comi- tum , nunc Principum , Schwärzenbergiorum Familia , cuius eximius avita sa- cra apud Bojos conservandi , usque in feram ætatem , ardor tanto magis est admirandus , quanto minus exempli ac incitamenti à Patre habuit , pertinace omnino ac feroce Lutherano , qui , literarum cæteroquin rudis , ubi librum , Christophori sui instinctu pro veritate Catholica à Gaspare Schazgero , Fran- ciscani Instituti viro doctissimo , editum intellexit , cùm aliter non posset , sat refutatum esse putavit , si maledicta regereret , quæ ex furiosis Lutheri scriptis consarcinata pariter prelo vulgavit. Christophoro sanctorum laborum socius fuit Leonardus Ekius Randekij dynasta , cui , uti & Wiguleo Hundio de Lauterbach , Annales Ingolstadiensis Academiæ id elegii adornarunt : fuisse utrumque inter Jurisconsultos , ac Humaniorum literarum peritos nobilissimum , inter nobilissimos Jurisconsultissimum ac Humaniorum literarum peritissimum , ita quidem , ut ipse Carolus Imperator in publico sèpè Comitio , ubi diffi- cile quidpiam & implicatum se obtulerat , optare sese diceret , ut esset ali- quis , qui Ekium è tumulo resoderet , solvendis utique nodis Gordiis parem , & æquum semper prudentemque diribitorem. Ekius neque nobilitate , neque rerum usu sapientiâque cessit in Cancellarii Boici officio successor dignissimus. Augustinus Loeschius à Peterstorff , quibus strenuissimam operam sociavit Fran- ciscus Burckardus , de quo dubitares , potiusne Jurisprudentiam laudares , an virtutem ac probitatem. Petrus Canisius hos quatuor viros , gloriae , non tam Bojæ quâm Divine , quadrigam haud absque dulci mentis voluptate solebat appellare. Et aderant huic Israëlis currui Aurigatores gnari sanè & gnavi , qui videlicet Episcopi , divisâ inter se curâ gubernandis Bojorum sacris antiqua par- titione præpositi , Wolfgangus , quem suprà laudavimus , Passaviensis , Mau- ritius Hutterus Euftadiensis , Georgius Ratisbonensis , Otho Truchsesius Augusta- nus , Frisingensis deniq; Henric. ex Comitibus Palatinis , singuli tam præclarè officio functi , ut non Catholicî tantum , sed hæretici quoq; Scriptores illorum præconia vul- gârint. Sed præ omnibus felicitati Bojariæ vertit , quod Principes haberet duos fra- tres , eoscè haud ortu tantum , sed eodem pro Aris ac templis ferventissimo studio concordissimè Germanos , quorum Guilielmus quidem gladio , Ernestus Peda , prædatores lupos à commisso sibi grege arcerent , ille gentis Dux , hic Archi- Episcopus ac Metropolitanus , postquam videlicet Passaviensem Insulam cum Sa- lisburgensi commutârat. Quæ cùm ita tunc se haberent , non tam citò Ratis- bonenses ad Lutherum decisivisse Guilielmus intellexit , quâm ne malum Ba- variæ , in cuius umbilico urbs hæc sita est , pleniùs se infunderet , omni arm- adlerreiter.

Ratisbona commercio sub capitibus poena subditis interdixit, ita ut ne quidem ex suburbio transponantur, quod olim Ratisbonensibus oppigneratum Alber- Bojariz sub-
tus parens præsentaneo ære haud ita pridem redemerat, vel pedem inferre diti ab omni quisquam auderet. Edictum hoc asperum nimis, atque etiam periculorum est cum Ratisbo-
nensibus vium nonnemini, ex eorum fortassis genere, qui populorum Rectores mu- commerceo
neri satisfacere opinantur, modò temporariæ suæ suorūmque felicitati prospe- severo Dacie
cum eant, de æterna nihil solicii, metuendum dicebant, ne ansam turban- imperio ar-
dar Bavariae ipsiusq; etiam utendi armis Ratisbonensium foederati arriperent. At centur.
Guilielmus: absit: inquietabat, ut quidquam in Decreto mutem, donec aut Sanctum ac
Ratisbonenses ex integro resipiscant, aut Patriam saltem nostram in tanta er- memorabile
rantium vicinia extra discriminem deviandi à Majorum vestigiis positam speciem: fatum.
fixum enim est ditionum omnium quin & vitæ jacturam antè perpetu, quam
sinere, ut, quos Numen mihi populos credidit, perfidi insidiatores ab rectæ
salutis orbis fraudulenter abducant. Digna vox Constanti Principe & in hanc
usque horam omnium Wilhelmi Posterorum animis hæreditaria.

Claudij porrò Jaij ejectionem in Bavariae suæ compendium vertit vigilan- 108.
tissimus Princeps, dum ab Hieronymo Verallo suprà memorato Pontificis Nun- Claudio In-
tio petiit, ut Claudio, qui à Paulo Tertio Veralli mandatis stare jussus fuerat, golstadium
Ingolstadium mitteretur. Est urbs hæc alio etiam nomine Anglipolis dicta, ex accersitur.
eo, quod Anglosaxones olim cum Divo Wilibaldo primo Aureatensium E- Gretserus, in
piscopo ex Britannia illuc appulsi urbem hanc ad Danubij ripas condidisse ex SS. Eystad.
cre- Merianus,
dantur, Utilonis Bojorum Ducis permisso, unde & in veteri Martyrologio tra- Baron. not. in
ctus ille terrarum Saxonie nominatur. Sita est Anglipolis in planicie mun- Martyrol.
tionibus struendis opportuna, quam proinde Guilielmus, de quo loquimur, 109.
validis aggeribus fossisque cinctam firmissimum ad tuendos Regionis limites Urbis origo,
præsidium effecit, cum jam priùs, anno videlicet post millesimum quadrin- situs, &c.
gentesimum septuagesimo secundo Ludovicus inferioris Bojariæ Dux, cogni- Rotmar. Ad-
mento Dives, celebre ibidem Athenæum seu Academiam fundâisset, mun- vidual.
ficus literatorum hominum fautor, altiorque. Inlytum aliquamdiu ac Princi- 110.
pum etiam filii frequenratum fuit. Ast ubi Lutherus Philosophicæ Theologi- Academia à
cæq; scientiæ neglectum hominibus persuasit, magna paulatim solitudo est fa- Duce Ludo-
cta: quin & Professores ipsi haud omnes Orthodoxi erant, nam Philippum viaco ibidem
quemdam Appianum Matheseos doctorem Luthericum fuisse annales Acad- instituta
mie testantur, & Theologiaz quoque Magistri parùm sanæ fidei irrepererant, I 11.
quod mirum videri haud debet contemplanti temporum illorum tenebras, in- Lutheri estate
ter quas multis verum tramitem ab errore secernere perdifficile erat, com- languet,
pluresque tandem mirati sunt in hæresin se inductos fuisse, qui sibi haçtenus Rotmar an.
præ aliis videbantur esse Catholici. Intempestivo præterea fato occidit ma- 1542.
gnum illud Ecclesiæ sydus, ac Theologorum suo ævo Phoenix Joannes Ekius Joannis Ekii
è Suevia oriundus Academiæ Anglipolitanæ Procancellarius, cuius incompara- obitus.
bilis viri ac multarum, quas è Publicis contra Lutherum, & ejus Assedias I 14.
concertationibus retulit, palmarum celeberrimi Herois memoria, cum apud Ejus domici-
omnes bonos gloria exsistit, tum singulariter gaudet Collegium Societatis lium Colle-
Ingolstadiense, quod possessas olim ab ipso ædes ac Musæum illud, intra quod obvenit.
tam numerosæ tamque salutares pro Ecclesia lucubrationes fuerunt elaboratae, I 15.
intra domicilii sui limites concluserit. Guilielmus hac jactura, ut par erat, Ingolstadii
commotus Ingolstadii servandi curas, tanto acriùs intendit, quanto propius periculum ex
discrimen imminebat ex Junioris, ut vocant, Palatinatus vicinia urbi huic Ducatu Neo-
undique circumfusa, cuius Princeps Otho Henricus Neoburgi, quod tribus burgio re-
haud amplius Leucis Anglipoli distat, habitans, nuperrimè in Lutheri pedi- cens Hæresin
cas inconsulta temeritate seipsum induerat. Averuncandi mali spes in Clau- amplexo,
dio Jajo erat, qui Anglipolim ingressus ocyùs manum evellendis zizaniis ad. Id avertere
movit. Familiaritatem contraxerat cum Roberto Baxio in Scocia nato, qui per Claudium
Guilielmus à pue- contendit.



I 17.
**Claudius
nondum
Theologiz
Deoꝝ enun-
ciatus sacras
tamen literas
interpretatur
publicè.**

A.C.
MDXLV.

I 18.
**Varia Princi-
pum ac Prä-
fulum Clau-
diū sibi
vendicanti-
um simulatio
Cor. Stenge-
lius Hift.
Aug. P. 2.
c.66.**

I 19.
**Jajus in Sy-
nodo Salis-
burgensi pro-
sedis Roma-
nae authori-
tate laborat,
& efficit,**

I 20.
**duabus præ-
sertim in ca-
pitibus.**

I 21.
**quibus annu-
ere omnes.**

I 22.
**Otho Truch-
selsius Clau-
diū Wormatiā ad
Comitū ac-
cessit.**

MDXLVI

I 23.
**Hermannii
Coloniensis
Archiepisco-
pi,
& Ludovici
Electoris Pa-
latini in Hz.
refia lapsus
ac contra
Cæsarem
pervicacia.
Majenius**

I 24.
**Accedit his
Fran. Wal-
dekius Mo-
nasterii Epi-
scopus impu-
tus.**

à puero cæcus pietate tamen & doctrinæ excellentia èò proiectus est, ut ArchiEpi-scopus Armacanus in Hibernia fuerit consecratus, is vehementer Claudium hortatus est, ut Professorum Academicorum postulatis annueret, qui licet Jajum Doctoris Theologiæ gradu necdum esse insignitum scirent, abunde tamen Theologicae Cathedrae, quam Ekius reliquerat, majestatem sustentatum iri, suppletumque famâ, quod titulis deerat, confidentes, virum magnopere roga-bant, ut docendi munus in se reciperet, quoruin precibus studiisque compulsius publicè sacras literas explanare per æstatis decursum aggreditur, multorum, qui male à rectâ fide abducunt fuerant melius sapere viveréque eductorum fructu.

Biennium ferè Ingolstadii mansit, cum, secundo rumore de ipsius scientia & pietate ubique diffuso, certatim à viris Principibus expetitur. Præaluis, judicante ita Verallo, cui ex mente Pontificis obediebat Jajus, Otho hunc Truchselsius obtinuit, qui nuper primum ad Insulam Augustanam evecus fuerat, præfum summæ in Aula Romana existimationis: ad hunc Dilingam profi-ciscens Claudius, pia primum violentia, dein ipsius Ottonis, Spirensi Comitio detenti, sensu ab Episcopo Eystettenium intercipitur bimestrique spa-tio magna Principis consolatione, magno incolarum commodo subsistit. Ast neque Dilingæ diuturnum fuit hospitium: Ernestus Juvavi, alio nomine Salis-burgi, Archiepiscopus cæteros Metropoli huic assignatos Episcopos ad Syno-dum evocarat invitato etiam Othonem Augustano deliberaturus, quid respon-si dandum foret Imperii Ordinibus de Religionis tandem stabilimento in pro-ximo conventu Wormatiensi ultimum, ut ferebant, consultaturis. Otho, ut postulabatur, Jajum quoque adduxit: verum is publicos Synodi confessus Pontificis injussu frequentare fas sibi non esse sapienter protestatus, privatim duntaxat singulos conveniendo, hortandoque prodesse in publicum studu t, duabus præsertim conclusionibus scripto comprehensis, quarum unâ solidissimè probabat, omni conatu obnitendum esse ab Episcopis, ne unquam Lai-cis, quorum maxima parte congressus Wormatiensis constatus erat, potes-tas de Fidei controversiis agitandi aut decernendi indulgeretur, sed earum de-finitiones à solo Pontifice expeterentur. Altera erat lectorios omnes et si in cunctis, quæ disceptabantur ad confessionem cum Orthodoxis adducerentur, nisi simul tamen Romano Pontifici, velut summo Christi Vicario, obedien-tiam præstandam agnoscerent sponderentque, segregatos adhuc ab Ecclesia Schismaticosque habendos esse. Tantum hæ lucubrationes per omnium ma-nus oculosque circumlatæ ab rationum copia roboreque ponderis habue-runt, ut nemo, qui intringere auderet possitve, inveniretur: opta-tissimus itaque finis impositus est Synodo: conclusum fuit, neutiquam permittendum esse, ut cujusquam Præfulis nomine in Comitiis civili-bus, nisi concessu Pontificis de Religione quidquam determinetur: sublcri-pserunt clausulæ huic primus ipse Archiepiscopus, tum Eystadianus & Augu-stanus, cæterique omnes, qui adfuerunt, Episcopi: nec aliter quæm decre-verant, egerunt: habita fuerunt Wormatiæ comitia, in quibus Otho Truch-selsius rem Catholicam admodum periclitari conspicatus, Jajum velociter ac-cersit: Hermannus Coloniensis Archiepiscopus palam non hereticus tantum, sed heresios propagator, & Ludovicus Elector Palatinus ad Protestantium sectam nuperrime transgressus, animum cæteris suarum partium Principibus fa-ciebant, ut Cæsari contra Turcam auxilia negarent, nisi prius emendatæ Re-ligionis formula, quam Spiræ pollicitus fuerat, exhiberetur. Accessit duobus his turbatoribus magno Ecclesiæ damno alterum Tiarâ sacrâ amictum caput Franciscus Waldekius Monasterij in Westphalia, Mindæc & Osnabrugii Epi-scopus, Princeps viribus præpotens & bello domitis haud ita pridem Anaba-ptifis tumidus, qui, nescio, superbiæ, an amoris sacrilegi (nam concubi-nae domi forisque imperiose implicitum postea fuisse legitimus) Oestro acus,

ad I^o

ad Lutherum nuperrimè defecerat, reversurus tamen aliquandò, ut Masenius testatur, tum ad fidem Orthodoxam, tum ad malè actorum, ut spes est, postnitentiam, postquam scilicet ab Alberto Brandenburgico ditionibus pulsus profugusque in castro Wolbecæ inclusus fuit, ubi & contabuit. Interim, ut aebam, ingens ab his tribus Ecclesiæ imminebat discriminè, unde laborandum maximopere fuit Claudio, non privatis tantum scriptis & colloquiis, sed publicis etiam concionibus, ut Episcopi imperterritò animo Acatholicorum minas machinásque sustinerent, ac retunderent. Steterat aliquamdiu Wormatiæ solus è Societate Cladius, cùm Nicolaus Bobadilla manum auxiliarem datus, ex Austria supervenit: unde vigilias pro Christi Servatoris ovili tutando conduplicant, atque illud imprimis consilium urgere insistunt, quod discedenti ad Germanos Claudio Ignatius, haud dubiè divinitùs inspiratum, suggererat, ut nimirum Episcopos Germaniæ permoverent ad instituendum ab unoquoque in sua Diœcesi collegium, in quo juvenes ingenio quidem, non item, ob parentum tenuitatem, necessariis ad altiora Theologiæ studia subsidiis instruci, gratis alerentur, evasuri subinde pī docētique, ex bona inibi educatione, pastores, quorum defectu maximè tunc laborabat Germania: inventum adeò salutare, ut dein oecumenica Synodus Tridentina peculiari decreto ab omnibus ubique Episcopis executioni dandum fanciverit, fuerintque non pauci è Patribus, qui rem hanc tanti æstimârint, ut vel ob eam solam, si alii fructus non existerent, convocandum fuisse universale Concilium affirmarent. De reliquo in illo tantis rumoribus diuturnisque altercationibus acto Wormatiæ congressu ad summam concordiæ perfectum est nihil, illud tamen geminum exinde commodum emersit, ut, quām inani spe lupi, ovinis pellibus tecū hactenus Orthodoxos lactârint, clare tandem intelligerent Episcopi, viderent que nullam, nisi noxiā gregibus, confessionem cum illis haberi posse: Cæsar ipse, quām protervè patientia sua in contemptum traheretur, peripiciens armis contra illos agendi tacita agitare cœpit consilia. Pontifex porro, ne quid quam ad consanandam Ecclesiam reliquise, Catholicis saltē in suspicionem veniret, Concilium in urbem Tridentinam indixit, postulante ita Cæsare Regéque Galliarum, quamvis gnarus, Hæreticos vel ad illud non comparituros vel certè decretis haud staturos esse. Conveniendum itaque Tridenti etiam Germaniæ Episcopis, saltē per Legatos, fuit, & Truchſefius quidem, re-nuntiatus nuperrimè Cardinalis non alteri, quām Jajo vices suas demandandas putavit. Reclamârunt non pauci Principes, seculares & quæ ac sacri: quod certatim virum hunc ad suas ditiones frucluſissimè laboraturum exposcerent: verū sagacissimus Præſul ex universalī Synodo univerſaliores in Germaniam utilitates à Claudi zelo derivatum iri confidens, flecti se haud paſlus est.

Quapropter solus jam in superiore Germania è Societate Nicolaus Bobadilla perficit, unde satis intelligens multiplices sibi uni labores incumbere, Apostolicas solicitudines omnem in partem circumtulit, Coloniam, Spiram, Ratisbonam profectus, ubique sibi semper, id est, infatigabili in vinea Domini operario similis, librum, quem de Christiana conscientia vulgârat, verbo etiam statim per hebdomadam diebus latino sermone, confluentibus ingenti numero Germanis ac Italîs, Hispanisque de suggestu explanare cœpit, continuavitque, usquedum maturata tandem Caroli Cæsaris de Protestantibus bello domandis consilia in apertum prodierunt: tum enim Germania rursum prima fuit, in qua Societas IESU Missionibus Castrensis, tam crebris deinceps, tantoque fructu terrâ marique obitis initium dedit. Adduxerat Carolo Octavius Farneſius ex Italia missas à Pontifice suppetias duodecim videlicet millia peditum, equites septingentos. Horum animis ut provisum foret, Nicolaum Bobadillam curatorem valetudinarii militaris Alexander Cardinalis, qui

I 25. sed pauld post infelix iratæ Neme- sis victimæ.

I 26. Wormatiæ pugnanti pro Deo Claudio Bobadilla se Communitatem jungit.

I 27. Ut erque ere. At nem ur- get Collegi-orum pro ju- ventute Theologicis disciplinis imbueda.

I 28. Comitia nul-lo fructu finita Episcopus & Castarem ad alia consilia cogunt.

I 29. Pontifex con-cilium Oecu-menicum Tridenti ce-lebrandum indicat.

I 30. Mittitur illus Truchſefii nomine Clau-diis

I 31. incassum contrâ nitens tibus pluribus germanice Princepibus.

MDXLVII.

* I 32. Interea solus Bobadilla in germania pugnat.

I 33. Donec & ipse Cæsar gla-dium in Ha-reſin strinxit,

I 34. inde initia Missionum Castrensiarum in Societate.

I 35. Primus Bo-badilla Ale-xandri Farne-sii postulatu- cum Sacram Ponti-

I 36.
mira ad
mortis usque
discrimen
charitate ad-
mirandus,

I 37.
Infulas pro-
picea sibi
oblatas ge-
nerosè re-
spuis

I 38.
Spes Catho-
licorum ex
celebri ad
Albim victo-
ria

I 39.
Victis Smal-
caldicis foede-
ris sociis Im-
perator Le-
ges dictat
Catholico
Principe di-
gnas.

I 40.
Concilium
Tridentinum
importunè
contagionis
merus dissol-
vit.

MDXLVIII.
Giampietro
Cataloni Hist.
Cenc. Trid.

I 41.
Bellis gallici
timor causa
& origo libri
Interim dicti.

I 42.
scribere
huic adni-
tente Boba-
dilla Guiliel-
mus cum a-
liis Principi-
bus decre-
bat.
Adxreiter.

cum Fratre Octavio Patrui Pontificis Legatus unà venerat, esse voluit. Suscepit ille, gesitque hoc munus tam charitate profusus, ac laborum sitiens, quām periculorum è contagio, quod in castris serpebat, negligens. Quacunque belandi ratio trahebat, semper præsens, in tentoriis morbidos, in præliis saucios conquirebat sauciatus ipse: quin & peste aliquando afflatus recuperata necdum integra valetudine ad pristina revertit. Agebantur hæc sub aspectum Cæsar is ac Regis Ferdinandi, quibus non poterat, nisi quām maximè probari,

tam eximū fervoris conatus, & indefessa solicitude. Ac Ferdinandus quidem viri doctrinā, eloquentiā, & cordato Religionis tuendæ studio mirificè captus, sacris eum Infulis jam destinārat, sed restitit Bobadilla, non minore contentionē, quām nuperrimè Claudius Jajus ad Mytram Tergestinam expeditus. Ambo, adhibitis etiam aliis deprecatoribus, professi ad obedientiam ac paupertatem se à Deo electos, vocationi suæ absque propriæ & alienæ salutis jactura nec posse nec velle contravenire, imperatrunt tandem, ut, quod malebant, potius inter ægrorum pœdores & pauperum ergastula, quām palatia degere sinerentur. Triumphantis privatim humilitatis gaudium auctum haud leviter fuit Nicolao ex spe, neutquam, ut apparebat inani, fore, ut brevi palam quoque Religio triumphum ageret de profligata hæresi; quippe cùm celebratissimo ad Albim fluvium conflictu captus Fridericus Saxonie Elector, pauloque post etiam Philippus Hassiae Landgravius in Caroli manus devenisset, certatim reliqui etiam foederi Smalcaldico adscripti Principes Urbésque liberæ Cæsar is sese potestati permisere, quidquid imperaret, facturos polliciti. Et imperavit ille pro eo, quo in Religionem antiquam ferebatur, zelo ante omnia, quæ sunt Dei, Deo redi, bona Ecclesiasticis ablata restitui, repurgatis templis antiquos rursum ritus induci, Sacra omnia denique ad Veterem Numinis colendi formam postliminiò revocari. Sed res præclarè coeptas sufflaminavit primò infelix remora, tum abruptus penitus. Contagionis metu Patrum in Tridentina Synodo congregatorum pars magna Bononiam se receperat, Pontificiæ ditionis urbem, cùmque hi Tridentum, ut volebat Cæsar, redire, ij, qui Tridenti subsisterant, Bononiam abire cunctarentur, neque Pontifex nisi causis mature discussis quidquam pro alterutra parte pronuntiare vellet, facilè apparebat, nihil de fidei controversiis œcumениci Concilii nomine, quale revera in tanta partium secessione non erat, statui posse, aut statutum a Protestantibus agnatum acceptatūque iri.

Cæsar interea gravi bellorum ab Henrico secundo Galliarum Rege, qui Francisko primo Patri successerat, inferendorum suspicione commotus, ut Germaniæ Principes addictos sibi faceret, servarètque, modum ineundum putavit, quo Religionis dissidia inter Germanos tantisper, ac velut per inducias consopiret. Librum itaque, incertum à quibus confectum, & à duobus Theologis Catholicis Julio Pflugio Naumburgensi Episcopo & Michaele Geldinga Sidoniorum Episcopo, Moguntinensi Suffraganeo, itemque Joannis Agricolæ in Aula Brandenburgica Concionatoris examine ac judicio probatum, omnibus Imperii Ordinibus prælegi offerrique jussit, ut, quæ in eo continentur, interea temporis servanda sibi scirent, donec Generalis Concilii, de quo Tridentum revocando magna contentione agebatur, statuta aliud decernerent; unde liber hic vulgo *Interim* est appellatus. Nihil equidem Codex hic asserbat fidei capitibus adversum, offendæ tamen haud modicæ ansam præbuit, quod Sacerdotibus, qui mulierculas uxorum nomine alebant, retinendi, & Laicis sacrosanctum Evcharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendi facultas tantisper indulgeretur. Nec Romanæ Curiæ, quæ ita statuere secularis esse potestatis negabat, nec Principibus aliquot Catholicis liber hic placuit, quod Lutherismo fores laxari dicerent. Guilielmus certè Bojorum Dux nullo pacto adduci potuit, ut libello subscriberet. Repugnantia hujus culpa maximam par-

partem in Bobadillam recidebat, & sanè haud abs re, ut qui & verbo & scripto laboratum ibat, ne hæc ineundæ Concordiæ formula Pontificiæ authoritati tam ad-versa, animis tam periculosa, aut ederetur, aut acceptaretur. Unde tandem effectum, ut Ministri Aulici, nomine Imperatoris, qui quidem optima mente id, quod statuerat, unam solamque revocandæ ab erroribus Germaniæ viam esse rebatur, migrationem ex Imperii finibus Bobadilla indicerent; paruit ille quantocùs & non minore suo gaudio, quæm comprobatione Pontificis, pro cuius dignitate tuenda, prout invictus stetit, ita promptus velut in exilium ivit.

Ne porrò Societati in Germania Superiore agendi pro Deo patiendique occasio diu abesset, Guilielmi rursum Bavariæ Duci in vindicanda Religione constantia servörque providit. Eodem quippe adhuc anno, quo illætabile Religionis, quod meminimus, justitium cœpit, Leonardum Ekium Romanum misit, cum literis ad Pontificem, quibus tres è Societate Theologos, ac nominatim inter hos Claudium Jajum mitti Anglipolim petiit; causa petendi fuit, ut plures eosque aptos Theologiæ Professores pro Academia illa nancisceretur; unus duntaxat habebatur, cui ob sinceram Religionem Cathedra Theologica committi potuerat, Balthasar Fannemannus isque simul & Ecclesiæ Divi Mauriti Parochus, & Academiæ Procancellarius, quo ad Suffraganei Moguntini officium avocato, reducendum denuò in Academiam Claudium putavit sapientissimus Princeps, utilitatum, quas illi Athenæo vir rei Catholicæ per-utilis attulerat, prudens æstimator. Et profectò necessum fuit continuare industrias, quibus adjumenta continendi in Fide populos pararentur; quamvis enim funestus ille Cometes Lutherus jam ante triennium fuisse extinctus, non illicò sydera errantia dispatuere: quin, si vivente adhuc Luthero ejus discipuli in varias discessere opiniones, longè magis post ejus mortem insana novandi prurigo quæmplurimos Lutheranorum Pseudotheologos invasit, obstinatos quidem ad Orthodoxam Ecclesiam haud redire, at fastidientes simul alterius ductum sequi, unde dici haud potest, quæm copioso diversarum hæreseon genimine verminârit Germania: tam multæ videlicet à veritatis centro, quod unum est, deflecentibus in mille diverticula aberrandi viæ patent. Credebant Princeps, credebant Bavariæ Episcopi gregibus suis, ne hac purulenta inficerentur, cautum iri, si sanæ Theologiæ studium scholis restitueretur, & restitutum iri sperabant, si Jajus iterum, quem jam nōsset, & paris cum Jojo spiritus adjutores accerserentur. Eadem mens ac sensus Pontifici fuit, quem ut Ignatio aperuit, is confessim per Alexandrum Cardinalem Farnesium effecit, ut Claudio cum bona Herculis Ferrariæ Duci, qui eum sibi filiusque Confessarium delegerat, venia Romam reverti liceret, sociumque futurorum laborum Alphonsum Salmeronem accipere.

Utrique additus fuit Petrus Canisius è Sicilia Romam evocatus. Qua occasione is ex Inferiore Germania Italæ, atque rursum Germaniæ Superiore obtigerit, haud infra operæ pretium esse arbitror, si paucis commemo-rem. Desperata erat Hermanni Wedani, Ubiorum Archiepiscopi, cuius misérandos lapsus nuper deploravimus, curatio, itaque hoc unum jam Joannes Gropperus, cæterique Cathedralis Ecclesiæ Canonici solicitissimè conniendum prævidebant, volebantque, ut urbs Colonia, cæteraque Archi-Dioecesis, quantum fieri posset, universalis ruinæ subtraheretur. Videbant absque Cæsaristæ Authoritate efficaciter id fieri haud posse, quam ut sibi auxiliarem facerent, Georgii Austrii operam adhibendam putaverunt: erat is Maximiliani Primi Cæsaristæ filius, atque adeò Caroli patruus, Leodiensem Episcopum ac simul Colonensis Archi-Episcopi Suffraganeus; ad hunc legationem instituunt, cæcumque Petro Canisio obeundam imponunt. Suscepit hanc Petrus, gessitq;

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. I.

C

felicissi-

I 43.
sed sanctorum
hoc consilio
um exilio au-
thori tuo ste-
tit.

I 44.
Guilielmus
Bav. Dux
tres è Socie-
tate Tholo-
gos à Pontifi-
ce petiit,

I 45.
interque eos
Claudium
Jajum,

I 46.
Necessarium
jam ac cele-
brem adversus
multiplicitia
Hærenze.
Hydræ capita
Herculem,

I 47.
Ejus Socii
Alphonsus
Salmeron &
Petrus Cani-
sius.

I 48.
Occasio Ca-
nisii ex Italia
rursum in
Germaniam
revocati.

I 49.
ex turbis Co-
loniensibus &
legatione ad
Leodiensem
primo Episco-
pum,

- I 50.** felicissimè; unde, de Georgii opera apud Cæfarem interponenda, jam securi Colonienses ad ipsum quoque Cæfarem ablegant Canisium, qui eundem stativa in castris habentem & bello Schmalcaldico accinctum invenit. Huic postquam Canisius Religioni apud Ubios illata jam damna indicavit, majorēisque adhuc cladem accipiendi pericula & periculorum causas eloquentissimè, uti sancè poterat, solebatque, exposuit, judicavit Cæsar, nullam avertendi existi rationem superesse, quām, ut Pontificio haud ita pridem anathemate exau-toratum Hermannum, ipse quoque Electoris dignitate privaret, ac ditionibus, tum Archiepiscopatu Coloniensi, tum Paderbornensium Episcopatu (nam utraque hæc Insula malè digno capiti obvenerat) subditis, armata manu pelleret, quod & factum, subrogato in Coloniensem Cathedram Adolpho Co-mite Schauvenburgico, in Paderbornensem Remperto Kerschenbrochio, vi-ris tiara dignissimis, quorum prima, eaque optato successu felix cura fuit, quidquid hæreticæ scabiei greges infecerat, expurgare, &, ne posthac inficeret, solertissimè providere.
- I 51.** Agebat eo tempore, quo Petrus Canisius legatione sua fungebatur, in castris cum Cæfare, Otho Cardinalis & Episcopus Augustanus, qui perspecta viri hujus tacundiā atque ætatem longè supergressa eruditione ac prudentia, om-nem lapidem movit, ut eum tandem à Nuntio Apostolico unā cum Wolfgango Andrea Rhemio Partitio Augustano, summæ ibidem ædis Präposito ad Syno-dum Tridentinam mittendum obtineret. Ite iussus Canisius primū quidem Tridenti, dein & Bononiæ, quò metu pestilentiae Concilium translatum fuisse memoravimus, inter ceteros Theologos, volentibus ita Concilii Präsidibus sententiam dixit, secunda omnium admurmuratione, obstupescientium tantam in homine non ultra viginti septem ætatis annos numerante scientiam, lectio-nis ubertatem, atque insuper latinâ præcipue lingua dicendi vim pariter ac nitorem. Verùm postquam ob tumultus bellicos nefaria cæde Petri Aloysii Parmensium Ducis excitatos Bononiæ quoque Concilium penitus diffluxit, Ro-mam accersitus existimationem, quam Sanctus Pater Ignatius, de hoc filio ex plurimorum narratione maximam conceperat, præsens non confirmavit mo-dò, sed auxit magnopere, ita ut aptissimum judicaret, quem ad fundanda in Siciliæ regno, petente sic Joanne Vega Insulæ Prorege, duorum Collegiorum primordia ablegaret. Cùmque ibi res certo jam ac seculo cursu irent, Germanum Germanis & Guilielmo Bojorum Duci concedendum esse æquum est visum. Romam itaque Ignatii iussu reversus est: anteaquam inde discede-ret, quatuor Societatis Vota solennia in templo Beatissimæ Virginis de Strada ab ipso Sancto Patre excepta professus est: nec jucunda animadversione vacat, magnum hunc Societatis Heroem, uti primus illi ex Germanis se addidit, ita primum ex iisdem quatuor votorum in Societate professionem edidisse. Cæ-terum, ne hæretici, ut plurimū suæ, quantumvis imaginariæ duntaxat, in Theologicis studiis scientiæ nebula ebrij, insultarent Romanæ Curiæ, quòd leves tantummodo pugiles, nec publico Athletis autoramento adscriptos ha-beret, quos contra se in palestram immitteret, mandavit Ignatius Canisio, ejusque sociis, ut, cùm Bononiam in transitu attigissent, Doctoris Theologici Gradum in celeberrima illa Academia susciperent. Paruere, ac, ne quid-quam gratiæ indultum fuisse cavillatores objectarent, omnibus, quæ ad hunc actum ritè agendum in Academiis ex lege observari solent, tentamentis se-sprobando obtulerunt. Erat tunc Bononiæ Episcopus Ambrosius Catharinus, qui Jurisprudentiæ Civilis olim Professor, verùm dein Sancti Dominici Pa-trarchæ Ordinem ingressus, unā cum seculo gentilitium Politi nomen dimi-sit, ac ob singularem sanctæ Virginis Catharinæ Senensis venerationem cul-tumque Catharinum sece appellari posthac voluit: huic Joannes Maria de Mon-te Cardinalis & Pontificis Legatus, qui dein ad Pontificatus culmen evectus
- I 52.** Otho Cardi-nalis Augu-stanus, Ca-nisium sibi vendicat,
- I 53.** & id Octo-menicam Sy-nodum mit-tit,
- I 54.** magna cum admiratione inter Theo-logos à Pa-tribus audi-gam.
- I 55.** Turbato subin Bononiæ Concilio Romam vo-carus.
- I 56.** Inde à S. P. Ignatio in Siciliam, MDXLIX.
- I 57.** editis deni-que 4. so-lemnibus vo-tis primus è Germanis so-ciis ac Pro-fessus in Ba-variam mit-titur.
- I 58.** Bononiæ pnus Docto-ris Theo-lo-gici laurea insignitus cum sociis ab Ambro-sio Ca-tharino loci Episcopo. Gianpierre Catalani h-ber. estl. Cenc.

Societatis JEsu Decas prima.

19 A.C.
MDXLIX.

Julii Tertii nomine appellatus fuit, negotium hos Candidatos inaugurandi dedit. Nec ille leniter hoc perfecit: uti vir erat profundissimæ doctrinæ, quæ stiones eis proposuit difficiles admodum ac intricatas, adeò, ut Canisius (quod ejus Ephemerides testantur) de enodatione sollicitus, Deum Divosque in id solicite imploraret: asscutus, quod rogabat, tanta scientiæ Divinæ dedit specimina, ut jure quo quis optimo & universalí applausu cum Jajo & Salmerone titulo, Insignib[us]que Doctoris Theologi fuerit exornatus. Sic itaque, cùm sibi bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus providissent, actis supremo Numini gratiis, firmoque animi decreto munere Doctoris, ea tempestate inter Romanos admodum rari, non ad fastosam vanitatem, sed unius Ecclesiæ splendorem, majorēmque agendi contra hæreses efficacitatem utendi, Germaniam versus perrexerunt, exceptique sunt à Cardinali Augustano, ad quem è via Dilingam modico flexu declinârunt, lacrymis præ gaudio manantibus, subin cum literis ejusdem commendatiis Monachium dimittuntur: quamquam commendatione non admodum opus erat apud Guilielmum Ducem, qui novos hospites, uti vehementer expetitos, sic avidè exspectatos benignissimè complexus, dies aliquot tum recreandos ab iteri nere, tum de iis, quæ Angli poli maximè curari vellet, edocendos, apud se retinuit, atque insuper, antequam discederent, gravissima simul ac benignitas plena oratione Leonardo Ekio ex urbe reduci, quæ præter alia munia etiam Patroni Ingolstadiensis Academiæ titulum ac officium pro illorum temporum more habebat, sedulo demandavit, ut Patribus consilio & opere, quantum posset, ubique adesset, quod mandatum quād lubente animo excepit, tam fideliter explevit, amantissimus, quoad vixit, Societatis fautor. Qui Ingolstadium eos deduceret, à Duce nominatus fuit ab arcans ejus Epistolis Henricus Schwei kerus, ad quem tot familiares ab Canisio superiunt Epistolæ: cum hoc Angli polin intrârunt idibus Novembri, ac in Diversorio Schoberi civis hospitati sunt, ad quod illicò, uti Principis literæ jubebant, cum Francisco Zanetto Bononiensi Legum Doctore, ac Rectore tum Magnifico omnes Academiæ Professores confluxere, salutaturi gratissimos advenas. Ipse adeò Mauritus, Eystattensis Antistes Athenæi hujus Cancellarius è vicina urbe sua Aureato accederat. Oratione per eleganti latina affatus illos est Georgius, qui Germano cognomine, quo Gottsman diu erat, in Græcanicum verso, ut xvi illius inter eruditos usus ferebat, Theander appellari volebat, Aubingæ prope Monachium natus, Magister tunc Philosophiæ Academicus, lequentibus annis etiam Theologiæ, ad Divæ Virginis Parochus, Procancellarius & Rector Magnificus, Vir quā præclaris aliis dñibus, quā miribili in primis memorie vastitate præditus. Respondit omnium nomine Canisius ad singula gratulationis memoria tam appositè, tamque eleganter, ut extemporalis hic Rhetor tam sapida facundi oris promulside ingeniem apud audientes gratiam iniret. Auxerunt hanc & Canisius & reliqui longè amplius, postquam publicè ad universam juventutem scholasticam perorandi occasionem sunt natæ: hac ut citò potirentur, in locum habitationi assignatum altero mox die petierunt introduci. Duo tunc Ingolstadii erant Collegia, in quibus aliquot Scholastici Principum stipendiis alebantur, Georgianum seu Novum, à Georgio Duce, vetus alterum à Ludovico Georgii Patre fundatum, ac sub eodem, quo scholæ publicæ, tecno positum, ea ædificii parte, quam nunc Bibliotheca Academica occupat: nam hæc alibi tum asservabatur, nempe ubi hodie Collegii Societatis Templum visitur. In Collegio itaque veteri habitare, ex Novo ali, submissoque bis quotidie cibo vivere coepérunt, quin & necessariis libris ac coetera suppelleabile domestica fuere instructi. Vix altera ibi hebdomade commorati Salmeron & Canisius sexto calendas Decembres suæ quisque scholæ solenne Principium fecit, præmissa oratione tam diserta ac eleganti, ut habuerit Patrum plausu exce-

159.
postquam e-
jus arduum
examen
subierunt.

160.
Ex itinere
Dilingæ ab
Othono Car-
inali

161.
dein Mona-
chii à Duce
Guilielmo
ingenti gau-
dio excipi-
untur

162.
ac Leonardo
Ekio com-
mendatur.

163.
Ingolstadium
ingressos A-
cademia offi-
ciosis saluta-
tionibus co-

Rotmar. & Re-
nal.

164.
Quibus cum
admiratione
respondet
Canisius.

165.
Sociorum
prima habi-
tatio, & sub-
sidia.

166.
Salmeron
& Canisii so-
lenne prin-
cium com-
muni ap-
plausu exce-

modestia, quod certaret cum aviditate auditorum, utramque dictionem ad typum impensè postulantium. Et Salmeron quidem Divi Pauli Epistolam ad Romanos, Canisius Magistrum Sententiarum explanare aggressus est. Iagus, qui pro Academiæ more, utpote publicus in ea jam olim Professor solenni initiamento supersederat, ad sequentis primùm anni principium Psalmos Davidicos explicandi Provinciam in se recepit, tanto singuli cum applausu, quantum comprobat Senatus Academicus unanimis testificatio, quam typis editam, atque ad Valvas affixam his verbis expressere: „Nuper quantam

- I67.** & publicum de insdem Academie clo-
gum,
„lætitiam ceperimus omnes ex adventu trium Theologorum, Claudi Jaij, Al-
„phonsi Salmeronis, & Petri Canisii, vix dici potest. Quorum præsentia
„non solum famam de ipsis excitatam non minuit, verum etiam auger. Quo-
rum singularis in Sacrosanctis studiis Scientia, tum in omnibus disciplinis
exercitatio, postremò sanctimonia vita exspectationem omnium, eamque
maximam non solum æquat, verum etiam superat.

MDL.

- I68.** Fausta initia Guilielmus Dux promo-
vet per E-
kium
„Nuntiata hæc læta initia Monachium, adeò Guilielmum Ducem accende-
runt, ut toto jam pectore ad Ingolstadiensem Academiam, florentiore, quam unquam statu, reponendam incumbet, quapropter Ekium ad illius res quam optimè ordinandas ablegat. Optabant vicini Episcopi ante omnia, ut Theologiae studium instauraretur, quod Sacerdotum ingens esset raritas, illo-
rum præcipue, qui contra sectarios solidâ scientiæ ac virtutis armatura depu-
gnare nōsset. Ostendere Nostri Ekio, nunquam Theologica studia restitu-
tum iri, nisi simul curaretur, ut & Philosophica reviviscerent, quorum in-
gens fastidium, contemptusque ex instillata passim ab Hæreticis persuasione

- I69.** ex voto Epi-
scoporum
„invaluerit: addiderunt: quidquid in hoc adjumenti afferre ipsis possent, nava-
tueros sedulò, quin fateri ingenuè, ea potissimum spe & consilio, Pontificis & Ignatij missu Româ se venisse, ut Societati Collegium statueretur, in quo ejusdem Alumni, dum literis severioribus excolerentur, simul & iisdem ali-
quando, publico Academiarum bono exponendis aptarentur, atque adeò re-
liqua pariter juventus ad eadem condiscenda, emulatione horum & exemplo
inardescerent. Agnovit facile prudentissimus Senex, rector, Ecclesiæ & Ba-
variae summe utilia consuli atque mox de constituendo, quod petebatur,
domicilio, tum ipse, tum maximè Guilielmus Princeps consultare coeperunt.
Et commodum erat, quod idem Princeps paulò antè à Summo Pontifice,

- instaurandæ Academiæ sumptibus, Ecclesiarum decimas in triennium impe-
trasset, quas ipse Cancellarius, dum Dioecesis suam lustrabat, per hanc &
reliquam Bojariam collegit, proventu sub primum statim annum ultra viginti flo-
renorum millia excedente. Atque ita primum Collegium, de cuius fun-
datione in Germania agitatum fuit, Ingolstadiense est, quamquam præpedi-
ta consilii hujus executione alia dein ante Anglipolitanum in Austria Bohe-
miâque fuerint erecta. Intervenit hæc remora ex immatura Guilielmi simul &

- I71.** Spes inde
Collegii So-
ciis Ingolsta-
diis fruendi,
„Morte Guili-
elmi Ducis &
Eküdiffertur.
Ekii morte. Obiit Guilielmus anno seculi Jubilæo seu quinquagesimo, die
Martii sexto, cum vixisset annos quinquaginta septem, Bavariam rexisset tri-
ginta novem, servâssetque non pacatam solum inter tot bella, alibi locorum

- grassantia, verum & Catholicam, inter tot hæreses undique circumfremen-
tes. Constantis titulum, quem propterea Orthodoxus terrarum orbis ei tri-
buit, minima etiam nostra Societas debet, quam affectus sui Clementissimi
constantia post mortem quoque frui voluit, dum ultimis pœnè verbis Colle-
gij Ingolstadiensis stabilimentum hæredi filio Alberto commendavit, ut, ubi
contra Patriæ hostes firmissimum, dum viveret, excitarat munimentum, etiam
contra Religionis eversores posthumum quidem, sed perenne staret propugna-
cultur. Paucis post diebus Principem secutus est Magnus ille Aulæ Bavariae
Minister Leonardus Ekius omnibus Germaniæ Principibus ex merito æstima-
tissi-

I72.

I73.

Breve, sed

ingens Ducis

Elogium.

tissimus, Guilielmo ipsi tam carus atque etiam familiaris, ut vitam sine illo acerbam sibi fore non diffiteretur. Porro Ekius quoque Societatem amavit tenerrimè, hanc ut Mauritio, quem sèpè nominavimus, Antistiti sibi commendatam habere pergeret, supremis fere, quas scripsérat, literis rogavit, huic Bibliothecam suam, sacris præcipue libris copiosissimè instructam, testamento legavit.

174.
Laus Leon-
ardi Eki
Cancellarij.

Geminò huic & spebus suis tam intempestivo funeri uti plurimùm Nostrì indoluerunt, ita maximè entendum censuère, ne, quæ optimus Princeps, ejusque Cancellarius, dum inter vivos agerent, vota habuerunt, post eorum mortem nostrâ culpâ effectu caruisse viderentur. Concessum illis ad sacras functiones Divæ Martyris Catharinæ facellum fuit, ad Academiæ portam, Facultatis (ut tum appellabatur) Artisticæ, seu Philosophicæ proprium. In hoc ubi primùm Canisius præter scholasticas prælectiones, festis diebus exhortationes pias, eásque latinas habere exorsus est, mox, ut reliquas in ampliore Collegii Georgiani æde haberet, rogatus fuit, ubi Erasmus Wolfius Collegii Georgiani Rector peculiarem dicturom suggestum locavit. Concursus

175.
Canisius ad
Academicos
fervens & fa-
cundus Ora-
tor

Præceptorum æquè ac discipulorum fuit maximus. Horum quos ex Theologis studiosis capaciores invenerat, permovit non nullos, ut interdum ipsi quoque de virtute quapiam in publico conventu declamarent, utili consilio; sic enim tum ipsi declamatores ad rerum spiritualium cognitionem, quin etiam ad amorem, sensim perducebantur, & ad conciones olim coram populo fidentiùs habendas convalescebant, tum Canisius occasionem sumebat, quæ dicta erant, copiosius nervosiùsque explicandi. Nec à verò aberrare videbitur, qui has in literatorum confessibus declamationes præviam fuisse ideam, ac prolusionem earum sodalitatum putabit, quas subinde suo loco sub Magnæ Matris patrocinio, auspiciisque coaliuisse enarrabimus. Illud etiam pervicit, ut Calendis Januarij complures ex Academica Juventute in Divæ Catharinæ Sacello ad sarcophagam Evcharistiam simul sumendam accederent, spectaculo ad id temporis Ingolstadii nunquam viso. Neque mirum obsequentes adeò fuisse Canisius juvenes, qui totum se in illorum commoda effundebat. Illis, qui Principum stipendio alebantur, uti & aliis, qui vellent, curæ Pastoralis sacra officia ritus que subsecivis horis explicabat: quos ingenium quidem ac indoles Reipublicæ aliquando futuros utiles, inopia tamen à continuandis studiis vel invitatos arcebat, corrogata stipe, conciliatisque patronis, quantum poterat, sublevabat.

176.
Studioſos
quoque in
laco ſugge-
ſtu utiliſum
exerceat

Ad ipsam quoque infimam pueritiam curam exporrigen, Latinæ Grammatices Rudimenta ab Hannibale Codretto edita in linguam Germanicam vertit, quibus veluti mantissam, primario tamen pietatem instillandi fine, capita Christianæ Doctrinæ, quæ scitu maxime sunt necessaria, subjunxit. Horum operum admiratio Patribus Academicis persuasio simul fuit, ut, licet multum reluctantem, mense Aprili universæ Academiæ Rectorem eligerent: quod officium, quamquam suscepisset invitus, haud tamen segniter ac minus cordatè gessit. Prima illi cura fuit noxios ac heterodoxo tabo infectos libros Discen- tium manibus excutere, licentiam debacchandi per compita, rixasque, & digladiandi libidinem coercere, atque ad hoc laudabilem quoque Senatus Academicus rigorem efficaciter urgere, ut minore invidia, autoritate verò maiore, poena, si quæ necesse foret, infligeretur, aut, qui correctione haud admissa nullam emendationis spem facerent, penitus ab Academiæ relegarentur, impetrato ad id etiam supremi Cancellariatus, quem penè Episcopos Eystattenies esse diximus, potente auxilio. His amoris simul ac severitatis, & palam imprimis conspicuæ sanctimoniaz exemplis perfectum est, ut aliam brevi Academia faciem indueret. Unde mirum haud est, quod Valentinus Rotmarus Philosophiaæ Licentiatus & Oratoriæ in Academia Professor ordinarius, in ejusdem annalibus usque ad annum supra mille quingentos octogesimum

177.
& prima qua-
ſi ſemina So-
dalitatum
Marianacum
jicit

178.
ad frequen-
tandam pub-
licè lacram
synaxia com-
plures indu-
cit,

179.
Omnibus
omnia factus,
ut Christo
lucrificaret.

180.
infimæ etiam
Grammaticæ
commodis
laborat.

181.
Canisius ob-
tot merita
Academie
Rector invi-
tus salutatur

182.
ac muneresuo
sancta cum
severitate u-
citur.

183.
melior inde
& alia longe
totius Aca-
demiz facioz.

- 184.** *Publicum Rotnari de Canisio & præclarum testimonium.* perductis, cùm ad tempora, quibus Rector Academiae Canisius erat, perver-
nisset, hoc elogio adhuc tum viventem celebret: „de hoc Magnifico Domi-
„no Rectore nescio certè, quid scribam: nam si tantùm ejus ponam nomen,
„multis & præstantissimis illius viri, & de Catholica Ecclesia optimè prome-
„ritis virtutibus sit injuria: si encomiasticon instituam, luci intulero tenebras.
„Quid igitur faciam in eo, qui laudari neque à me, neque à disertissimo
„quoque potest condignè? Remitto lectorem ad illius opera & disertè, & e-
„ruditè & Catholicè hactenus edita, si quis meliora & majora, quām ego pos-
„sum, se præstare confidit, is viderit, quomodo de tanto Heroe, tam pio
„viro, tam forti Ecclesiæ Athleta benè possit dicere. Ego unum dixero:
„lumen est nostro tempore inter Doctores Ecclesiæ. Vivat sibi, vivat Ec-
„clesiæ, & Religioni Catholicæ annos Nestoreos! Hæc author, nullo nisi ve-
ritatis, quam Historicus posteris debet, amore Societati obstrictus, cùm lon-
gè Ingolstadio, Friburgi Nuithonum is, quem laudabat, degeret. Ut por-
rò de Societatis præsentia, civibus quoque futura deinceps multum salutari,
185. *Canisii zelus in Cives quoque salutaris* arrhabonem quasi ac specimen haud unum daret, Canisius diu noctuque illo-
rum spiritualia curare aggressus est commoda, circumcurrare ad Nosocomia, invisiere ad captivos in carceribus, per dormos investigare ægrotos, opem
Concionibus ad sancti Mauriti, omnibus & solatium, quā posset, afferre, progredi simul in Cathedram nunc
in Sacello sanctæ Crucis, quod tunc erat extra urbem, nunc intra urbem in
Æde sancti Mauriti, sæpè etiam bis uno die ad confertum dicere auditorem.
Ad hæc, quod Romæ fieri à Nostris vidi, atque etiamanum fieri consuevit,
Ingolstadii quoque orsus est, concionari nempe in foris & compitis, ibique
et publico fo- diebus festis, pluribus in locis, concurrentem novitate rei populum piis mo-
to habitu. nitis imbuere. Quæ res, cùm plurimos miratores, non nullos etiam oblo-
cutores haberet, Episcopo tamen ac Magistratu, Academico non minùs ac
Civico, judicata est admodum probabilis, quòd gnari essent, expedire,
ut interdum extraordinaria quædam, atque ad tempus duntaxat duratura, ge-
rantur, quòd facilius, quæ ordinariè fieri oportet, in morem usumque stabi-
186. *Mebis erga Canisium studia, & emendatio in cultu Divine practita.* lem deducantur. Canisio tantam inusitatus hic zelus plebis obsequentiam pe-
perit, ut facilè ab gemina consuetudine, quæ Divini cultus ritum malè vi-
tiaverat, se abduci passa fuerit. Prima erat, quòd ventitare quidem ad tem-
pla soleret populus, at planè neutiquam, veluti ad domum orationis: nullæ
propemodum siebant preces: levare ad coelum junctas manus, tollere ad
Deum oculos, quin vel labia, precantis in modum, movere, vix non pudori
ducebatur. Accessit abusus alter, cùm Missæ sacrificio assisterent, ut primùm
Sacerdos sacrosanctum Calicem sublimè levasset, plerique protinus è templo
se ejiciebant, tanquam Ecclesiæ Præcepto abundè jam satisfactum esset. De-
tonuit graviter contra irreligiosam hanc properantiam Canisius, docuitque so-
llerter, quantum Mysterii tanti veneratio, ac, festis saltē diebus, sacri inté-
grè audiendi mandatum Ecclesiæ violaretur. Ubi corruptelam hanc exter-
187. *Pia & efficacia teneræ z-tatis exempla.* narat, multò facilius alteram sustulit, precandi videlicet sub re sacra oscitan-
tiam: collectos ex tenella ætate puerulos in sacras ædes induxit, qui compo-
sito ad modestiam corporis sru, junctis palmulis Religiosas precatio-
nes clara voce recitabant: excitati pio clamore adulti sensim indignari præpostoræ vere-
cundiae, potiusque parentes erubescere cœperunt, si ne sequi quidem exem-
plum vellent, quod à filiolis præberi cernerent.
- 188.** *Claudius Jajum a Lipomano Veronensi Episcopo expeditus* Adjutores ad magna hæc opera strenuissimos Canisius habuit Alphon-
sum Salmeronem & Claudium Jajum, sed aliquamdiu duntaxat. Aloysius Li-
pomanus, antequam Veronensem Infulam cum Brixensi commutâsse, atque
à Paulo Quarto arcanarum Epistolarum scriba fuisset delectus, imperârat à Pon-
tifice, ut Claudius sibi, urbique Veronensi excolendæ concederetur, nec re-
luctabatur Ignatius, quòd Lipomanus, nobilissimus apud Venetos, Gentil plu-
rimū

rimùm deberet, utpote ex qua Andreas Lipomanus primi ex omnibus in tota Italia Collegiis, Patavini ac dein etiam Veneti fundator existit. Verùm in- tercessit Otho Cardinalis Augustanus, qui, quòd habenda proximè rursum Augustæ essent Imperii Comitia, exposuit Romanæ Curiæ, quantò magis in his, quàm alibi, necessaria foret Canisii aut Jaij præsentia: obstitit pariter Dux Albertus, tam paternarum Ditionum quàm solicitudinum pro Ingolstadio hæres, ne avocaretur Canisius. Itaque missus est Augustam Claudio*Lipomanus*, Claudi*verò Salme-* loco Veronam Salmeron, qui tum Theologæ Decanus, antequam abiret, publicam in Academia disputationem habuit, exornandæ celebritati, qua Pe- trus à Binero Sacellanus Cæsareus, Theologæ jam Baccalaureus Granatensis Qui primus & Societate Regni Decanus, & Prior, Doctoris Insignia capeffivit, ob id ex Hispania us- que Ingolstadium profectus. Adeò intra breve spatum Anglipolitana Theolo- gia è tenebris, quibus temporum malignitas involutum illam penitusque se- pultum iverat, denuò in lucem & famæ claritatem longè latèque diffusam emer- sit. Liceat hic mihi literas Ignatii ad Claudio Jajum, quibus eum primò Ve- ronam excibat, recitare, ut liqueat, quo spiritu vir sanctus ad suos scribere & erga Bojaræ commoda ferri consueverit. „Gratia & pax Domini nostri Iesu Christi vivat semper, & crescat in cordibus nostris amor.

„Charissime frater, cùm ferè ante biennium Veronæ verbi Dei interpre- S. P. Ignatii
„tem ageres, revocatus fuisti præcipiente Sanctissimo in Christo Patre ac Do- ad Claudium
„mino felicis recordationis Paulo III, ut ad petitionem Guilemi gloriose litteræ, pro-
„memoria illusterrimi Ducis Bavariae unà cum Doctore Petro Canisio sacras domuin Boi- nissima in
„literas Ingolstadij profitereris. Noveris igitur, Reverendissimum Episco- cam voluntate,
„pum Veronensem tui absentia vehementer permotum fuisse, sicut etiam li- Pontificiam
„teris suis ad nos datis aperte testificatus est. Quare haec tenus non destitit in- obedientiā
„stanter agere apud Sanctissimum in Christo Patrem & Dominum Julium III. pleaz.
„donec ab eo impetraverit, ut tu eò redires, unde evocatus fueras. Cùm
„autem summi Pontificis voluntati aut Præceptis reluctari jure nec possimus nec
„debeamus (quamquam alias nobis tua Ingolstadii mansio magis probaretur)
„tibi per præsentes literas significamus, & in virtute sanctæ obedientiæ præcipi-
„mus, ut quàm primùm & ante hyemem ingruentem in Italiam te transferre si-
„ne ulla mora, aut cunctatione velis. Ne autem illustrissimi Principis Al-
„berti animus hac tui revocatione vel minimum offendì valeat, in cuius-gra-
„tia & benevolentia promerenda omnem nostram operam & studium pone-
„re parati sumus, nèce celeberrima Ingolstadiensis Academia quidquam de-
„trimenti in studiis Theologicis pati possit, de qua certè quàm plurimum me-
„reri & cupimus, & studemus, in locum tuum destinamus Doctorem Nico-
„laum de Gaudano, natione Germanum, virum cùm morum pietate, tum
„singulari Theologicæ professionis doctrinâ præstantem, de quo plurima sibi
„polliceri poterunt, sacrarum literarum studiosi. Hunc autem vix vel non
„in via cunctaturum arbitramur, quin ad summum infra mensem Septembribus
„Ingolstadium sit perventurus. Proinde cùm hanc Summi Pontificis volunta-
„tem esse intelligas, ut tu huc redeas & nos in communem magnificæ In-
„golstadiensis scholæ utilitatem alterum loco tui subrogemus, non putamus,
„aliquem fore, qui aut nostrum officium in hac parte meritò desiderare, aut
„tuam in Italiam translationem justè culpare valeat, sed, ut quisque pruden-
„tis ac candidi pectoris, ita eum æqui ac boni consulturum esse hoc Pontificis
„Maximi mandatum non dubitamus. Vale in Domino & me tuis Fratrumq;
„tuorum precibus commendatum habeas apud Deum, cuius immensa & summa bo-
„nitas dignetur gratiam nobis affluenter communicare, ut certissimam ipsius vo-
„luntatem semper in nobis sentiamus, & eandem perfectè exequi valeamus.
„Datum Romæ Calend. Augus. Anno Domini MDL.

„Tuus in Domino

IGNATIUS
Ingens

194.

Academie
dolor ex abi-
tu Claudi &
Salmeronis,195.
Salmeronis
Elogium.196.
Claudii Elo-
gium.Adlerreiter
Ansel. Boic.197.
Comititia Au-
gustana ma-
gna Princi-
pum frequen-
tia celebra-
tur.198.
Decreta in
favorem Or-
thodoxorum
complura ibi-
dem fonsita.199.
Jajus interea
Auguste pro
Deo pluri-
mum labo-
rat,200.
Et nobilem
Sacerdotem
pia S.P. Ignatii
Accepit mihi
convertit.

Ingens sui desiderium reliquere ambo Patres è doctrina sua ac pietate oratum, quapropter Academicus, multis lacrymis & longo intervallo comitati sunt abeuntes. Ac Salmeroni quidem tantum ab eruditione nomen accessit, ut à Doctis (verba sunt Historici) Anglipolitani, Joanni Ekio, illi Theologorum oraculo, non solum collatus, sed etiam antepositus fuerit. Monumentum Exedrae Theologicae parietibus inscriptum (cujus testimonium tanti sibi esse Rotmarus supra laudatus ait, ut omnibus actis & scriptis præferat) cùm Salmeronem Ingolstadio amabilem admirabilèmque dixisset, ita subdit: Sæpius ille in Tridentino pro Apostolica sede Theologus primus sententiam dixit. In Galliam & Hiberniam pro Religione Legatus, bis missus à Paulo III. Orator in Urbe Pontificius ac pro Veneta & Neapolitana concione Divini Verbi religiosus Interpres, ubique pro Deo & virtute tanta gessit, ut nil simul potuisse scribere, tanta scripsit, ut nihil simul potuisse gerere videretur, donec tandem sub anno MDLXXXV. suis Doctissimis juxta ac Sanctissimis in Evangelia Commentationibus Neapoli immoreretur. Paria de Claudio Jajo Rotmarus tomis primi parte septima memorat: placidissimorum videlicet morum fuisse, nec eruditione solum sed & pietate excelluisse, adeò, ut, si quisquam alias, Angli poli cùm apud infimos mediósque, tum etiam summos & prudentissimos, certam quasi sanctitatis opinionem sibi comparârit, factus omnibus omnia, omnibus carus & salutaris. Ac Salmeron quidem cùm Veronæ, quod à ceteris concionibus reliquum erat temporis, Lipomano, ad ea, quæ de Sanctiorum vitiis elucubrârat, in lucem edenda gnaviter commodâsse, Romæ, deinceps Tridenti, Neapoli, ut audiebamus, laboriosam pro Deo vitam ad multum produxit senium. Jajo brevior cursus fuit: venerat Augustam, cœptis jam ante, sexto nimirum Calendas Julii comitiis. Aderant in iis Carolus impensis Cæsar cum Philippo filio ac Fratre Ferdinando, aderant Archiepiscopi Mungtinus ac Trevirensis Electores, Episcopi Augustanus, Tridentinus, Cardinales, Herbipolensis, Constantiensis, Eystettensis, Cameracensis ac Merseburgensis, tum Albertus Gulielmi Parentis in Bojorum Principatu hæres, Henricus Brunsyvicensium Dux, Legati denique Orthodoxorum partim, partim Protestantium Principum, Ordinumque Imperij complures. Circuivit ad Catholicos indefessus suæ Claudio, ut animaret ad ea statuenda, quæ Religionem servarent incolumem: nec absque desiderato effectu. Decreta fuere sat multa Rei Catholice proficia, ut Concilii Tridentini acceptatio, Ecclesiasticorum bonorum facienda possessoribus pristinis restitutio, vis etiam, contra recusantes id facere, armis inferenda, facultas denique Libri interistik, de quo ante biennium dicebamus, inter Lutheranos duntaxat usurpandi. Praeter publica hæc in rem Christianam studia non omisit Jajus privato etiam animorum fructui se impendere. Multos ad Ecclesiæ gremium revocavit, & in his adolescentes ex hæreticis aliquot, indolis præstantiæ, & ingenio pollentes. Multos Catholicorum usitato Societati, & valentissimo ad morum luem persannaham Alexipharmaco, Sancti nimirum Ignatii Exercitationibus, castos probosque reddidit. Eminuit inter hos miranda Sacerdotis, genere perquam nobili, opumque abundantiam conspicui mutatio in vitam meliorem. Is eosque exhibuerat se minus quam Sacerdotii status postularet, ab vanitatis & seculi licentia remotum, inductus vero, ut in sacram solitudinem recederet, alius omnino ex ea prodidit: imagines haud admodum pudicas cubiculis ejecit, sanctioresque substituit: quas in numerosum famulitum, crebraque convivia expensas fecerat, in pauperum dein & miserorum levamenta insumpsit, solius jam, & ferè quotidianus, Epuli Divini in Missæ sacrificio conviva, in sola etiam cum DEO in precibus piisque cum libris familiaritate conquiescens, salutarium & congressuum, quos ante festabatur, osor ac vitator. Quæ inexpectata

Data mutatio, uti universæ civitatis oculos perstrinxit, ita præcipuè Urbanum Textorem vehementer commovit. Præterat is Ecclesiæ Labacensi Episcopus, Urbani Texsimûque Regis Ferdinandi Confessionibus ac Eleemosynis, acerrimo contra hæreticos studio perpetim ardens, quod ut cum vita saltem poneret, insidias aliquot annos scalas, per quas gradiendum ei fuerat, ira vafre coagmentârunt, ut gradus, quos pede prefferat, derepente subsidentes, fraudis ignarum, in precipitum mortemque darent. Hic itaque Urbanus, visis Claudi gestis, perspectâque probitate, auditis insuper, quæ de aliis è Societate viris magna cum laude ferebantur, author fuit Ferdinando Regi, ut, erigendæ denuò Academiz Viennensi ac Austriae universæ, Theologos è Societate & Collegium Viennæ collocaret, futurum haud dubiè arcendæ hæresi, servandæq; Religioni perquâm utile. Multis opus non erat persuadere hoc piissimo Principi: adscitò Jajo, cùm ex hoc & aliis cognovisset, quis Collegiorum finis, gravissimèque apud Summum Pontificem Ignatiūmque instituit, ut necessarium iis, quæ decreverat, conficiendis auxilium conferrent.

201.

toris ingens

ex tot fructi-

bus de Clau-

ei sunt machinati;

nam teste Bucelino Taniberti (forsitan Donavertæ) post dio existina-

tio.

German.

Sacr. T. 1.

Idem Urbanus

Ferdinan-

do Regi sua-

dei & per-

suader Colle-

gium sociis


Viennæ cri-

gendum.

202.

FINIS DECADIS PRIMÆ.





HISTORIÆ PROVINCIAE SOCIETATIS IESU IN GERMANIA SUPERIORE

DECAS SECUNDA.

SYNOPSIS.



Oco Claudi⁹ Iaij Ingolstadium venit Nicolaus Gaudanus. n. 1. Canisius cogitur esse Procancellarius. n. 8. Gaudanus cum Petro Schorichio Viennam mittitur. n. 10. Ob bellum Mauritianum Ingolstadiensis Collegij fundatio differtur, sed post biennium resumitur. n. 17. Magna apud Romanos Alberti Dicis commendatione. n. 24. Initium Collegii Ingolstadiensis Festo S. Wilibaldi. n. 28. Turba Ingolstadii propter Pedagogium. n. 38. Dissertation de Gymnasiorum utilitate. n. 45. Canisius Pragam, Viennam, Ratisbonam, Romam, inde rursus in Germaniam ad Colloquium Wormatiense redit. n. 69. Demissio Othonis Cardinalis in excipiendo Canisio. n. 77. Canisius mensis singulos sacra & preces indici curat per eam Socieatem pro conversione Haereticorum in Septemtrione. n. 83. Ferdinandus Cesar assumit Canisium ad Comitia Augustana, binc occasio dissertationis pro Caroli Quinti abdicatione. n. 88. Calumnia Schmidelini in Comitiis Augustanis causa, cur Stephanus Agricola fias Catholicus. n. 100. Otto Truchsesius Augusta meditatur Collegium, Augusta descriptio, & status Religionis. n. 104. Canisius fit Concionator Cathedralis Augustae. n. 118. Monachii Dux Albertus fundat Collegium. n. 120. Viges commodis ex Collegio Ingolstadiensi. n. 122. Collegio Monacensi promissos à Deo favores divinitus intelligit Canisius. n. 134. De urbe Monacensi memorabilia. n. 135. Nostris Monachium venire Festo Praesentat. B. V. n. 141. Habentio & Schola in Canobio PP. Augustinianorum. n. 142. Veniente nove supperie & Rector Theodoricus Canisius. n. 145. Postis, post hanc Jubilatum Monachij. n. 151.

MDLI.

1.
Nicol. gau-
dadus Ingol-
stadium de-
fertur.

2.
Eius Patria.
ingenium &c.

3.
Munia Ingol-
stadii fulce-
pta.

4.
P. Petrus
Schorichius
Phil. & graz-
cam linguam
proficitur.

A Quissimis Ferdinandi Regis Romanorum postularis summa voluptate gratificatus est Pontifex, obsecundavit Ignatius; ut sua campan Alberto Bojorum Ducis servaret promissa, missus in Austriam Claudio, properare Anglipolin iussit Nicolaum Gaudanum, Parizam hic namus est Hollandiam, ingenium, quo in omni literatura excellebat: Societatem ingressus jam Theologiaz Baccalaureus & Sacerdos, concionandi facultate admirabili. Veneto primū Collegio primus Rector est datus, Doctoris dein titulo Bononiæ insignitus, cùm Ingolstadium appulisset, Sancti Pauli Epistolas, quā intermisserat Salmeron, explanandas relumpsit, ita tamen, ut alternis diebus Aristotelis quoque libros morales interpretaretur, ad quos audiendos non modò Jurisprudentiaz studiosi Professorum hortatu, verū & ipsi Professores magna frequentia accedebant. Petrus Schorichius artium Magister, & ipse pariter alternis vicibus Philosophiam explicabat, & linguae Græcæ præcepta, ne soli novatores posthac sese Græcos esse putarent, quod tumide jactabant.

Inter

Inter alia sapientissimè provisum ibant, ut publicis lectionibus Exercitationes subjungerent, in quibus ad exstumulanda ingenia ardorēmque discendi augendū disputare juventus Scholastica novo illic more ad regulas Dialectices intra syllogismorum cancellos assueficeret, ac, veluti ad palum, ad formam disceptandi exerceretur, quam sectarii veluti cippum ac molestam tunicam abominantur. Excitati verò sunt Scholastici non minus ad virtutis quam eruditio-
nis cultum: tres ex illis sanctioris vitæ amore in Societatem adlegi petierunt fervidè, impetraruntque; cuius tyrocinium ut subirent, Viennam sunt missi, exceptique à Patre Jajo, qui jam illuc finitis Augustæ Comitiis præcesserat, peramanter. Unus inter illos Joannes Byrsius erat, quem Eystettensis Episco-
pus jam Canonicum, in Academia Alumnum habebat: xgrè hujus abitum, velut clancularium, tulit Antistes, succensuīque nonnihil Patribus, sed Ca-
nisius tam solidè facti rationes reddidit, ut mutata in majorem gratiam offen-
sa Procancellarii officium delatum illi fuerit, volente id etiam Alberto Principe,
totoque Senatu Academicō. Deprecatus est magnopere munus hoc Canisius, recusat,
tum, quod Canonicatus Eystadiani dignitas illi esset adjuncta, tum, quod
stabilem ea Ingolstadii requireret habitationem, minus cum Instituto Societa-
tis, Canisiique zelo consentaneam. Evitare tamen haud potuit, quin bis sa-
tem Procancellarii vices, Episcopo peculiariter mandante, obiret, semel qui-
dem, cùm Petro Vahæ Licentiam pro Doctoris Theologici gradu suscipien-
do contulit, rursus, cùm pariter Theologæ Cathedræ concendendæ pote-
statem solenniter impetravit illi, cui ipse Canisius in Cathedra Ecclesiastica olim
Augustæ successurus erat, Joanni Fabro Hailbrunensi, è Divi Dominici Or-
dine viro erudito admodum & facundo. Geminum porrò omnibus mirèque
haudatum abstinentiæ exemplum, dum ita Cancellarij Vicarium agebat, præ-
clarè edidit; nam, quemadmodum, ubi Rectoris Academicī munere dece-
fit, ita & hic, nihil veagalis, quod aliàs pendi solet, ac ne quidem Pro-
cancellarii titulum unquam admisit, in quo imitatorem habuit Petrum Scho-
richium, quem quidem Regentem in summo Gymnasio Patres Academicī crea-
re statuerant, verum recusavit id honoris acceptare, rogavitque, ut in unum
è veteranis Professoribus, meliusque ac diutius de Academia meritis, trans-
ferrent.

Duraverat hæc commoratio penè per biennium, spem inter futuri Col-
legii & patientiam; nam hujus simul exercendæ occasio multiplex non dec-
rat, cùm Româ Pontificis & Ignatii mandata veniunt, quibus Canisius & Gau-
danus jubentur Viennam descendere, quò Schorichius paulò antè jam præ-
verat. Evenit hæc migratio ex sancta Ferdinandi Regis importunitate, qui
non destitit crebris literis ac legationibus instare apud summum Pontificem,
ut collapsæ in Austria longè magis, quam apud Bojos, Religioni manum au-
xiliaque, & quidem è nostra Societate porrigeret; nam, qui statum illius
temporis in Provinciis, quæ Austriacæ Familiae subiectæ sunt, describunt,
haud satis memorare queunt, quam misere pessum data jacuerit fides Catho-
lica: deserta squalebant plura coenobia, inquinis in vitæ liberioris licen-
tiā prolapsi: parochiæ permulta aut ab animorum prædonibus infessa, aut
certè pastoribus orbatæ, utique, cùm Sacerdotalis status adçò viluisset, ut
neminem intra viginti annos fuisse constaret, qui Viennæ, urbe amplissima,
Sacerdotio initiari petiisset. Plura adhuc & magis deploranda referunt Scri-
ptores alii ita, ut mirum non fuerit, ne vicesimam quidem subditorum par-
tem fuisse Catholicam, frustra mederi satagentibus tam Provinciarum Domi-
nis, quos continua bella distinebant, quam Viennensi Episcopo Friderico
Nausea, viro quidem maximæ eruditiois nec minoris zeli, sed quem Tri-
dentini Concilii necessitates peregrè primū, dea mors penitus è mundo e-
sceret.

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Doc. II.

D 2

vocā-

5.
Reductus per
syllogismos
disceptandi
modus.

6.
Tres ex Aca-
demici in
Societatem
suscep-
ta.

7.
Canisius Pro-
cancellarii
dignitatem
recusat,
Rector. in
Annal.

8.
Procancella-
rii tamen vi-
ces jubetur
exercere.

9.
Canisii absti-
nentia, & mo-
destia, & cu-
schorichii.

MDL.

10.
Nostris juben-
tur Viennam
ire.

II.
Miser status
Religionis
in Provinciis
Austriacis.

vocarat. Urgebat itaque Ferdinandus celeres è nostro numero suppetias, nominatimque Petrum Canisium & Nicolaum Gaudanum, quos necessarios esse in Academia sua asserebat, in cuius Cathedras non pauci Magistri parùm sanæ castæq; Fidei irrepsissent. Albertus Princeps, quamvis ægerrimè viros dimitteret, reveritus tamen sacerorum (nam filiam Ferdinandi Annam in matrimonio, & quadram ex ea jam prolem, Guilielmum, habebat) repugnandum ulterius haqd putavit. Et verò Ignatius quoque in Regispostulata propendebat, partim, quod Anglipolitani Collegii fundationem lento passu videret progredi, cùm Georgius Stokhamerus à Liechtenhag, Ducus Consiliarius Academiz modò Patronus, neque tanto ardore, quanto Leonardus Ekius negotium complecteretur, neque tanta autoritate valeret ad perficiendum; partim, quod speraret Ignatius, Viennæ idem à Nostris magnopere promotum iri, quod Romæ ipius hoc anno inchoaverat: Prudenter arbitratus, misericabilem transalpinarum Regionum in varias hæreses præcipitantum ruinam multum sibi posse, si illis de gnavis probisque pastoribus provideretur, obtentum hoc iri sperabat, si in ipsa Romana urbe Collegium excitaretur, inque illo ex Germanica juventute delecti virtutis ac doctrinæ alumni collocarentur, qui deinde in Patriam reversi, quas è primo Ecclesiæ fonte, probitatis fidei que intaminatae regulas hæsisserent, non minùs sacris hominibus, quam populo instillarent. Communicaris cum Joanne Morono Cardinali, diu inter Germanos in legationibus versato, Consiliis, facile in suam hunc pertraxit sentiam, facile Moronus etiam, adhibito Cardinali Sanctacrucio, Pontifici Julio Tertio, quod moliebantur, persuasit, experto nempe, cùm adhuc Cardinalis Tridentino Concilio præses aderat, ac veluti coram intuitu, quantum Germaniaæ interesset Clericali Ordini Cœnobiusque de piis doctisque viris prospectum esse: itaque mox locum attribuit, in quo viginti primū & quatuor juvenes Germani sub legibus, quas, approbante Pontifice, Ignatius præscripsit, nostrique Andreæ Frusii (nam Societati perpetuam hujus Seminarii gubernationem sanciverat Pontifex) regimine ali cœperunt, Pontificis potissimum & aliquot Cardinalium benigitate, donec postmodum, adnitente præcateris Marco Sittico Altempsio Pii Quarti sorore nato, ex Comitibus de Hohenembs, Purpurati Collegii Decano, Germanici Patrono, stabiliti redditus eousque excrescerent, ut plerumque centeni nunc Alumni sustentari queant. Atque hoc opus fuit, quo sanctè de hæreticis sele ultus est Ignatius: hi priore anno authore Philippo Melanchtone primū quidem hominem versipellem submisserant, qui naturali facundiæ & morum suavitati multa fictæ pietatis specimina conjungens, atque in Societatem admissus, Oliverium primò Manaræum Belgam, tyrocinii solum, heterodoxis persuasionibus imbuere aggressus est, aggressurus paulatim & alios. Quin & ingentem arcam multis refertam libris velut Eleemosynam, suppresso donantiū nomine ex Alemannia Romano misere Collegio, libris eo ordine collocatis, ut supremi quidem probi essent & castigati, inferiores falsis infarti dogmatibus. Fraus utraque plus impudentiæ habuit, quam astutiae: impostor ille brevi à Manaræo agnitus, detectusque, libri, jubente Ignatio, flammis fuere aboliti. Ex adverso Collegium Germanicum jam indè à centum septuaginta & pluribus annis quot Alemanniæ viros submisit, qui eam nobilitate ornarent, scriptis erudirent, virtute illustrarent, autoritate regerent, Parochiarum Curiones, templorum Canonici, Cœnobiorum Præfuges, Ecclesiarum Archiepiscopi, & Episcopi, Imperij demum Electores, maximo in præsentem usque diem Religionis splendore ac firmamento? Cùm itaque quod Romanam Italiam, Germanis Viennam esse intelligeret Ignatius, ut simile, quod Romana Ecclesia habebat præsidium Viennensi in urbe collocaret, perlubenter majoris Divinæ gloriæ intuitu Regi Ferdinando est obsecutus. Descenderunt secundo Danu-

I 2.
Albertus e-
grè, Ignatius
lubens grati-
ficator Ferdi-
nandoæsari.

I 3.
Dum interim
Roma author
est instituen-
di Collegi
Germanici.

I 4.
Atque ita
sanctè se ul-
ciscitur dege-
mina fraude
hæreticorum.

I 5.
Collegii
Germanici in
tilitates, ac
decora.
Ceteræ in
Orat. ad an-
num scula-
rem Coll.
Germ.

bio Patres mense Martio , assumpto in itineris atque etiam vita Societatem Jodoco Castnero , qui Ernesti Bavariae Principis ac Philippi Marchionis Badensis in politiore literatura præceptor fuerat , poëtices ante alias laude clarissimus , mortuus dein Hale in Tiroli Collegii Rector. Abeuntes ex urbe mœstissimi omnis Ordinis incolæ multo cum gemitu , atque etiam fletu ad navem deduxere , solabantur sese tamen Ignatii promissis , quem scripsisse ad Albertum Ducem constabat , reddituros Nostros , quæ primùm ita res constitutæ forent , ut denis lacrimæ incolis vietus cum techo præberi posset.

Quanta Viennæ ac paulo post etiam Pragæ in Bohemia , in geminis , quæ Ferdinandus recens instituerat , Collegiis Socii egerint , cùm in aliis libris , historiâ præsertim Societatis & vita Petri Canisii typo edita lectori sint obvia , haud memoranda nostro censemus calamo , quem propiores Alberti Ducis in Religionem curæ atque inde in Societatem studia desiderant. Fovebat is digresso etiam Canisio , Gaudanóque , pristinas de Societate cogitationes , quas & Ignatii literæ alebant & novæ insuper Athenæ sui difficultates roborabant : arduum quippe accidebat , novos Theologizæ Professores invenire , qui Sacerdotes essent ; id ex eo liquet , quod neque Georgiano Collegio regendo facis quispiam initiatus reperiri potuerit , unde illi , novo prorsus exemplo , Laius , Jurium Doctor Joannes Spreterus integro quadriennio , præfetus , quamquam cum laude , fuit. Quapropter nihil magis Albertus in votis habuit , quam , ut firmato Societatis domicilio in urbem unam & Academiam Nostros reduceret , verum quod minùs , quæ animo constanter agitabat , maturius effectui daret , improvisa ac intestina Germaniæ bella obstiterunt , quæ Mauritius Saxo & Albertus Brandenburgicus Imperatori moverant. Horrificus armorum torrens Germaniam derepente inundarat , quem omnes ferè Principes aut experiri , aut extimescere sunt coacti. Factum hinc est , ut Bavariæ quoq; tuendis finibus omnia Ingolstadii præsidario milite plena essent , atque adeò differri necessum , quæ non nisi pacatis temporibus tractari queunt , templorum scholarumque negotia : quin vel pacis opera alio totum avocârant Albertum ; cùm enim Saxo & Brandenburgicus compositis cum Cæsare discordiis mutua jam in semet arma odiaque , ipsi suæ perfidiae ulti , convertissent , Cæsar veritus , ne factionum accessu novæ clades Germaniæ pararentur , Ducibus Bavariæ ac Wirtenbergiæ demandavit , ut reducenda inter ambos concordia dissidiique sedandi arbitri essent ; egerunt id magno conatu , ied irrito. Quietis impatiens Brandenburgicus tantisque odii retinentior , quanto amicior antea Mauritio fuerat , ad pugnatum illum decretoriam provocavit , qua , et si milite castrisque exutus , temeritatis poenas dederit , victoria tamen ipsi Mauritio funesta exstitit , qui lethaliter sauciatus biduo post exspiravit , inde adhuc felix , quod prostratum hoc prælio hostem reliquis Germaniæ Principibus acriore etiam multa plectendum objecterit : horum quippe velut in communem Patriæ Furiam Tyrannumque ac Prædonem conspirantium armis , cunctis orbatus ditionibus , proscriptusque , & ab ipsis Gallis , ad quos exul profugerat , derelictus Pforzheimii Badensis Marchionatus oppido inter acerbissimos dolores pediculari morbo consumptus fuisse memoratur anno ætatis necdum trigesimo quinto , maturus tamen vel tum , qui tragicum crudelitatis impietatisque in res DEO sacratas , direptionibus , vastatione , incendiisque exercitæ , at nunquam diu impunitæ , universo orbi spectaculum fieret. Sed hæc aliquanto post evenere.

Quantò sanctius pietatis exemplum Albertus Bavarus extitit ? qui , ut primùm ex Brandenburgici clade remotiora non nihil jam esse bellorum pericula intellexit , protinus , quæ diu salubriter cogitaverat , exequi decrevit. Usus ad hoc est opera Wigulæi Hundii , qui ex vero arbitratus , pretiosissimam in Rotmar. An. nat. Ingolst.

17.
Albertus Dux ad exequenda tandem tandem Collegii fundandi confilia Wigilie Hun-dii operâ uti-tur. Hujus laudes.

MDLIV.

18.
Conditiones, in quas Hunc & Canis-sius conveant-
 se.

annulo nobilitatis gemmam esse magnam rei literaræ cognitionem , à teneris huic fæse dediderat non dignatus avitæ atque etiam hodie florentis Profapiz titulis Doctoris quoque nomen & insignia conjungere , quin & publicè in Academia Ingolstadiensi Juris prudentiæ Professorem agere. Avocatus Monachium primum inter Aulici , deinde intimi Confiliij Assessores adlectus est , donec progresu temporis supremus Ducis Guilielmi Cancellarius fuit renuntiatus , vir editis reconditæ Eruditionis lucubrationibus longe nominatissimus. Hunc , Patroni Academæ jam tunc officio fungentem , Albertus Viennam ire jussit indicatum Patribus nostris , quantis desideriis degustata nuper eorum prælen-tia ab urbe , à Patribus Academicis , ab ipso Duce Alberto expeteretur : idem agebat Alberti Epistola ad sacerdotum Ferdinandum , in primis que ut Canisius , ordinato Viennae Collegio , Pragensis quoque exordio stabiliendo intentus , sibi denuò concederetur. Impetratum tandem fuit post plures literas , ut Ferdinandus Canisium , quamquam regnis suis quam plurimum commodare ex-periebatur , tantisper abire fineret. Venit ille Ingolstadium sub Autumni fi-nem : adfuisse paulò post Monachio Hundius cum alio Cameræ , quam vocant , Principalis Consiliario , & Henrico Schviker , quem Dux ab arcanis Epi-stolis habebat , virum intaminatæ in Principem fidei , eximia in Deum Reli-gionis , eximij item affectus in Societatem. Coepit de modo conditionibüs-que futuri domicilli consultatio , vergente jam ad finem anno decisa fuit , his ferè capitibus : ut habitationi Nostrorum eadem Academæ pars , quæ ante annos quatuor , assignaretur , donec de loco commodiore prospiciendi opor-tunitas tempusque daretur , in quod sollicitè invigilandi Princeps curam habi-turus esset , attributis interea iis subsidiis , quæ tum ad geminos Theologiz Professores alendos satis forent , tum aperienda scholæ , in qua pueri tam ex urbe , quam aliunde advenientes , pietate , literisque latinis amanter , sedu-lò , & , quod caput esset , gratis erudirentur. Quodsi videretur Societatis Prä-posito præter hos incolas , alios ex eadem Societate discipulos in Collegium admittere , liberum esset id facere , quo usque facultates Patrum permitterent , modò nullum de alumnis , quos Theologiæ studiis Dux paulò post destinatu-rus esset , ipso inscio invitoque , inter suos reciperent. Iis qui ad constituendum primò Collegium nominandi fuerint , viaticum ex ærario Ducis , unde unde venturi essent , præberetur , postquam vero accessissent , operam Princi-pi pro viribus præstarent , ubique in sacrosancta Religione Catholica con-servanda & vindicanda postulaturus esset , fruerentur simul Collegio , non mi-nus , quam Academiâ , ita quidem ut illo uterentur , tanquam suo , suisque legibus à Präposito Generali per se vel suos regendo , Academæ vero Priviliegiis omnibus ac emolumentis eo prorsus jure potirentur , quo cæteri omnes , qui ad hanc pertinerent , neque illius , aut gubernatorum statutis aliter stare tenerentur , quam , quatenus Societatis ipsius institutum , Privilegia , & immu-nitates permitterent. Super his demum omnibus Tabulae conficerentur , qua-rum exemplar unum Duci , alterum Ignatio mitteretur. Factum id quam ce-lerimè , quod Albertus datis ad Canisium literis profiteretur , ob necessi-tates & pericula ne unum quidem diem in lacrae Theologiæ constituendis Pro-fessoribus ad bonos Catholicosque Pastores educandos differri posse.

19.
Moritur Ju-lius III magno Collegii Germanici incommodo.

Obierat interea temporis Romæ Julius Tertius Pontifex Maximus , cu-jus mortem acerbè omnino tulit tum universa Societas , quam ut Pater ama-verat , tum Collegium Germanicum , quod nuper ex viginti quatuor Juveni-bus eretur , atque Pontificis haçenus potissimum liberalitate sustentatum , sublatâ nunc , quam per stata tempora mittebat , pecuniâ uni Societati nutrien-dum incumbebat , in summa retum omnium per totam Italiam ob insolitam famam caritate. Unde Ignatius eos partim in varia Collegia nostra alendos can.

tantis per distribuit, partim ipse Romæ, corrogatis atque etiam mutuò sumptibus pecuniis aluit, nihil veritus fidem suam creditoribus obligare. Mirabantur multi tam animosam in exteris charitatem, quibus ille id se facere aiebat, quod Collegij hujus conservationem ipsi Deo cordi esse sciret, foreque aliquando, ut non tantum contracta ipse nomina deleret, sed tam uberes futuri essent redditus, qui ad plurium longè Alumnorum non modò necessarium victum, sed victus quoque commoditares sufficerent, quod vaticinum Gregorii subinde

Decimi Tertij munificentia impletum, in hunc usque diem sibi constare certimus. Post Julij mortem seruebant Comitia Romæ in Italia, Augustæ in Germania. Illis creatus est Pontifex Marcellus Cervinus, at postquam ejus im-

matura mors vigesimo statim & secundo Pontificatus die maximas futuri optimi Regiminis spes intercepit, suffectus est Petrus Caraffa seu Paulus Quartus,

propè Octogenarius, celeberrimi Ordinis Theatini conditor. Augustæ vero inter Catholicos & Protestantes famosa illa pacificatio conclusa fuit, quæ quod

Passavii in Austria primùm tractari coepit, pacis Passaviensis nomen retinuit. Adeò illætabilis tum erat in Imperio status, ut multa concedenda fuerint, Juribus Ecclesiæ noxia, unde Ferdinandus, qui fratri Caroli vices obierat, cùm Tabulas signaret, illacrymatus fuisse diræ necessitati dicitur:

Cæsar vero Carolus adduci nunquam potuit, ut subscriberet. Otho insuper Cardinalis Augustanus, inter rerum tractandarum arbitros delectus, palam in omnium Ordinum confessu protestationem à Cancellario suo Conrado Bruno prælegi jussit, quam si in laudem Principis de Catholica Religione pariter,

& nostra, præclarissimè meriti hic interseramus, haud abs re facturi nobis vide-

mur: ita sonat: „ Nos Otho miseratione Divina S. R. E. Presbyter Cardina-

lis & Episcopus Augustanus fatemur, ac declaramus hoc nostro Chirographo,

quod omnem amaram pacem efficaciter promovere, & ex nostra parte fi-

deliter servare, neque erga quemlibet hostile aliiquid moliri velimus. Juxta

hoc autem profitemur ore & corde, quod in præpositas notulas seu media

Religionis, & quidquid ei adhaeret in dogmatibus, Jurisdictionibus, re-

bus, ac personis multum vel parum contentire neque possumus, neque vo-

lumus. Sed speramus, nos in juramenti nostri vinculo, quod Pontificiæ

Sanctitati, ac Romanæ Sedi & Cæsareæ Majestati, Cæsareoque Imperio præstati-

mus, in omnibus punctis & articulis illæflos & inviolatos esse permansuros,

ac potius, quam contra hoc in aliquem tractatum consentiamus, corpus,

vitam, &, quidquid in terris habemus, constanter derelinquemus, idque

coram Deo & toto mundo expressè reservatura nobis volumus, quod in

juramenti nostri vinculo, ut constans Christianus & natus Germanus, us-

que ad mortem perseverabimus. Actum Augustæ in Palatio nostro Episco-

pali die vigesima tertia Martii anno millesimo quingentesimo quinquagesi-

mo quinto.

Idem Otho Cardinalis & Episcopus Augustanus &c. propria manu

scripsi, & subscripsi.

Uti hac publica contra pacificationem Passaviensem contestatione magnum Othoni ad famam incrementum Romæ est additum, ita ibidem Alberti nomen ex iisdem Comitiis offuscari coepit. Paulus Pontifex, quem natura vel in senio servidi ac severi ingenij tenacem, senitèque ipsum & variorum casuum experientia cautum, & ex cauto, suspiciosum effecerat, antequam summo fastigio admoveretur, sacræ Inquisitionis contra hæreticam pravitatem Tribunal, quemadmodum ab Julio Tertio suis consiliis erigi impetraverat, sic rexerat iisdem strenuissimus Religionis Orthodoxæ conservator, & vindicta: accesserat nunc laudabili huic zelo ingens Pontificiæ authoritatis, contra quos cunque adversarios, tuendæ studium & magnanimitas. Cui se claudunt in-

Cataloni H.
Conc. Trid.

23.

Tam ab Austriacis quam Alberto Bojo alienis.

Hist. Concil. Trid. P. 2. L.
24.c. 9.

MDLVI.

24.

Albertus novis literis Socios petit à S. Ignatio,

25.

quibus ostendit S. Ignatius Pontificem placat.

Archiv. Coll. Ingolst.

26.

Litterae S. Ignatii ad Ducem Albertum.

sinuasse visa est veterana, ut Historia Concilii Tridentini meminit, ab Austriae gente aversio: magnam hi homines adversus Carolum Ferdinandumque, veluti nimis algidos Ecclesiae Defensores, irae flammarum excitarunt, quae illos etiam corripuit, quos ab Austriacis partibus stare, Paulus vel noverat, vel suspicabatur. Albertus praeterea reliquis vapulabat Romae, tanquam a Parentis constantia recedere, quam iniquis Augustani Conventus molitionibus pacisque audacter refragari maluisset. Ita quidem exteri sentiebant, ac loquebantur, eorum more, qui, cum in itinere vastam camporum planitiem eminus conspicati sunt, aurigatori succenserent, quod carpentum non recta, sed per ambages transadigat, facturi nec ipsi aliter, si coram spectarent, quam profundae fossae, palustrésque lacunæ interjaceant. Austriacos certè hinc Turcae immanibus copiis, inde Protestantes atrocibus minis, præter timenda temper Gallorum arma, & Papæ ipsius incertos saltē, si non aperte (uti paulo post bella inter Paulum & Philippum Hispaniae Regem ostenderunt) contrarios affectus compulisse sunt visi, ut pacem ea ex parte occuparent, qua saltē Domestica Germaniae quies sperari tantisper posset, qua sublata & Religio & Imperium unā ruerent. Neque tamen ignorabat Albertus quantum discriminis ex crepera hac Passaviensi pace sacris Patriis enasci posset, quare vix dum intellectus, acceptari ab Ignatio conditiones, in quas Hundio Canisioque, de Collegii fundatione convenerat, protinus ad eum literas dedit prolixæ humanitatis & clementiae plenas, quibus petuit, ut eodem adhuc anno, si fieri posset, Socii mitterentur, habitationi Anglipolitanæ initium posituri. Ignatius, à Nostris in Germania versantibus, rerumque gnaris certior factus, quam verè Catholicos in Carolo, Ferdinando, & Alberto Principes Ecclesia haberet, mirè sollicitus sinistram de illis opinionem abolere, Alberti postulatis summè exhibitaratus, Pontificem quoque ostensis literis facile permovit, ut is meliora de Alberto sentire inciperet; cohortatus etiam ad negotii accelerationem, omnē in id auxilium clementissime spopondit. Neque Ignatius quidquam moræ intercedere est passus. Petierat Princeps ut saltē post festivos Canicularium ardores, si fieri matutius haud posset, viam Nostri ingrederentur, sed morari nil volens Ignatius, cum cetera omnia in expedito jam essent, nono mox Junii die omnes, quos delegerat, iter inire voluit, additis ad Albertum Ducem his literis:

„ Illustrissime Princeps & Domine mihi in Christo observandissime, Summa gratia & æternus amor Domini Nostri IESU Christi Clementiam Vestram uberrimis Donorum suorum spiritualium exornet augmentis. Simul atque redditæ nobis fuerunt, Illustrissime Princeps, Vestrae Clementiæ literæ, quibus pro sua benignitate in nostro ponit arbitrio, ut vel ante ferventiores hujus æstatis calores, vel elapsis canicularibus, ante hyemis initium, promissum Collegium Ingolstadium ablegem, inito cum fratribus meis consilio, statim eos eò mittendos censui, gratius Dominationi Vestrae clementissimæ, & ad majorem Dei gloriam fore, multis rationibus colligentes, postponendam æstus jam satis infesti incommoditatem duximus. Et ut statim ad profecionem se accingerent, & Summi Pontificis benedictionem, post pedum oscula, acciperent, & iter ingrederentur, curavi. Bonus valde odor ex hac profecione in Alma urbe sparsus est, ut referet D. Henricus Schvvehart Secretarius Vestrae Clementiæ, cui paulo latius ea in re scribo, & (quod majoris momenti est) fructum non minorem ad Dei honorem & Vestrae Clementiæ coronam perpetuam ex novo hoc Collegio velut ex semine proventurum spero. Quamvis enim Ministri debiles sint, & eorum satis tenues vires, Divina tamen Potentia & Virtus (unde nostra quantum lacunæ sufficientia est), ut eis desiderium dat industriam, laborem & vitam ipsam

„ ipsam impendendi pro sua gloria & animarum salute , ita & gratia sua im-
 „ belligitatem eorum corroborabit , & supplebit . Prater Reclorem M. Tho-
 „ mas Theologum duo alii S. Theologiz Doctores & ejusdem Professores
 „ futuri sunt , & alii , qui emenio artium curriculo & Magisterii gradum in
 „ eis consecuti , Theologiz dare operam cooperant , alii humaniores literas , &
 „ græcas , & , si opus fuerit , etiam Hebraicas profitentur , alii Scholastici
 „ sunt , qui , cùm progressum in literis majorem fecerint , communi bono
 „ se utiles præstabunt magna ex parte ex Superiori & Inferiori Germania , &
 „ omnes in Fidei Catholicae zelo , & Religiosis virtutibus nobis probati sunt.
 „ Eos ergo offero Vestræ Clementiaz obsequiis ad Dei gloriam , eo animo ,
 „ quo me ipsum , si liceret per valetudinem , & officii mei necessarias occupa-
 „ tiones , offerrem . Eis injunxi , ut , quæ in articulis continentur , & mul-
 „ to plura pro virili parte (licet sine obligatione) præstare curent : & mihi
 „ persuadeo , quod Vestræ Clementia & ipsius Illustrissimi Successores Colle-
 „ gium suum omni benignitate , gratia & favore (ut scribit) tuebuntur , ac
 „ sovebunt , quandiu illi Reipublicæ se utiles exhibebunt . Quam utilitatent
 „ non solùm non cessaram esse , sed , pro more nostræ Societatis indies ma-
 „ gis magisque augendam spero . Quod Pater Canisius initis Collegii In-
 „ golstadiensis interfuit , bona cum venia Serenissimi Rom. Regis , pergratum
 „ nobis fuit , & eidem jam scripsi , ut primo quoque tempore Ingolsta-
 „ dium se conferat , & , ut sollicitius de iis cogitet , quæ ad promovendum
 „ novum Collegium pertinent , Præpositum Provincialem nostræ Societatis
 „ in Germania Superiori , Bohemia & Austria cum constituo . Aliud non
 „ addam , nisi , quod me & Societatem nostram universam ut deditissimam
 „ Vestræ Clementiaz offero in Domino JESU Christo , ac precor summam
 „ ipsius bonitatem , ut omnibus gratiam suam uberem ad cognoscendam &
 „ explendam voluntatem suam laudissimam dignetur largiri , Romæ nona Ju-
 „ nij MDLVI .

Vestræ Clementiaz

Humilis servus in Christo

Ignatius de Loyola.

Præter hanc epistolam operæ quoq; pretium ducimus ex iplo Autographo Ro-
 mano exscribere nomina eorum , atque etiam habilitatem , ad quæ munia ido-
 nei sperarentur , qui mittebantur , modestè ac citra jactantiam Alberto , Cani-
 siisque indicata . Catalogus eorum , quos Ingolstadium mittendos decerne-
 bat Reverendus Pater Ignatius de Societate JESU , hic est :

1. Magister Thomas Lentulus Noviomagensis ex Geldria Theologus , Re-
 actor est Collegii .
2. Doctor Joannes Cuvillon Flander , in latina & græca lingua , & in Phi-
 losophia ac Theologia diu versatus . Professor fuit sacrarum literarum
 publicus in Societatis Romano Collegio & alibi .
3. Doctor Hermannus Thyræus Noyensis , in latina græca , & Hebraica
 lingua , & in omnibus partibus Philosophiae ac Theologiz eruditus , le-
 gere & concionari latinè & germanicè poterit præsentum , cùm germa-
 nicam linguam usu magis expolierit .
4. Hurtadus Perez , Hispanus , in latina & græca lingua versatus , in Logi-
 ca , Philosophia naturali & morali , & Metaphysica valde doctus , ut
 etiam in Mathematicis ; in Theologia etiam aliquid præstare poterit .
5. M. Gerardus Werdenus ex Inferiori Germania , in latina & græca lin-
 gua , & in Philosophicis disciplinis doctus , & Theologiz non expers ;
 ad concionandum latinè & germanicè (cùm linguam melius tenuerit)

34. satis facundus & vehemens erit : in nostris Collegiis latinas & græcas literas ac Rheticam docuit.
- » 6. M. Theodorus Peltanus Leodiensis, in latinis, græcis, & Hebraicis literis benè doctus, & earuadem ac Rheticas Professor fuit in Collegio Neapolitano publicus, Logices & Physices ac Theologiae non expers, legere & concionari latinè poterit & germanicè, cùm sibi magis familiarem fecerit linguam Superioris Germaniae : hi omnes præter M. Gerardum Sacerdotes sunt, & ad ministranda Sacra menta idonei.
- » 7. Georgius Germanus Meissingenensis, in latinis & græcis literis, in Rhetorica & Dialectica versatus est, ad docendum humaniores literas idoneus erit.
- » 8. Jodocus Carcereus Spirensis in humanioribus literis versatus est, & easdem docere posset, & ad concionandum germanicè vehemens & eloquens erit, ut referunt, qui germanicè sciunt.
- » 9. Dionysius Feyrabend Austriacus Germanus in humanioribus versatus, easdem docere poterit.
- » 10. Joannes Zimer Spirensis humaniorum etiam literarum studiosus est, & pueros docere posset.
- » 11. Stephanus Liberius Germanus ex Styria, versatus in humanioribus literis, easdem docere pueros posset.
- » 12. Paulus Germanus Landshutanus, versatus in humanioribus literis, easdem docere pueros posset.
- » 13. Petrus Knotten Clivensis similiter in literis latinis versatus est,
- » 14. Joannes Rosanus Gallus in humanioribus versatus est,
- » 15. Blasius de Eugubio Italus latinæ linguae studiosus.
- » 16. Franciscus de Salamata, Italus similiter.
- » 17. Marsilius de Ulloa Romæ natus Patre Hispano, tantundem,
- » 18. Jacobus de Tilia Geldrensis in latinis literis versatus est.
- » Duos præterea trésve coadjutores, qui in ministeriis domesticis serviant, Ingolstadii quærant, ne studiosorum prænominatorum aliqui plus sati distineri ejusmodi functionibus cogantur. Cæterū qui ad iter comparatos dimiserit Ignatius, ipse in Epistola, cuius suprà minit, ad Henricum Schvickerum ita exponit:

27.
Literæ S.
Ignatii ad
Henricum
Schvickerum.

» Magnifice Domine, mihi in Christo observandissime. Summa gratia & æternus amor Domini Nostri IESU Christi perpetuo omnes auxilio & favore nos prosequatur. Amen. Quamvis literis Vestræ Dominationis decimo Martii ad nos datis nihil tunc respondere potui, propter adversarii valetudinem meam, & quod parum id videbatur necessarium, cùm ille nostris responderent, curavi tamen, ut literæ Illustrissimi Principis summo Pontifici per unum ex nostris fratribus (quem libenter videre solet) rediderentur: sed, quia eas non legit coram eo, nihil præterea fuit, quod ea de re scriberemus, quamvis suo loco & tempore, ut par erat, de tam religioso Principe, ac Catholicæ Religionis tam fortis propugnatore, quod sentiebamus, locuti fuerimus. Inter alias autem causas, cur properavimus Collegium Ingolstadium mittere ante fervorem æstatis, illa etiam fuit, ut finiter quidem rumor, qui post Augustanam Diætam in urbe cœpit increbescere, ac suspiciones non vulgarium hominum, contrario veritatis experientia statim sopirentur: qui enim nostræ Congregationis homines evocari, Collegiumque eis ab Illustrissimo Principe Ingolstadii constitui audire, quantum à scopo aberraverint, cùm nescio, quæ prius suspicarentur, ac dicarent, facile intelligunt. Curavi ergo Collegium ipsum ad summum Pontificem deduci, &, dum ejus Sanctitati pedes osculantur, & benedictionem Apo-

Apostolicam accipiunt, duo ex nostris Jacobus Lainez & Joannes Polancus, qui eos deducebant, multa ejus Beatitudini dixerunt de sanctis desideriis Illustrissimi Principis Bavariae in propugnanda Catholica Religionem, unde & Seminarium perpetuum Ministrorum, qui sedi Apostolice fideles essent, Ingolstadii constituere decreverit, quæ omnia pergrata fuisse summo Pontifici visa sunt, & multa de iis, qui mittebantur, percontatus, & multis eisdem adhortationibus dimittens, viaticum eis dari jussit, sed, cum respondissent Nostri, nullo alio viatico, quam benedictione suæ Sanctitatis, opus esse, eò, quod Dux Illustrissimus de viatico pecuniario tam liberaliter providisset: multum lætitiae & ædificationis accepisse simul cum circumstantibus est visus: deduci sunt exinde ad aliquos ex primoribus Cardinalibus salutandos, & pervulgata est sati Ingolstadiensis Collegii deductio cum suavi audientium odore ad gloriam Dei. Non est præterea, quod addam, nisi, quod novum Collegium Charitati vestræ, humanitatique commendo, ac precor divinam & summam bonitatem, ut omnibus gratiam suam afflueretur communicet, ut sanctissimam illius voluntatem intelligere & perfectè etiam exequi valeamus. Romæ octavo Junij Anno MDLVI.

Altera mox à scriptis his literis die pedites, indutique nigra talari veste, ingressi sunt octodecim hi Religiosi contubernales, & consensa Laureti nave Patavium devecti, indè terrâ Tridentum, ac per Tyrolim in Bavariam perrexere. Nullam calamitatem passi, nisi, quod ob multitudinem crebrò in diversoriis incommodè hospitarentur, quanquam hæc ipsa peregrinantum Societas via tardia leniret. Auspicatissima dies tuit, qua, post mensem itineris socii Româ non integrum, Anglipolim tenuerunt, septima nimirum Julij, primo Sancto proficisciuntur Ingolstadianæ Diœcesis, in qua situm est Ingolstadium, Episcopo Wilibaldo sacra, quam lucem, ut velut natalem recolit Collegium, ita Divi Præfusus post indulta nobis auspicia, perpetua etiam implorat, speratque patrocinia: ejus in pastorali munere, post alios quinquaginta duos, Successor, Mauritius Huttensus piissimus Antistes, domus hujus exordium, tantopere à se operatum, procuratumque, quod in terris videre haud potuit, è coelo conspicit, quadriennio autem è vivis avocatus. Sed, qui cum securus est, Eberhardus Hyrnhemius ac cæteri omnes in hunc usque diem Reverendissimi Principes maximis semper favoribus ac beneficiis, ut suo tempore grati memorabimus, Collegium cum hoc, tum quod in urbe sua excitârunt, totamque Societatem ita profecti sunt, ut Divi Wilibaldi tutelam, cui nos sub ingressum Ingolstadij piè commisimus, perpetuare omnino, augerique miris modis, memori animo profiteamur. Jam vero & Sancto Patri Ignatio multum in cœlo solatij accedere confidimus, dum Collegium hoc, quod primitus non plures, quam viginti duos incolas numerabat, Principum munificentia, aliorum liberalitate, ac industria eò excrevisse intuebitur, ut jam centum & quinquagenos è suis inquilinos numeret, è quibus Philosophiae ac Theologiae studiosi plures sunt, quam septuaginta, cum, ut vidimus, initio ternos duntaxat è Nostris, & quidem inferiorum adhuc in latinitate scholarum haberemus. Quanto autem hæc omnia & quam latè protenso fructu gesta sint, atque etiamnum gerantur, luculenter ut speramus, ex historiæ decursu patebit. In proverbiū apud nos abiit, ut Ingolstadiense Collegium S. Patriarchæ nostri Benjaminum vocitemus: ultimum enim est, quod in senectute sua genuit, publicum amoris in Deum & animas fructum & complementum, sed initium simul nostræ, quam, ut vidimus recentissime instituerat Provinciæ. Paulo post, die nimirum ultimo Julij ad Superos migraturus. Quippe cum jam Tornaci in Belgio, Lovanijs, & Coloniam, Nostri degerent, Viennam autem in Austria & Praga in Bohemia Collegium jam fundasset Ferdinandus Romanorum Rex,

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. II.

E 2

ac ter-

28.
Octodecim.
Gretser. Die
Eystett.

29.
Ingolstadien-
se Collegium
ultimum,
quod institu-
tum videt
S. Ignatius.

ac tertiū modò in Bavaria adiecisset Albertus, in duas hæc Domicilia descriptis Provincias, quarum uni Germaniæ Inferioris nomen indidit, alteram Superioris appellatione insignivit anno post millesimum quingentesimum quinquagesimo sexto. Atque hic tandem brevem eorum synopsin finimus, quæ tribus & ultrâ lustris per varias Germaniæ plagas, nusquam tamen stabili sede, atque adeò nec ordine, à variis Societatis nostræ Viris, virtute ac scientia conspicuis sunt gesta. Auspicabimur deinceps Provinciæ nostræ ordinatam magis, propriamque historiam, dispartituri eam in Decades, quarum singulæ singulorum decenniorum Acta enarrabunt. Lectorem porrò æqui bonique culturum speramus, si, præteritis, nisi quantum ad narrationis seriem pertinet, Austriz Bohemizq; rebus, illorum duntaxat Collegiorum facta persequamur, quorum numero & laboribus perfectum fuit, ut post septem à prima institutione annos peculiaris Austriz Provincia, veluti ab arbore surculus, in novam arborem educandus, consurgeret, ita, ut Germaniæ Superioris Provinciæ primævum nomen retineret illa, quæ Bavariæ potissimum, Sueviæ, Tyroleos, Helvetiæ, Vallesiæ, Alsatiæq; Collegia intra suos hodie fines complectitur.

30.
Sed primum
nostræ Pro-
vinciæ, hu-
jus proinde
peculiarem
historiam
hinc auspica-
bimus.

31.
Orland. Hist.
Soc.
Petrus Cani-
sius nostrar-
e plurium
Provincia-
rum Parens,

32.
Dum hæc
scribimus,
numerat Pro-
vincia Colle-
gia viginti
lex, Residen-
tias decem.

33.
S. Ignatius
improbat
Collegia mi-
tata.

Juvabit autem narrationis contextum ex eo ducere, quod à Martino Orlavio nostro de Marcello secundo Pontifice Maximo annotatum fuisse Historia Societatis commemorat, hunc videlicet, quamlibet in historiis versatissimum, dixisse tamen in plurimorum hominum conventu: se non legisse, ulli hominum post Apostolorum tempora concessum fuisse, quod Patri Ignatio: ut, dum viveret, tantum operis, cuius ipse fuisse instrumentum, incrementum videret. Eadem ferè de Petro Canisio affirmare licet, quem, cùm tanquam instrumentum apprimè idoneum, ad ordiendam in Superiori Germania Provinciam, adhibere placuisse supremo Numini, eo etiam solatio beare collibitum est, ut intra primam statim officii, quod Provincialis gerebat, annorum decadem, decem quoque Societatis Domicilia expeti conspicerit iis solum in Regionibus, quibus hodie Germaniæ Superioris Provincia concluditur, haud adnumeratis, quæ ad Rhenum, in Austria, Bohemiæque Canisij pariter auctoritate, operaque statuebantur; præter Ingolstadiense Albertus in Bojaria sua Collegium Nostris poscebat Monachium, Straubingam, Landishutum, Imperator Ferdinandus Oenipontum ac Halam in Tyroli, Tridentum Cardinalis Christophorus Madruccius, Augustam ac Dilingam in Suevia Cardinalis Otho Truchsesius; ipsi etiam Helvetij in Cantonem, ut appellant, Uranensem primùm, dein Lucernam, ut videbimus, Socios expeterunt. Quibus omnibus in locis & posita hodie Collegia & alia per alias urbes addita conspicimus, ita, ut universem vicina ac sena in sola hac Provincia numeremus, præter decem minora Domicilia, quæ Residentias, aut Missiones vocare nobis mos est. Cæterum quod ipse Canisius ex illis decem, quæ tunc perebantur, sedibus non nisi in senas, Anglipolitanam videlicet, Monacensem, Dilinganam, Augustanam, Oenipontanam, ac Halensem, Colonias mittere potuerit, causa erat Sociorum paucitas. Altè Patrum, qui Romam nuper ad Generalis Præpositi electionem convenerant, memoriæ adhuc insederat, quæ abhorruerit à multiplicandis minutis Collegiis Societatis author Ignatius, quod exinde vel in Coetum hunc, quem, ut sœpe dictabat, virtute mallet, quæ numero præstare, multos cogeretur admittere, cum periculo, ne simul irreperten ad præstitutum Societati finem parùm idonei, vel, si eos, quos haberet, rursum in minores quasi decurias distraheret, laxamentis disciplinæ Religiosæ portam aperiret. Ferè enim inter paucos, ajebat, severitatem illam œconomiae spiritualis, ordinemque obeundorum munerum neque cum sacrorum dignitate coram extraneis sat fructuosè constare posse, neque etiam cum Domesticorum profectu, siquæ quo alienum damnosè procures. Jam & ex nimis

nimis frequente hujusmodi manipularium inter se conversandi usū mutuam illam, quæ Religiosos decet venerationem, ac reverentiam labefactari, oriri simul aut familiaritates immodicas, aut aversiones perindignas. Demum, quod caput esset, cùm nullum, quantumvis tenuē Collegiolum relinqui posset absque moderatoris duetu, verendum esse, ut ne, multiplicatis familiis, apti, qui eas gubernarent, ad manum semper essent. Quapropter Jacobus Lainius recens electus Generalis Præpositus, cui negotii hujus discutiendi curam suffragatores commiserant, decreto sanxit, ne festinarentur posthac Collegia, sed ad id temporis differrentur, quo viginti saltem incolæ unā esse, aliisque possent. Canisius, præterquam quòd sanctis Præpositorum summa Religione obsequi soleret, geminas insuper causas habuit, cur, quantumcunque juvandæ Germaniæ cupidissimus, pia Socios expertentium vota moranda putaret: judicabat, in ea nostrorum paucitate defuturos, qui dignè vices sibi demandatas explerent, quas tamen integerrimè obiri in Collegiorum prælertim exordiis optabat, ubi vel maximè laborandum, ut sati fiat populorum expectationi, in omnia, quæ novi advenæ agitarent, curiosè, ac ferè plus justo intentorum. Alterum, quod metuebat, livor fuit ac invidia; cùm enim à sexcentis prope modum annis fervor construendi dotandique liberaliter monasteria multū remiserit, Ignatius verò gravissimis ex causis, quæ eogitanti facilè in mentem venient, eatenus saltem Collegiis de fundo Dotis propiciendum voluerit, quatenus ad præscriptam in Constitutionibus vicīus vestitusque rationem sati esset, absque importuna molestias identidem exteris facessendi necessitate, agnoscebat Canisius, si multis simul Collegiis ad vitæ subsidium redditus assignarentur, sermonum causam inquis, rerūmque ignaris præbitum iri: atque utinam vel sic hæreticorum maledicentiæ, & invidorum calumniis obviari potuisset, quæ, quām in sc. ipsis falsæ, tam potentes tamen sunt in hæc usque tempora ad erro-neam de Jeluitarum opulentia persuasionem seminandam, inter eos saltem, quibus œconomia nostraræ status, vivendique frugalitas haud est perspecta. His itaque ex argumentis Canisius, zeli, quām piè plenus, tam simul prudenter potens, ad firmando potius, quæ jam stabant, domicilia, quām nova mo-lienda curas restrinxit.

Ingolstadiensi præcipuè Collegio succurrendum erat, quòd ejus res non eodem, quo cooperant, cursu procederent. Initio quidem, ubi Nostrī ab itinere fessi hospitium vesperi subierant, altera mox die experti sunt anti-quam illam, qua Ingolstadiensis Academia à mulis retrò annis latè celebris e-vaserat, in advenas hospitalitatem. Adsuere primarii ex ea Professores, Johannes Weberus, Rector tunc Magnificus, quem subin Maximilianus Cæsar se-cundus ad Cancellarii vices agendas excivit, Francicus Zanettus Bononien-sis, Nicolaus Everhardus, appellatus vulgo à Patria, Frisius, & Joannes Peurle vulgo itidem Agricola, Camerarius Academiarum, seu Quæstor, gratulati adven-tum, suūmque, imò commune gaudium contestati. Iterarunt hoc urbanita-tis officium triduo post, cùm nempe immigratio in vetus Collegium, pristinam Nostrorum stationem, facta esset; vini simul honorarij lagenas aliquot ex mo-re patrio attulerunt, adjecta oratione salutatoria, quam idem, qui ante se-pTEM annos ad Salmeronem & Socios, Georgius Theander habuit. Verū brevi subinde patuit, quām providè Canisius & per literas, & præsens Socios monuerit, ne hos Favonios aut undique, aut diu spiraturos existimarent. Ignatius, qui eodem ardore, quo adultiorum salutem, etiam teneræ æratulæ cul-turam fitiebat, destinaverat aliquos, ut suprà videbamus, qui cum latinæ lin-guæ rudimentis pueritiam virtutibus quoque initarent. Vix de aperiendis scholis tractare Nostrī, & protinus alia rerum facies illuxit. Quanquam enim pleros-que Patres Academicos hactenus sibi addiclos credebat Socii, quòd nihil ob-sequio-

38.

Tum ab Hy-
podidascalis,

sequiorum ad demerendos illos omisissent, nunc tamen multos experti fuere adversarios. Moris erat sub tempus illud, ut, qui Artium Liberalium Magistri crearentur, simul jus acquirerent, Discipulos quotquot nancisci possent, manu-suetioribus literis erudiendi saltem, ut hypodidascali: quapropter, qui ex his tenuioris fortunae erant, optimatum nobiliu[m]que venabantur filios, Grammatica aut Poesi instruendos, tum ut victum, tum maximè, ut Patronos conquererent, quorum praesidio ad ulteriores gradus in altioribus facultatibus consensem facerent. Propter hos, atque ab his, & eorum fautoribus mota potissimum lis est, metuentibus, ne, si gratis scholas, & quidem magna do-centium solertia, discentium fructu, Jesuitæ haberent, brevi ad hos juventus concurreret multò copiosior. Ipsos etiam Pædagogij, ut vocabant, seu Gymnasij Professores solicitude haud absimilis invaserat. Timabant existimationis suæ Reique Domesticæ detrimentum, si occasio panderetur inter se novorum ac veterum Præceptorum in literis tradendis rationem conferendi, & libera Magistros diligendi daretur optio, itaque junctis studiis consilia nostra, quamquam optimo in Rempublicam animo concepta, disturbare aggrediuntur. Et primùm quidem in partes suas plerosque Patrum Academicorum, urbis deinde Magistratum omnem p[re]trahunt, in quo intempestivè tunc Pantaleon Hudlerus Archigrammatæus erat, qui, cl[er]am Lutheranus, sub larva Catholicæ Religionis, Cives, ipsamque Academiam multis annis fecellerat. Ceterum ut in bellis alia non raro bellandi causa populis proponitur, quam, quæ animum bellatoris in arma impulit, ita hic, dissimulato, quod reapse urebat, ducendæ litis argumento, aliud prætexuerunt, quod magnopere apud plebem valitum sperabant, periculum videlicet imminuendi cultus divini & antiquæ pietatis. Ex eo, quod Jesuitæ absque Minervali discipulos instruant, fore, ut omnis ad illos pueritia confluat, sed fore simul, ut in templis urbis Sacrorum Majestas in contemptum, pia suavitas in solitudinem ac fastidium demigret. Quippe, cum Societas ex Ordine suo omnem Chorum & Hymnodiam exterminaret, neque alios arte Musica imbuendos suscipiat, eventurum, ut paulo post sacris Aedibus cantores defint, atque illi ipsi, qui canendi peritiam haberent, ab Jesuitis, moris ac disciplinæ suæ tenacibus, in schola detinerentur, cum canendi in templis hora adesset. Quid autem ad vulgus in sacras Aedes petiendum cantu efficacius? hoc præsertim tempore, quo Lutheranorum, Psalmos cantitantium vocibus omnia personarent, non leví simplicis plebeculæ, ut ad eorum Fana transfugiat, illicio? secuturum certe, ut populus hoc silentium nequaquam ferens, gravi cum offendiculo, nec tempora posthac, nec ipsa, etiam festis diebus, sacra adiret, quæ nec manè Augustiora cantu fierent, nec vesperi cantatorum defectu haberi omnino possent. Inanes profecto cæ-villationes, inaniora vaticinia, quasi, qui aut artis imperitiæ, aut sanctioribus magisque utilibus in publicum laboribus cantui vacare prohibetur, illico psalmodiam omnem psaltriisque oderit. Quod sub exordia Societatis rei Divinæ Musica non fuerit adhibita, factum est, quod tam sacrarum Aediarum nostris usibus attributarum paucitas, quam etiam Discipulorum, id non permitteret: ubi neutrum obstat amplius, patuit, atque hodiecum patet, quantum curæ struendis adolescentium integris contuberniis impendatur à Collegiis, ut concinna Divinis sacrificiis musica conjungi posset. At factum tamen est interim, ut obtrectatio hæc, quantumvis in se levicula, magna concursatione fremituque disseminata, locum inventiret apud eos, qui privatos paucorum quam universæ Bojariæ proventus curabant attentius. Verum aliud sentiebant, qui rem penitus inspiciebant. Tales fuerunt ex ipsis Academiarum primoribus, quorum aliquos ante nominabamus, Zoannettus, Agricola, Everhardus, ac Joannes Veldmillerus Medicinæ Professor, ante hos Athenæi patronus Hun-dius, & quam maximè Princeps Albertus ipse, quem Socer Ferdinandus Rex

40.

Senatum A-
cademicum
& urbicu[m]
in
partes tra-
hant.Rotmar. in
Annal.

41.

Prætexta cul-
tus Divini im-
minutione.

sperabant, periculum videlicet imminuendi cultus divini & antiquæ pietatis. Ex eo, quod Jesuitæ absque Minervali discipulos instruant, fore, ut omnis ad illos pueritia confluat, sed fore simul, ut in templis urbis Sacrorum Majestas in contemptum, pia suavitas in solitudinem ac fastidium demigret. Quippe, cum Societas ex Ordine suo omnem Chorum & Hymnodiam exterminaret, neque alios arte Musica imbuendos suscipiat, eventurum, ut paulo post sacris Aedibus cantores defint, atque illi ipsi, qui canendi peritiam haberent, ab Jesuitis, moris ac disciplinæ suæ tenacibus, in schola detinerentur, cum canendi in templis hora adesset. Quid autem ad vulgus in sacras Aedes petiendum cantu efficacius? hoc præsertim tempore, quo Lutheranorum, Psalmos cantitantium vocibus omnia personarent, non leví simplicis plebeculæ, ut ad eorum Fana transfugiat, illicio? secuturum certe, ut populus hoc silentium nequaquam ferens, gravi cum offendiculo, nec tempora posthac, nec ipsa, etiam festis diebus, sacra adiret, quæ nec manè Augustiora cantu fierent, nec vesperi cantatorum defectu haberi omnino possent. Inanes profecto cæ-villationes, inaniora vaticinia, quasi, qui aut artis imperitiæ, aut sanctioribus magisque utilibus in publicum laboribus cantui vacare prohibetur, illico psalmodiam omnem psaltriisque oderit. Quod sub exordia Societatis rei Divinæ Musica non fuerit adhibita, factum est, quod tam sacrarum Aediarum nostris usibus attributarum paucitas, quam etiam Discipulorum, id non permitteret: ubi neutrum obstat amplius, patuit, atque hodiecum patet, quantum curæ struendis adolescentium integris contuberniis impendatur à Collegiis, ut concinna Divinis sacrificiis musica conjungi posset. At factum tamen est interim, ut obtrectatio hæc, quantumvis in se levicula, magna concursatione fremituque disseminata, locum inventiret apud eos, qui privatos paucorum quam universæ Bojariæ proventus curabant attentius. Verum aliud sentiebant, qui rem penitus inspiciebant. Tales fuerunt ex ipsis Academiarum primoribus, quorum aliquos ante nominabamus, Zoannettus, Agricola, Everhardus, ac Joannes Veldmillerus Medicinæ Professor, ante hos Athenæi patronus Hun-dius, & quam maximè Princeps Albertus ipse, quem Socer Ferdinandus Rex

42.

refelluntur
inanis præ-
textus

43.

Et Patroni
pro nobis
stant, præ-
sertim Albertus.

titeris edocuerat, quantos jam fructus Austria Bohemiique ex juventutis institutione, Societati commissa, Pragae Viennaeque decerperet. Haud erat, cui non paria suis quoque subditis emolumenta speraret Princeps, quapropter sub medium Autumnum, postquam ex more veteri novus Academiae Rector Magnificus promulgatus est Georgius Theander, facta quoque est promulgatio scholarum, quas Nostri addiscendae latinitati aperuerunt. Ne tamen nihil omnino adversantium quiritationi datum esse videretur, Praeceptores veteres in vetero Pædagogio pergere, Sociis verò, Grammaticam Rheticamque docturis, locum in Bibliotheca Academica parari jussit Albertus, libertate relicta omnibus, ut, quibus quisque Magistris vellet, operam dare posset, addito tamen imperio, ut, qui novas scholas frequentarent, pueri, quoties manè ac vesperi in utraque parochia, Beatæ Virginis, ac Sancti Mauriti, cum cantu Res Divina haberetur, si musicæ adesse aut vellent aut solerent, è schola tantisper dimittentur, ut sic neque parochiarum, neque Gymnasij Veteris juribus derogatur. Quin & hoc disertis verbis decreto Principis palam fiebat, neutiquam confirmata, & in perpetuum duratura possessione literariam Jesuitis palustram tribui, sed experimenti duntaxat sumendi causà, quam idonei sint ad hanc spartam: satis præudente Principe, usū ipso commonistratum paulò postiri, quam universè illius Magisterij formam probare malint cives, cujus excellentiam jam ipse animo præjudicatam haberet.

Et quoniam huc deflexit narratio, ut de Gymnasiorum in hac Provincia exordiis dicendum necessariò foret, haud nihil me faciurum autumo, si paucis exposuero, cur non modo Principes ac Republicæ Collegia nobis ex ædificant, in quibus primæ latinitatis instrucción tradatur, verùm, cur ipsa etiam Societas Gymnasia iis in locis, in quibus major Dei gloria speratur, aut lubenter admittat, aut etiam studiosè consecetur. Quanta fuerit apud Germanos sub Lutheranismi initia linguae latinæ ob scholarum paucitatem ignorantia, quanta ejus ex adverso ad pernoscendas sublimiores disciplinas Philosophiæ præser-tim ac Theologiæ necessitas, clarus est, quam ut multis astrui debeat. Inge-muit Ecclesia, cum ante alias regiones Germaniam Theologis destitutam cer-neret: non sufficiebant Ekius & Cohlæus restinguendis tot hæresum incendiis, quæ ferè indies jam hinc, jam indè miseram corripiebant patriam, cum, non dico Ludimagister aliquis Melanchthon, sed cerdones, milites, ipsæ etiam mulierculæ, ad disputandum de profundissimis fidei capitibus Orthodoxos provoca-rent. Supplementum scilicet doctrinæ audacia illis fuit ac impudentia, cui reprimenda tam rarum esse Alcidem noverant. Ignatius, quem, omnibus omnium animorum malis mederi ardentissimè cupientem, nullum non scandalum urebat, huic etiam pesti exterminandas, suorumque curas admovit. Domicilia, Collegiorum nomine appellata, instituit, in quibus Nostri non tantum severiores, ut in Academiis, literas, sed humaniores etiam, atque adeò infima latinitatis rudi-menta teneræ adhuc adolescentiæ traderent. Geminum ex hoc consilio pro-ventum spectavit, virtutem & doctrinam, momenti utrumque maximi. Quan-tum Ecclesiæ & cuiusque Reipublicæ intersit juventutem & quidem copiolam à primis annis ad veram religionem pietatēmque educari, nemo non novit, quantum ad hanc educationem collaboret Societas in Gymnasiorum suis, nemo ja-stantiæ tribuat, si breviter delibem, ut ignorantia & querelis obtrectantium occurram. Ad pietatis exercitia quod attinet, quotidie ad audiendum Sacrum bini ac bini deducuntur discipuli omnes, diebus festis ad Vespertas insuper po-meridianas, sabbatis ad Litanias, quot mensibus ut animum confessione ex-pient, jam à Gymnasiorum primordiis ipse Beatus Ignatius sancivit, &, ut sexies minimum septiesve in anno sacram Synaxin celebrent. Stata quot die-bus Dominicis concio, stata feriis sextis Catecheseos explicatio, sabbatina item vespe-

44.
Litteris
conditione
bus, compo-
nitur.45.
Causa, cum
Societas
Gymnasio-
rum curam
fusciptat.46.
Prima lingua
latina olim
imperitis
tempore Iesu-
theri.47.
Itaque Igna-
tius volunt
suos in scho-
lis versari.48.
In his illu-
minat primis
varia exerce-
tia pietatis,

49.
Cautelez, ne
disciplini per-
vertantur.

vesperi exhortatio, quibus post institutas Sodalitates Marianas multa alia pu-
blicæ privatæq; pietatis accesserunt exercitia. Pravos jubentur vitare libros,
prava consortia, periculosa spectacula, periculosa conventicula; ni faxint, cor-
riguntur, mulctantur, ac, ni spem emendationis præbeant, à scholis ipsis &
scholasticis segregantur, quamquam, in tanta discipulorum frequentia, pau-
ci tam sint immorigeri, ut amandare penitus necesse sit; nempe ipso litera-
ruru, quæ non frusta ab humanitate, ac mansuetudine nomen acceperunt,
diuturno studio cicurantur discentium animi, atque etiam ad virtutis semina lu-
bentiū recipienda aptantur. Occasio multiplex agendi cum aliis frænare do-
cet juveniles impetus, ac etiam iis, quibuscum vivunt, accommodare geni-
um æmulatio, assiduus præterea conspectus aliorum, qui in pietate doctriná-
que proficiunt; præmia, quæ probis ac solertibus, pœnae, quæ segnibus dan-
tur, mirum in modum stimulum ardorēmque progrediendi exaugent. Ma-
ximum porrò momentum addit Magistrorum fervor & industria: memores

50.
Conversatio
mutua tem-
perat affe-
ctus, acuit
æmulatio-
nem.

51.
Magistrorum
solertia, pe-
ritia, patien-
tia.

52.
Utilitas ex
Gymnasiis in
Republi-
cam.

53.
In Clerum &
Religious Ordines.

54.
Denique &
statum Lai-
cum.

eo se animo ad Societatem accessisse, ut vocationi, qua ad zelum pro anima-
rum salute exercendum destinantur, satisfaciant, & gnari, quantum DEO,
quantum Beato Patri Ignatio pueritiae erudiendæ cura placeat, labore hunc,
quantumvis ex se naufragium, animosè aggrediuntur, fructuosè persequun-
tur: cùmque nulla eos rei domesticæ, alteriusve negotii, præterquam Litera-
rij, solicitude tangat, totos se se uni scholæ suæ gnaviter administrandæ im-
pendunt, accedente insuper perpetua Præpositorum vigilantia id inter primas
Collegiorum regendorum curas habentium, ut Gymnasiis de probis, doctis,
sedulisque Præceptoribus benè sit provisum. Efficitur hinc, ut rarissimum
planè sit notabiliter quidquam in genere isto peccari, aut negligi. Gratias da-
re, & abundanter quidem, gestiunt, quod gratis acceperunt, ac religiosa ma-
gnanimitate nil pensi habent, vel generis ac opum, vel doctrinæ splendorem
intra scholarum tenebras sepelire, ac præter mille molestias, & scholasticos
pulveres, etiam maledicta ingratorum, & malevolorum fannas déglutire, dum-
modo inde Divinæ gloriæ augmentum, ac Reipublicæ utilitas consequatur. Et
consequitur multiplex: quot enim præclara ingenia, sed quibus res angusta
domi literis vacandi adjumenta subtrahit, sylvestcerent, aut inter sordidas ar-
tes computrescerent? nunc efferre sese possunt, magno docentium merito,
magno discentium bono, & gloria, nec minore plurimorum commodo. Om-
nibus generatim, ubi intellectu sat maturuerunt, stimuli modique suggerun-
tur, ut, quem subsequentis vitæ statum amplecti expediatur, deliberent, statuant
que: Horum quantus numerus nunc Venerabili Clero, nunc Religiosis sese Or-
dinibus aggregat, qui, si familiæ ducendæ operam darent, quantum opes no-
bilium æquè ac plebeiorum, multiplicata prole distraherentur? quantâ exun-
darent Regiones indigorum confluge? cùm vel sic etiamnum hodie Augusti-
nus ea comparatione uti possit, qua mortales vasa lutea esse dixit, quæ invi-
cim angustias faciant. Certè à summo ad infimum usque nulla inter laicos
querela est vulgatior, quam, quod in eo, quem ipsimet profitentur, statu,
aut opificio nimis multos tolerare consortes debeant. Jam & Venerabilis Cle-
rus & religiosi Ordines, ex quo à Gymnasiis auctum accepere numerum, quan-
tum simul accepere status sui incrementum? Rudis omnino tam antiquo-
rum, quam præsentium temporum, aut maledicus sit, nisi prædicet in sacra-
tis Deo hominibus disciplinæ custodiam, vitæ sanctimoniam, doctrinæ splen-
dorem, salutis alienæ querendæ studium, virorum denique in his omnibus præ-
cellentium multitudinem. Sed neque ad communem inter homines vitam ex
recto ducendam minus prodesse comperitur Gymnasiorum frequentatio, quip-
pe ubi probitatis simul ac doctrinæ præcepta semel animo imbiberunt adole-
scentes, eadem permulti, jam ad maturitatem provecti, secum in domos
suas, in Curias, Principumque palatia inferunt; educationis probæ benefi-
cium,

Etiam, quod ipsi acceperunt, Liberis totique familiae impertire satagunt, &, cum mansuetiori literaturae Juris peritiam superaddunt, geminum effectum consequuntur, scientiam in sententia statuenda, dexteritatem in proponenda & persuadenda, quod utrumque si abfit, quam scep̄e in decernendo imperitia aut animi nullis legibus frenata affectio & proprij arbitrii cæca inclinatio prævalet!

Verum, et si, quæ diximus, opere usque sint comprobata, haud tam omnibus ita luculenter sunt intellecta, ut nihil, quod contrà obloqui pos-
sint, supersit. Ajunt imprimis, nimis multa à Societate institui Gymnasia, nescii videlicet, quam multa insuper instituere fuerimus rogati, quam multa ob graves causas recusare ipsi fuerimus compulsi: memini nuper, Gymnasia à Societate admissa vel etiam quam sita fuisse illuc, ubi majus Divinæ gloriae aug-
mentum sperabatur, tales opinamur esse urbes magis celebres, ac frequen-
tes, in quibus utrū multa pubes studiis literarum, plures tamen laboribus a-
liis addicantur. Quodsi tenuiora, in quibus scholas acceptamus, sunt oppi-
da, ea plerumque à celebrioribus sunt remota, aut certè tali incolarum con-
ditione, ut non Gymnastica tantum, sed insuper alia quoque Societatis mu-
nia ubere animorum proventu collocari videantur. Et verò patriæ commo-
dis è scholarum multitudine nullum timeri detrimentum indè conjectes, quod identidem ab aliis quam à Societate, novas in locis, utrū infrequentibus, scho-
las pro modicis etiam discipulorum manipulis pandi cernamus, Principibus,
ac Rebuspublicis approbantibus aut certè non refragantibus. Ast nempe in ea, quæ Societas aperit, Gymnasia, multi nimis ac promiscuè recipiuntur. An verò aliter possimus? Qui scholas nobis tradidere, publicas esse volue-
runt, in has uti nullum conducimus, ita neminem, nisi vel ad literas ineptus,
vel vitæ pravitate sit perniciosus, quamquam vel hos non absque magna scep̄e
offensa, exturbamus. Siquid ex hoc affluxu incommodi accedit subditis, mo-
dum imponere fas atque authoritas penes Magistratum erit: quem tamen in
hoc consilio nunquam præcipitem fore arbitramur, cum multo usu comper-
tum sit, adolescentum ingenia, æquè ac arborum fructus, nequaquam simul
uno nisu maturescere. Multi, qui initio modicis eunt passibus, accedente
postmodum tam propria, quam instituentium diligentia, è salebris eluctati fe-
licissimè sua stadia emetiuntur, multi, qui in uno exercitationum genere mi-
nus valebunt, in alio sese approbant. Sit, ita; dices, at pauci tamen excellunt,
quin sunt, qui doctrinæ perparùm, multum ex adverso malitiæ è scholis re-
ferant. E scholis putem, an aliunde? viderint parentes, an non domi sæ-
pè alant homines male feriatos, servulos studiosè improbos, inter quos cum
tenera ætas incautè verlari finitur, iis assuecat moribus, quibus emendandis
tanto minor spes, quanto rarer medela est. Contrà in Gymnasiis nostris, quam
nihil ex Cathedra, nisi castigatum utilèque auditur? quam crebra ingerun-
tur monita, ut à pravis quisque confortiis sibi caveat? si qui clancularii se in-
finuant probitatis corruptores, uti diu latere non possunt, sic efficacissima u-
surpantur antidota: quodsi etiam juventutis quipiam æstu abrepti in pejora pro-
labantur, quam scep̄e tamen vel seris annis primi redaccenduntur igniculi ex
primis intra scholas admonitionibus concepti? his, cum illi careant, qui extra
Gymnasia male adolescere coeperunt, difficillimum profectò est, ut à via, juxta
quam in adolescentia ambularunt, recedant, cum senuerint. Quod in eru-
ditione pauci sint eximij & præcellentes, universali miseriae, & infirmitati hu-
mani generis invicem condonemus, necesse est. Si artes omnes statuque vi-
vendi percurramus, rari sunt, quos admirando faciat excellentia: mediocri-
tati quoque laus sua constat, ac utilitas. Quin affirmare ausim, iis, qui in La-
gio inter ultimos habitârint, linguae hujus vel solam balbutiem barbariemque

55.

56.

57.

58.

Diluvium ag-
gumenta
primo contra
multitudi-
nem Gymna-
siorum.

Secondum
contra pro-
miscuam re-
ceptionem
discipulorum.

Tertium
contra cor-
ruptos mores
scholastico-
rum.

Quartum
contra mul-
torum in li-
teris modi-
cum profec-
tum.

prodeſſe, ut exinde in omnes mundi ac imprimis Europæ plagas peregrinari possint, absque eo, ut multo interprete opus habeant; quæ enim fermè regio, cui Augusta Latinitas se non communicet? Cæterum, ut negare haud velimus, irrepere nonnunquam in Gymnasia, quorum vel in literis progesſio, vel vivendi ex præscriptis legibus ratio desperata eſt, tamen cùm de horum expulſione agitur, non raro valida aliunde ponuntur obſtacula, ut majoris mali ſecuturi intuitu, profutura aliàs, intermiſſi debeant confilia. Verùm hic, uti conſultum indignos, quām celeriter fieri potest, ablegare, ita mirum videbitur non nullis, cur tam diu omnes promiſcūe intra ſcholarum anguſtias detineantur. Linguæ Gallicæ ac Italicæ diſcipulatus unius anni, plurimùna biennii, ſpatio terminatur, Gymnasiorum metam qui vult attingere, ad integri luſtri curſum, & ultrà, ſe accingat neceſſe eſt. Audio hæc, ſed, qui intra biennij ſpatium, quidvis loqui & ex quovis literarum genere cum Italis Gallisve diſcat, nullum audiemus, quamvis iſtorum Syntaxis & Grammatica tot præceptionibus & præceptionum appendicibus nunc laxata, nunc reſtricta non ſit, ac Latinorum: deinceps, magnæ in præſens rationes perſiſtere ſuadent in antiquo præter Latinam linguæ Græcæ tradendæ instituto. Demum non ſolam Latinitatis elegantiam conſectari diſcipulos affueſfacimus, verùm & historicæ quoque, Poëtices ac Rhetorices præcepta complecti, & ſpecimina præbere, quæ ad ſcriben- das literas, historias, poemata, conciones, Orationésque, non Latino tantum, ſed vernaculo, imò quovis ſermone habendas ſint idonea. Cedò puerum, qui ad hæc omnia à primis cujuſcunque denum linguæ extraneæ elementis intra duos annos perveniat. Progredior ad ea, quæ celeberrimus hiſtoriae Francicæ conditor adverſus fundationes Gymnasiorum opponit; Is eti virili, qui ipſi proprius eſt, & reconditi ſenſus abundante ſtylo in Societatis laudes profulſus, amorem in eam ſyncerum, ac aſtimationem prodiſit, improbabit tamen haud leviter præter Academias publicas, alias Muſarum ſedes juventuti erudienda excitari. Videri poſſit locutus fuiffe de incommo- diis, non, quæ jam indè consecuta vidit, ſed ex metu, ne ſequerentur. Nec enim in pagis modicisque oppidulis Galliæ, ſcholas affectare aucuparique conſuevit Societas, uti tamen memorat Scriptor; nec ſcholasticorum multitudo cauſa eſt, cur vel Mechanicæ artes jaceant, vel commercia frigeant, aut ad heterodoxos transferantur. Proſunt potiū Latinæ literæ variis artibus, quæ manu tractantur, ut typographis, bibliopolis, Chirurgis, ac Pharmacopœis. Cur è ſolis Acatholicis in miris artefactis Magistros eſſe, multi putent, vereor, ne aliena jačtantia imaginariam perſuasionem inducat. Aliud ſentiet, qui conſiderat, quid in Italia, Gallia, ipsâ Germania inter Catholicos artificiosè inventorum effectorūmque reperiatur. Quamquā multa ex his luxui & curioſitati magis quā utilitati ſubſervire deprehendamus, ut adeò optabilius multò ac laudabilius ſit, præclara ingenia Divinioribus ſtudiis, digniūs infueſti, quod apud Catholicos frequens eſt, infrequens apud alios. Ad commercia quod attinet, non paucitas eorum, qui mercaturam faciunt, ſed oportunitatum, quibus uni populi præ aliis fruuntur, defectus obſtat, quo minūs pari ubique emolumento mercatus exerceantur, neque ad hos tam inge- niūm, quām vigil ubique ac solers industria deponſit. At neque plūs justæ ſollicitudinis meretur id, quod Author antè dictus adjungit, raroſ nunc eſſe, qui militent, dum tot juvenes Palladem togatam potiū quām sagatam ada- mant. Enimverò quando unquam, Germanis præſertim, cùm milite opus, iſ, & nobilis ſimul & copioſus, non affluit? Literæ mansuetiores ferociam, quæ cæco ſapè impetu bella turbat, minuunt, ita eſt; ſed prudentiam acuunt, animoque nobili fortiter, & cordatè uti docent. Nunquam ſe effoeminari, dum utili delectatione ad res agendas erudiri ſtudent, fatebuntur Galli, apud quos, & quidem haud ſolūm præcipuos bellī duciōres, ſed poenè gregarios & ma-

59.

Quinque
contra diu-
turnam de-
tentioinem in
ſcholis.

Gramond.
Hift Franc.

60.

Gymnasia ſunt
ruina opifici-
orum, com-
merciorum,
Militie, A-
cademiarum,
tribunalium.
Hæc refu-
tantur.

prodeſſe, ut exinde in omnes mundi ac imprimis Europæ plagas peregrinari possint, absque eo, ut multo interprete opus habeant; quæ enim fermè regio, cui Augusta Latinitas se non communicet? Cæterum, ut negare haud velimus, irrepere nonnunquam in Gymnasia, quorum vel in literis progesſio, vel vivendi ex præscriptis legibus ratio desperata eſt, tamen cùm de horum expulſione agitur, non raro valida aliunde ponuntur obſtacula, ut majoris mali ſecuturi intuitu, profutura aliàs, intermiſſi debeant confilia. Verùm hic, uti conſultum indignos, quām celeriter fieri potest, ablegare, ita mirum videbitur non nullis, cur tam diu omnes promiſcūe intra ſcholarum anguſtias detineantur. Linguæ Gallicæ ac Italicæ diſcipulatus unius anni, plurimùna biennii, ſpatio terminatur, Gymnasiorum metam qui vult attingere, ad integri luſtri curſum, & ultrà, ſe accingat neceſſe eſt. Audio hæc, ſed, qui intra biennij ſpatium, quidvis loqui & ex quovis literarum genere cum Italis Gallisve diſcat, nullum audiemus, quamvis iſtorum Syntaxis & Grammatica tot præceptionibus & præceptionum appendicibus nunc laxata, nunc reſtricta non ſit, ac Latinorum: deinceps, magnæ in præſens rationes perſiſtere ſuadent in antiquo præter Latinam linguæ Græcæ tradendæ instituto. Demum non ſolam Latinitatis elegantiam conſectari diſcipulos affueſfacimus, verùm & historicæ quoque, Poëtices ac Rhetorices præcepta complecti, & ſpecimina præbere, quæ ad ſcriben- das literas, historias, poemata, conciones, Orationésque, non Latino tantum, ſed vernaculo, imò quovis ſermone habendas ſint idonea. Cedò puerum, qui ad hæc omnia à primis cujuſcunque denum linguæ extraneæ elementis intra duos annos perveniat. Progredior ad ea, quæ celeberrimus hiſtoriae Francicæ conditor adverſus fundationes Gymnasiorum opponit; Is eti virili, qui ipſi proprius eſt, & reconditi ſenſus abundante ſtylo in Societatis laudes profulſus, amorem in eam ſyncerum, ac aſtimationem prodiſit, improbabit tamen haud leviter præter Academias publicas, alias Muſarum ſedes juventuti erudienda excitari. Videri poſſit locutus fuiffe de incommo- diis, non, quæ jam indè consecuta vidit, ſed ex metu, ne ſequerentur. Nec enim in pagis modicisque oppidulis Galliæ, ſcholas affectare aucuparique conſuevit Societas, uti tamen memorat Scriptor; nec ſcholasticorum multitudo cauſa eſt, cur vel Mechanicæ artes jaceant, vel commercia frigeant, aut ad heterodoxos transferantur. Proſunt potiū Latinæ literæ variis artibus, quæ manu tractantur, ut typographis, bibliopolis, Chirurgis, ac Pharmacopœis. Cur è ſolis Acatholicis in miris artefactis Magistros eſſe, multi putent, vereor, ne aliena jačtantia imaginariam perſuasionem inducat. Aliud ſentiet, qui conſiderat, quid in Italia, Gallia, ipsâ Germania inter Catholicos artificiosè inventorum effectorūmque reperiatur. Quamquā multa ex his luxui & curioſitati magis quā utilitati ſubſervire deprehendamus, ut adeò optabilius multò ac laudabilius ſit, præclara ingenia Divinioribus ſtudiis, digniūs infueſti, quod apud Catholicos frequens eſt, infrequens apud alios. Ad commercia quod attinet, non paucitas eorum, qui mercaturam faciunt, ſed oportunitatum, quibus uni populi præ aliis fruuntur, defectus obſtat, quo minūs pari ubique emolumento mercatus exerceantur, neque ad hos tam inge- niūm, quām vigil ubique ac solers industria deponſit. At neque plūs justæ ſollicitudinis meretur id, quod Author antè dictus adjungit, raroſ nunc eſſe, qui militent, dum tot juvenes Palladem togatam potiū quām sagatam ada- mant. Enimverò quando unquam, Germanis præſertim, cùm milite opus, iſ, & nobilis ſimul & copioſus, non affluit? Literæ mansuetiores ferociam, quæ cæco ſapè impetu bella turbat, minuunt, ita eſt; ſed prudentiam acuunt, animoque nobili fortiter, & cordatè uti docent. Nunquam ſe effoeminari, dum utili delectatione ad res agendas erudiri ſtudent, fatebuntur Galli, apud quos, & quidem haud ſolūm præcipuos bellī duciōres, ſed poenè gregarios & ma-

& manipulares, mos hodie invaluit, ut, si inter militaria officia subsecivi aliquid temporis nanciscantur, non perniciosis confabulationibus, sed lectitandis libris seponant, salubriter omnino, modò cum librorum delectu fiat. An sola Alcorani lex (nam & hæc, quod mireris, in senatum adducitur) literas ferè proscribentis, vigorem hactenus Ottomanici Imperij conservârit. judicet, qui recentes eventus int̄p̄cit: judicabit potius, Christianorum livo- re & cupiditate mala accidisse, quæ à Turcis evenerunt. Jam, quod sequitur, causidicis diluendum relinquo: quām memoratus Author impingit. Dicam, ipsi expediant: dum literis passim ait, imbuitur juventus, Advocatūrum ut no- minat Notariorūmque agmina invalescunt, deterrium (verba Authoris reci- to) hominum genus, quibus veluti hirudinibus populi sudor sanguisque vita sint. Äquiùs sentire juvat; sapè ab Jureconsultis salem inspergi cernimus aliis sanguisugis, ne plebem potentiam suā & onera augendi libidine penitus emungant. Dein quām pauci ex Gymnasii ad Jurisprudentiæ studium perve- niunt, inopiā pr̄peditū, ne ad Academias abeant? unde & illa formido eva- nescit, ne ob Gymnasiōrum copiam Academiarum splendor obumbretur. Quodsi ex Legisperitis Ärufscatores sint aliqui, Magistratuum rursus cavere es- tūt exturbatis illis justi tenaces substituantur. Quæ subtexo, malevoli tantum aut rerum, quæ à nobis geruntur, ignari deblaterant. Scholas ambiri à Socie- tate gariunt, ut florem juventutis, aut opulentæ aut ingeniosæ, ex iis de- cerptum nostro inseramus hortulo. Enimverò, an culpæ dari possit arbora- tori, si culturæ suæ fructum, non omnino pessimum, gustare malit, nec po- ma optima aliis, sibi uni acerba duntaxat reservet ac rancida? Quamquam re- vera id non spectemus; nisi Instituti, quod à DEO per Sanctum Ignatium ac- cepimus, primigeniam formam velimus prodere, opus est, ut non alios, quām in quibus doctrinæ virtutisque specimina eluent, cooptare satagamus: DEI, summorūmque Pontificum voluntate ad juvenum curam habendam destinata ēst Societas: plurimūm in hac cura Reipublicæ interesse in confessō est, ut ado- lescentia tum virtute, tum literis benè instruatur: ad has autem quām male in- formaretur juventus, si rudes & indoctos statueremus Magistros? Opulentiam porrò solam quām modicum admittendi eos, qui Societatem petunt, Argu- mentum habeamus, testes vocare audeo, quotquot veritatem scire dicere que cupiunt: quodsi cæteræ dotes, cur admittantur, adsint, divitiae solæ cur obſint? Servator mundi pīscatores in Apostolatum recepit, at, an non etiam Matthæum inter Apostolos, Zachæum ac Nicodemum cum Josepho inter Di- scipulos adlegit? hi sanè pauperes non erant. Haud penitus nullos, sed mul- tots duntaxat divites, nobilēsque à Christo in Evangelii ministerium assumptos fuisse Paulus negavit. Indulgeatur, amabò, uti cæteris Ordinibus Religiosis ita & Nostro hæc gloria, hoc exemplum, ut numeret in suis, quos juvērit rejectis opibus & Natalium claritate pauperem Christum sequi. Nam certè se- quendi occasionem abundè habebunt, uti nōrunt, qui vīctūs vestitusque ra- tionem in Societate perspectam habent, quidquid contrà malitiosè imperite- que effutiatur. Quamvis enim Collegia, quæ unicè pro docendis discendis- que literis eriguntur, communes redditus habeant, tamen, quām arcto singu- li paupertatis voto vincit nihil absque facultate, & ut proprium, acceptare usur- paréque possint, ii testabuntur, qui domesticam Societatis disciplinam regu- lasque cognitas habent.

Impudentius est quod obgannire alii gaudent, sed, ut existimare juvat, Calumnia, hæretici duntaxat: Gymnasia à nobis ajunt quæri, ut per obsequia, blandi- quod Societas mentaque filii exhibita, parentes imprimis, tum ip̄los, cùm adoleverint, per Gymnasia filios, obnoxios habeamus, & faciles ad ea, quæ aucupamur, existimatio- graffetur ad nem videlicet nominis, opum incrementa, dominandi denique in lacris ac vancs & illici- tos fines.

61.
Refellentes
obrectato-
res maligni,

62.
Necessaries
est selectus in
recipiendis
ad Societatem.

63.
Falsum est ab
virtus quæsi-
in admitten-
dis ad Societatem.

64.
Calumnia;
per Gymnasia
graſſetur ad
vancs & illici-
tos fines.

profanis Curiis vafrè occultatam libidinem. Quàm injurium hòc suspicari, vel de sanctissimo viro Ignatio, quasi tam damnabilem scopum in imponenda suis puerorum eruditione præfixerit? vel de Societate, quæ tam sanctis legibus munita, nihilominus institutum à fundatore opus ad vanos impiosque fiues impie detorserit? quando enim adeò degenerasse dicent? haud certè posterioribus primùm annis, nam sub primordia statim Gymnasiorum viperinus hic sibilus audiri coepit. Talpæ sunt hi calumniatores: suis semper infra terram ac terrena latentes cuniculis, fieri non posse credunt, ut quisquam alias puro mentis oculo celestia duntaxat ac æterna in ullo unquam, quod agit, negotio spectare possit. Quid! quòd, et si mundi inania sectari vellemus, optatis tamen excideremus sèpissimè? nihil enim experimur frequentius, quàm, quòd eos, quibus instruendis diuturnos labores, ætatis florem, ac valetudinem amantissimè insumpsimus, adversarios habeamus, ac osores, quibus, si fortè de grati animi officio admoneantur, illud in ore solenne est, nullas se grates debere Societati, de qua, si Magistros non habuissent, futuros fuisse alios, qui voluissent, potuissentque suum commodare magisterium: demus hoc: at, an non fieri potuisset, ut alios aut parentes aut magistratus nancisceris, quàm, quos modò nactus es? num ergo his, quos in præsens habes, non reverentiam, & obsequium, non grates, & reciprocum amorem debes? Dein, quamvis agnoscant Societatis alumni ad id se à Deo simul & hominibus conductos, ut Divinæ gloriæ & publico bono deserviant, unde dicere nosoporeat: servi inutiles sumus, fecimus, quod debuimus, an tamen notum haud est pariter, servo bono ac fideli: Euge acclamari ab amante Domino! addicique præmia? an notum haud est Salomonis monitum: fidelem servum & gnatum, amici & fratrī loco habendum esse? Verùm Numini laudes! quòd mala pro bonis rependi permittit, in commodum hæc nostrum providentissimè ordinat. Nam, ecce! literati Juvenes, qui in Societatem recipi petunt, iis ut plurimū naturæ, ac non raro etiam fortunæ subsidiis instruèti sunt, ut, si in seculo perstare vellent, eandem, quam quisquam alias terrenam felicitatem sperare possent sibi, aut facere; sponte tamen spebus rebusque omnibus dimissis, solo Divinæ gloriæ salutisque propriæ & alienæ intuitu laboriosæ vitæ sortem præoptant. In hoc animo ut perseverent, ut, si postea tanquam per labores suos benè de publico meritis aut gloriolæ inanis, aut benevolentiae popularis undula affluat, cor haud apponant, ad crepidia hæc, recipiendamque in hoc mundo ac vita mercedulam respiciant, præsentaneo sese exponentes religiosa sanctitudine excidendi periculo, quid ad hæc præcavenda salubrius, quàm experiri ingratos? ut, qui propter mundi peritura bona non cepimus, propter ejus mala non desinamus, soli Christo adhærere solliciti, relinquere nil cunctantes cetera. Placere id remuneratori bonorum Deo docemur quotidiana experientia, Numinis quippe beneficium, vitam æternam, uti ad promisit, nos possessuros, tanto firmiore spe confidimus, quanto luculentius alteram promissi partem præstari videmus, centuplum videlicet in hac vita, indè non raro, manifesta Divinæ largitatis ordinatione proveniens, unde humanitus sperare temeritas fuisset.

66.
Dei hoc be-
neficiū a-
gnoscimus
conseruāndis
integritatem
puræ inten-
tionis.

67.
Et centuplum
tamen aliunde
procuran-
tis.

68.
Ingolstadien-
ses Alberto
Societatem
commendan-
ti prolizi ob-
sequuntur.

Anglipoli profectò eximum Divinæ benignitatis munus agnovere nostri, pacem sedatis turbis compositam, ac, Civium maximè, animos post primâ scholarum, quas in Georgiano Collegio primùm aperire licuit, specimina, ita brevi immutatos, ut jam, quantum poterant, obsequi studerent literis Alberti Ducis, quibus urbis Præfecto, & Magistratui demandaverat, ut nos commendatos habere, tuerique adversus molestias curarent, unde & nostro calamo quies moraque datur Petri Canisii, post res Ingolstadii constitutas, acta itineraque per reliquam sibi recens commissam Provinciam, aliásque terras persequendi.

Primum ejus Ingolstadio iter Pragam fuit, ac Viennam, inde à Ferdinandō Rege ad Comitia Ratisbonensia assumptus, multum aptid eos Imperij Principes, qui hacenus ex fama illum duntaxat noverant, fui totiusque Societatis existimationem amplificavit; unde, quidquid Protestantes contrā molirentur, ut à consultationibus de Religione habitis virum arcerent, nunquam tamen id obtinere potuerunt. Sed nec Ferdinandus obtinere ab eo potuit, ut decreto novi in annum sequentem habendi Wormatiæ conventus assensum daret, constanter audacterque protestatus, nec his Catholicos inter ac adversarios colloquiis Germaniæ morbos curatum iri, nec ipsa colloquia, inconsulto Pontifice, sola Cæsarialis autoritate decerni posse. Hæc inter ad alia Comitia, ipsius nimirum Societatis Romam evocatur, ut novi Praepositi Generalis creationi adesset, ubi, ne tam longè quidem absens, juvare populares suos oblitus est: Germanici námque Collegii Alumnos ferventissima oratione ad comparanda doctrinæ ac virtutis adminicula est cohortatus, quibus in Patriam reversi ejus saluti procurandæ apti forent. Bellum tunc ardebat, Paulum inter Pontificem, & Philippum Hispaniæ Regem, unde quod Nostris Rex Hispaniâ, ac vicissim Paulus Româ pedem efferre prohibuisset, sufflaminatum est cœligandi Generalis negotium. Ne Canisium tamen diutius Italia detineret, litteræ Ferdinandi Cæsarialis effecerunt. Digresso Ratisbonâ Canisio Rex omnia pacandis Imperij turbis experienda ratus, consensit tandem, ut tamdiu expetitum à partibus colloquium Wormatiæ fieret. Neutquam tamen sine Nostris, Canisio nominatim & Gaudano. Sribit proin ad Lainium Generalem Vicarium, utque ambos in Germaniam quā primū remittat contentè petit. Indulget discedendi veniam Pontifex, certus, ambos, si nihil ex illo conuentu emolumenti eliciant, obstituros saltē omni conatu, ne quid damni in Ecclesiā pullulet. Et eventus docuit, plūs obtentum fuisse, quā sperabatur. Pugna exstitit foedissima inter Cadmæos fratres, qui larvam confessionis Augustanæ, sub qua hacenus diversi hæresiarchæ latuerant, sibi mutuò acerba laceratione contendebant diripere, non sine Catholicorum Doctorum, inter quos summa Dogmatum consensio, risu, dicam, an miseratione? At hoc saltē eventu, quod vel apud Acatholicos ipsos plurimū deinceps provocationum ad Colloquia pruritus æstusque deserbuerit. E quibus nihil aliud, quā summam Hierosolymæ Orthodoxæ pacem, suæ verò Babylonis confusione, ac jurgiorum turpitudinem propalām elucidere, ac denudari videbant. Qui pleniorē colloquii historiam nōsse cupit, inveniet, non apud Catholicos tantum authores, ut Laurentium Surium, Fridericum Fornerum Hebronensem Episcopum, & alios, verū etiam apud Lutheranos, geminos imprimis Nicolaos Ambsdorffium & Gallum, celebrem Ratisbonæ Praeconem. Magnis hi ejulatibus typo vulgata scripta implent contra Melanchthonem, quod primæ Confessionis author, Wormatiæ tamen palam, cum sex symystis suis, Zwingli Calvinique sc̄tas, in multis Augustanæ Confessioni adversas, non modò damnare recusaverit, verū etiam Schnepfio, Morlino, Strigelio, Stösselio, Sarcerio, qui itidem Lutherorum Theologi ad congressum hunc delecti, evocatique fuerant, velut anathema dixerit, atque à Colloquio exclusos domum redire compulerit, eam unicè ob causam, quod Calvinismi damnationem publicè contestandam urserint. Ingens ex hoc Antesignanorum Lutherorum schismate redundavit in Acatholicos dedecus, cuius accepti vindictam ex Canisio sumere statuerunt, quem sciebant in ea concertatione potissimas, scripto ac voce, depugnandi partes habuisse: Oratorem grandilorum vocitabat hunc Melanchthon, non semel minitatus, paria se redditum. In putidum hæc coquinatio figmentum desit. Vulgarunt per Saxoniā, Canisium in disputatione cum Philippo Melanchthone probrosè vixum, cùm ignominia diluendæ causâ suggestum concendisset, morte repentina cœdiisse

69.
Canisius Ra-
tisbonæ con-
stante pro au-
thoritate
Pontificis,

70.
Romam pre-
fectus exhor-
cationem ha-
ber ad Alum-
nos Collegii
germanici.
Ciacon. in
Vit. Pauli.

71.
redit ad col-
loquium
Wormati-
se.

Scrib. Forne-
russ. Mafsenius
C.

72.
Wormati-
se colloquii
ridiculus ex-
tra.

73.
Iadē irati Lu-
therani Ga-
nifio fabulam
de illius mo-
te spargunq;

cidisse pudoris dolorisque vi , aut , quod credi malebant , justâ procaciā ulciscētis DEI pœnâ enectum. Mendacii impudentiam Canisii itinera difflārunt ; vivens enim , atque etiam plus solito valens , confirmatis Wormatiæ Catholicorum reliquiis Coloniam descendit , ubi , postquam Sociis majorem cum populo salutariter per conciones & Sacramentorum administrationem agendi occasionem , facultatēmque impetrâasset , Argentoratum jam diu ab Erafmo , ex nobilissima ad Rhenum Pincernarum Limburgiorum Familia , urbis Episcopo expeditus ascendit , ubi quām plurima Catholicorum solatio salutique peregit : inter alia de Collegio Friburgi Brisgojæ , bidui itinere Argentoratō dissiti collocando egit , quamquam Consilium hoc , licet communi Academiæ & civitatis assensu probatum , non nisi multis pōst annis in opus deduci potuit. Discedenti magnam pecuniaē vim Antistes & Canonici non semel obtulere , recusavit ille constanter. Quin ubi Anglipolin clanculūm mis̄sam iatellexit , remitti quām primūm jussit. Reliquias tamen insignes Sanctorum Xysti & Polycarpi , ab iisdem datas , magno cum animi gaudio in Bojariam secum detulit , pulchrè exornandas , atque in Divi olim Michaëlis templum , quod Societati magnificentissimum Monachij à Guilielmo Duce struvidebimus , transferendas , ubi , in hanc usque diem asservatae , peculiari Missâ Officioque Sacerdotali annis singulis honorantur. Erat nempe Petrus Canisius sacrorum Lipsanorum venerator eximius , quod cùm passim constaret , similem thesaurum è Coenobio Oettalensi sub idem tempus accepit. Præteratum celeberrimo huic Ordinis Sancti Benedicti asceterio Placidus Gallus , quem Hundius Metropolis Salisburgensis Tomo altero virum fuisse scribit omnibus corporis & animi dotibus ditatum , rerum Monasterij gubernatorem providum : is , ut erat ipse Religionis zelo plenus , ita Petro etiam , ac Societati addicitus eo amore , quem adhuc erga Societatem in florentissimo hoc Monasterio , uti & in cæteris vigore grati testamur , in pignus animi , Sanctorum Pignora Ossaque Canisio milit , sat gnarus nihil à se charius mitti posse.

74.
*Ille interiu-
varia itinera
conficiens,*

75.
*Argentorato
Sacras Reli-
quias Mona-
chium defert*

77.
*Demissiois
& modestiæ
inter Ortho-
num & Cani-
siū certa-
men.*

Petrus

Sed mirandum magis est , quod existimationis suæ de Canisio signum edidit Cardinalis Otho : neque sine verecundia memorarem ego , nisi simul Othonis ingens pietas humilitasque eluceret sanè admiranda. Didita jam erat per omnem Germaniam fama , quantum Petrus Wormatiæ pro re Catholica effecisset. Itaque ubi ex Alsacia Petrus Dilingam pervenit , Otho post omnia amantissimæ salutationis officia : oportet , inquit , ut oculis patere faciamus , quod vates Divinus ait , speciosos esse pedes Evangelizantium pacem , Evangelizantium bona ; hos igitur sine , ut lavem modò , ac speciosos , quantu[m] potero , efficiam simul cum his dictis in genua devolvitur , simul & Canisius , improviso facto , ut par erat , exterratus , oblectari contrâ obtestarique omni prece : diu tenuit humilitatis & modestiæ certamen , dum alter surrecturum se negat , donec Petri pedes laverit , alter precari insistit , ut dicere sibi liceat : non lavabis mihi pedes in æternum : Vicit Othonis , haud superari se sinens , demissio , & reveritus hanc tandem Petrus , quia , inquit , sic mandas , Eminentissime Domine , faciam , quod jubes , & solum , quia jubeor , admittam : ac tu quidem coram DEO , Angelis , & hominibus apparebis humillimus , ego autem nimis quām humiliatus ; ita ipse lacrymis perfulus ac rubore , ex quo in Othonem reflexo , magis utique hujus virtus , quām ex Augusta Purpura , resplenduit.

78.
*Canisii erga
Religionem
ac Extarem
fida constan-
tia.*

Diu unā esse non licuit , nam ecce literæ superveniunt Alberti Ducis , clementissimis quidem invitationibus plenæ , sed quæ ipsæ magnum terrorem facerent. Oblato Nostris , qui Austriae excolebant , in Bavaria hospitio , monet Provincialem , ut Socios indè quām primūm evocet ; furorique ho-

stium

stium subducat, rem in eo esse, ut propediem universa Austria ad castra Lutheri convolet. Ita quidem toto Imperio rumor erat, quem auxit repentinus Norimbergam Ferdinandi Regis accessus. Petram se hic inconcussam ostendit Petrus: reposuit Alberto, sperare se, procellam hanc, uti repente ortam, ita brevi quieturam. Quodsi magis etiam favearet, neutiquam committendum, ut fluctuantem Ecclesiæ naviculam fidei remiges destituant; confidere se, tantum Divini roboris Sociorum cuvis inesse, ut paratus sit pro Fidei conservatione vitam lubenter ponere, itaque ne ullum quidem ex iis avocatum iri. Sic ipse confirmatus, Norimbergam properat, ut Regi etiam Ferdinandi animi decreta indicet. Anxium ibi & curis æstuantes reperit. Me-
 tuendum erat à Turcis bellum, à Protestantibus, & Subditis rebellio, spes in Principibus Catholicis tardæ, nec fatis certæ, Septemvirum morosæ cunctationes, & tricæ, quas necebat, variæ, quò minus Ferdinandum, cui Carolus coronam cesserat, promulgarent Imperatorem. His curis distento oportuna solatia, quin & consilia manu tenendæ religionis suggessit Canisius: illa non vana, hæc non damnosa fuisse paulò post immutata rerum facies ostendit. Canisium vicissim Rex sui, non erga ipsum modo, verùm erga totam Societatem, favoris securum dimisit, perpetuum se ejus tutorem fore pollicitus. In Bavariam eundum erat, & urbem Bavariae Straubingam, Alberto postulan-
 te. Danubio ad ita est, hinc commerciis opportuna, fertili item solo, & abundante alimentis ad delicias, solito ad hæreses irritamento, insuper Au-
 striæ Superiori propinquæ, tunc temporis Lutheranismo admodum infectæ. Itaque malum oppido tè non modicè infuderat, frigescente hinc Magistratu, inde Sacerdote quodam, Georgio Brunnero Apostata, plebem è pulpito ad defectionem accidente. Illuc ut venit Canisius, hospitio apud Patres Carmelitas exceptus, ter quatérve per singulas quadragesimæ hebdomadas suggestum concendit, coercito Alberti literis Senatu, qui Petrum, ne feriâ saltem quintâ id faceret, prohibere volebat, quòd jus Oratorem, illam in diem, constituendi penes se esse diceret. Exprobratum quoque est Magistrati, quòd contra usitatos ritus, veterémque Religionem quædam introduci permisisset, prohibitumque gravissimè, ne cives ad Baptismum Liberis à viciniæ præconibus impertiendum, aut conciones eorum audiendas egredi permittantur. Imperatum denique, ut, cùm jus committendi in Xenodochio cathedral, cui vellet, penes ipsos esset, non nisi viro bono doctóre committerent, Monachumque prius ablegarent, scientiam, morésque in examine coram probaturum. Auditus est Canisius magno semper populi concursu, & magnum pariter laboris fructum tulit; cùm enim persuasio, qua Eucharistiam sub utraque specie sumendam esse à Præconibus imbuti fuerant Straubingani, tam altas radices in animis Nobilium æquè, ac plebejorum fixisset, ut Albertus tandem aliquid eorum postulationi dandum censuerit, modo idem sensus Episcoporum foret: tamen, ubi, his reclamantibus, Princeps quoque revocata concessione nihil innovandum sub mulcta grayissima statuisset, mansit nihilominus apud plurimos opinio pruritusque pristinus. Sed deponere hunc plerique do-
 cū sunt Oratoris sui eloquentiâ, ponderosissimis argumentis plenâ, ita, ut sub Paschales Ferias paucissimi essent, qui non sub una duntaxat specie Sanctissimi Corporis & Sanguinis Dominici Mysteria usurparent; unde, cùm Romanam ad Societatis Comitia, de eligendo Præposito Generali instituenda, de-nò abeundum esset Canisio, affirmare ausus est Alberto, nihil admodum Straubingæ amplius timendum, modo severam decreti, quo libros hæreticos invehi in Bavariam, ac retineri vetterat, executionem urgeret, de gnavo posthac pastore provideret, Brunnerum ceu lupum rapacem procul arceret cathedral, & in ejus locum Hieronymum quendam Presbyterum, senem quidem, sed vegetum & pietatus ac scientiæ integritate conspicuum sufficeret. Plus etiam fecit

79.
 Ferdinandus
 Caesar Canisius & Societas
 tis officia cle-
 menter acce-
 ptae.

Merianus in
 Topogr.
 80.
 Canisius
 Straubingæ
 hæretum pro-
 pulsar.

81.
 Usum Com-
 munionis sub
 una specie re-
 ducit.

82. Episcopi Bavariae iustrant Clerum. fecit Albertus, quām suaserat Canisius: eodem anno, cūm ab Antistite Pasaviensi Wolfgango ex Closiorum Familia & Michaele Kuenburgio Archiepiscopo Salisburgensi laudatissimo per universam Bavariam iustificationem Cleri faciendam procurāset, eandem quoque per Ratisbonensem Dioecesin, atque adeò tractum Straubinganum continuavit, conferente authoritatem suam Ratisbonensi Episcopo Georgio Pappenhemio, qui ad hoc negotium Georgij etiam Theandri, Procancellarij Ingolstadiensis, lēpiùs jam laudati operā est usus.
83. Canisius impetrat Sacrum quorū mensibus pro Provinciis Septentrionali. Romam ubi pervenit Canisius nihil priùs habuit, quām ut à novo Generali Praeposito Jacobo Lainio, cuius electionis suffragium & ipse dederat, confirmationem obtineret Decreti, quod ante quinquennium à vivente adhuc Ignatio imperaverat, unius nimirum ab universis è Societate quovis mense dicendi Sacri, siquidem Sacerdotes essent; recitandæ Coronæ Marianæ, si non essent, pro hæresi ab Germania, cæterisque ad Septentrionem plagis avertenda. Redire parabat ad Socios in Germaniam, sed ultrà pergere jussit Paulus Pontifex, adjunctum videlicet Camillo Metuato Satrianensi Episcopo, Apostolico ad Comitia Regni Polonici Petricoviensi in urbe Legato, ubi scripto, verbo, consiliis, hortamentis plurimū efficacitatis attulit, pervicítque præter spem, ut inter Ordinum regni diversa sentientium astuantes motus, neque ad arma & seditiones veniretur, neque Catholici, quæ ab hæreticorum potentissimæ metuebant, detrimenta acciperent: reverso in Italiam Metuato provinciam quoque suam Canisius repetiit, móxque Ferdinandum, renuntiatum nuperrimè Imperatorem sequi est jussus, ad Comitia Imperij Augustæ habenda, in quibus, cūm luculenta Canisio Divinæ gloriæ & Provinciæ pariter sue amplificandæ aperta fuerit occasio, licitum mihi erit rerum gestarum ordinem aliquantò longinquiùs petere.
84. Mitterit ad Comitia Poloniz. Pont. Hene- rius, Masen. Biennium jam abierat, ex quo Carolus Quintus, attonito orbe universo, eximium illud, atque à multis sæculis inauditum factum edidit, quo Romanum Imperium, quod annis triginta septem gloriofissimè gesserat, eadem die, qua ante annos sexaginta sex natus, Bononiæ dein anno ætatis vigesimino nono à Clemente Septimo Imperator coronatus fuit, Divo nimirum Mathiæ sacra, sponte, publico in Procerum Confessu, Bruxellis, Belgii urbe, à se abdicavit, ea duntaxat mente, ut post diu quæsitam regnoruna sibi commissorum incolumitatem, sed dubio semper eventu, melius deinceps suæ unius saluti in tuto collocandæ vacaret. Non ignoro, quosdam, vel invidos fuisse vel etiam improbos, atque inde sollicitos, ne tanta rerum terrenarum abjectio in exemplum iret, aut in Religionis Orthodoxæ gloriam traheretur, tam præclara eximiæ virtutis dogmata speciminaque dantis. Unde multum de facinoris tam heroici fama conati sint deterere. Philippi, qui Caroli filius in Regno Hispaniarum Successor fuit, effatum circumferunt, quo, cūm admonitus à Cardinali Granvilliano fuissest, anniversarium diem esse, quo Carolus purpuram posuissest, respondenter, & eundem diem esse, quo positæ illum purpuræ poenituerit: quis strada, suus. autem credat, haec à Sapientissimo, ut Philippus erat, Principe dicta esse, quæ sciret, non nisi in Patris ignominiam cessura? velut is alter Maximianus foret, quem pariter abjecti præcipite consilio Diadematis, poenitentia subiissest, ita, ut reviviscentem ambitionem exitio dein sua tandem lueret. Ex quis haud ambigat, an non majori jactantia gentis suæ, quām veritate scripserint aliqui, Carolum, invicti semper inter adversos, qui sèpè obvenerant, casus, animi heroem, tædio, ac pudore accepti dedecoris in eremi latebras se abdidisse, quòd à Merarum obsidione re infecta discedere coactus fuerit, veluti tam imprudens foret, ut non agnosceret, majori se probro expositum iri, si inter tot viatorias triumphantem una clades ad tam ignavam imbecillitatem dejecisset, oblivionemque induxisset generosi illius, non minùs, quām Christi.
85. Cum Cæsare pergit ad Comitia Augu- stana. Majenius, Surius &c. Biennium jam abierat, ex quo Carolus Quintus, attonito orbe universo, eximium illud, atque à multis sæculis inauditum factum edidit, quo Romanum Imperium, quod annis triginta septem gloriofissimè gesserat, eadem die, qua ante annos sexaginta sex natus, Bononiæ dein anno ætatis vigesimino nono à Clemente Septimo Imperator coronatus fuit, Divo nimirum Mathiæ sacra, sponte, publico in Procerum Confessu, Bruxellis, Belgii urbe, à se abdicavit, ea duntaxat mente, ut post diu quæsitam regnoruna sibi commissorum incolumitatem, sed dubio semper eventu, melius deinceps suæ unius saluti in tuto collocandæ vacaret. Non ignoro, quosdam, vel invidos fuisse vel etiam improbos, atque inde sollicitos, ne tanta rerum terrenarum abjectio in exemplum iret, aut in Religionis Orthodoxæ gloriam traheretur, tam præclara eximiæ virtutis dogmata speciminaque dantis. Unde multum de facinoris tam heroici fama conati sint deterere. Philippi, qui Caroli filius in Regno Hispaniarum Successor fuit, effatum circumferunt, quo, cūm admonitus à Cardinali Granvilliano fuissest, anniversarium diem esse, quo Carolus purpuram posuissest, respondenter, & eundem diem esse, quo positæ illum purpuræ poenituerit: quis strada, suus. autem credat, haec à Sapientissimo, ut Philippus erat, Principe dicta esse, quæ sciret, non nisi in Patris ignominiam cessura? velut is alter Maximianus foret, quem pariter abjecti præcipite consilio Diadematis, poenitentia subiissest, ita, ut reviviscentem ambitionem exitio dein sua tandem lueret. Ex quis haud ambigat, an non majori jactantia gentis suæ, quām veritate scripserint aliqui, Carolum, invicti semper inter adversos, qui sèpè obvenerant, casus, animi heroem, tædio, ac pudore accepti dedecoris in eremi latebras se abdidisse, quòd à Merarum obsidione re infecta discedere coactus fuerit, veluti tam imprudens foret, ut non agnosceret, majori se probro expositum iri, si inter tot viatorias triumphantem una clades ad tam ignavam imbecillitatem dejecisset, oblivionemque induxisset generosi illius, non minùs, quām Christi.
86. Digratio ad defensionem Caroli V. Imperio se abdicantis. Biennium jam abierat, ex quo Carolus Quintus, attonito orbe universo, eximium illud, atque à multis sæculis inauditum factum edidit, quo Romanum Imperium, quod annis triginta septem gloriofissimè gesserat, eadem die, qua ante annos sexaginta sex natus, Bononiæ dein anno ætatis vigesimino nono à Clemente Septimo Imperator coronatus fuit, Divo nimirum Mathiæ sacra, sponte, publico in Procerum Confessu, Bruxellis, Belgii urbe, à se abdicavit, ea duntaxat mente, ut post diu quæsitam regnoruna sibi commissorum incolumitatem, sed dubio semper eventu, melius deinceps suæ unius saluti in tuto collocandæ vacaret. Non ignoro, quosdam, vel invidos fuisse vel etiam improbos, atque inde sollicitos, ne tanta rerum terrenarum abjectio in exemplum iret, aut in Religionis Orthodoxæ gloriam traheretur, tam præclara eximiæ virtutis dogmata speciminaque dantis. Unde multum de facinoris tam heroici fama conati sint deterere. Philippi, qui Caroli filius in Regno Hispaniarum Successor fuit, effatum circumferunt, quo, cūm admonitus à Cardinali Granvilliano fuissest, anniversarium diem esse, quo Carolus purpuram posuissest, respondenter, & eundem diem esse, quo positæ illum purpuræ poenituerit: quis strada, suus. autem credat, haec à Sapientissimo, ut Philippus erat, Principe dicta esse, quæ sciret, non nisi in Patris ignominiam cessura? velut is alter Maximianus foret, quem pariter abjecti præcipite consilio Diadematis, poenitentia subiissest, ita, ut reviviscentem ambitionem exitio dein sua tandem lueret. Ex quis haud ambigat, an non majori jactantia gentis suæ, quām veritate scripserint aliqui, Carolum, invicti semper inter adversos, qui sèpè obvenerant, casus, animi heroem, tædio, ac pudore accepti dedecoris in eremi latebras se abdidisse, quòd à Merarum obsidione re infecta discedere coactus fuerit, veluti tam imprudens foret, ut non agnosceret, majori se probro expositum iri, si inter tot viatorias triumphantem una clades ad tam ignavam imbecillitatem dejecisset, oblivionemque induxisset generosi illius, non minùs, quām Christi.
87. Philippo Regi diictum de Carolo falso affingitur. Strada, suus. Biennium jam abierat, ex quo Carolus Quintus, attonito orbe universo, eximium illud, atque à multis sæculis inauditum factum edidit, quo Romanum Imperium, quod annis triginta septem gloriofissimè gesserat, eadem die, qua ante annos sexaginta sex natus, Bononiæ dein anno ætatis vigesimino nono à Clemente Septimo Imperator coronatus fuit, Divo nimirum Mathiæ sacra, sponte, publico in Procerum Confessu, Bruxellis, Belgii urbe, à se abdicavit, ea duntaxat mente, ut post diu quæsitam regnoruna sibi commissorum incolumitatem, sed dubio semper eventu, melius deinceps suæ unius saluti in tuto collocandæ vacaret. Non ignoro, quosdam, vel invidos fuisse vel etiam improbos, atque inde sollicitos, ne tanta rerum terrenarum abjectio in exemplum iret, aut in Religionis Orthodoxæ gloriam traheretur, tam præclara eximiæ virtutis dogmata speciminaque dantis. Unde multum de facinoris tam heroici fama conati sint deterere. Philippi, qui Caroli filius in Regno Hispaniarum Successor fuit, effatum circumferunt, quo, cūm admonitus à Cardinali Granvilliano fuissest, anniversarium diem esse, quo Carolus purpuram posuissest, respondenter, & eundem diem esse, quo positæ illum purpuræ poenituerit: quis strada, suus. autem credat, haec à Sapientissimo, ut Philippus erat, Principe dicta esse, quæ sciret, non nisi in Patris ignominiam cessura? velut is alter Maximianus foret, quem pariter abjecti præcipite consilio Diadematis, poenitentia subiissest, ita, ut reviviscentem ambitionem exitio dein sua tandem lueret. Ex quis haud ambigat, an non majori jactantia gentis suæ, quām veritate scripserint aliqui, Carolum, invicti semper inter adversos, qui sèpè obvenerant, casus, animi heroem, tædio, ac pudore accepti dedecoris in eremi latebras se abdidisse, quòd à Merarum obsidione re infecta discedere coactus fuerit, veluti tam imprudens foret, ut non agnosceret, majori se probro expositum iri, si inter tot viatorias triumphantem una clades ad tam ignavam imbecillitatem dejecisset, oblivionemque induxisset generosi illius, non minùs, quām Christi.
88. Neutiquam credibile abdicationem fidam ex pudore ignoraminæ ad Metas accepta. Biennium jam abierat, ex quo Carolus Quintus, attonito orbe universo, eximium illud, atque à multis sæculis inauditum factum edidit, quo Romanum Imperium, quod annis triginta septem gloriofissimè gesserat, eadem die, qua ante annos sexaginta sex natus, Bononiæ dein anno ætatis vigesimino nono à Clemente Septimo Imperator coronatus fuit, Divo nimirum Mathiæ sacra, sponte, publico in Procerum Confessu, Bruxellis, Belgii urbe, à se abdicavit, ea duntaxat mente, ut post diu quæsitam regnoruna sibi commissorum incolumitatem, sed dubio semper eventu, melius deinceps suæ unius saluti in tuto collocandæ vacaret. Non ignoro, quosdam, vel invidos fuisse vel etiam improbos, atque inde sollicitos, ne tanta rerum terrenarum abjectio in exemplum iret, aut in Religionis Orthodoxæ gloriam traheretur, tam præclara eximiæ virtutis dogmata speciminaque dantis. Unde multum de facinoris tam heroici fama conati sint deterere. Philippi, qui Caroli filius in Regno Hispaniarum Successor fuit, effatum circumferunt, quo, cūm admonitus à Cardinali Granvilliano fuissest, anniversarium diem esse, quo Carolus purpuram posuissest, respondenter, & eundem diem esse, quo positæ illum purpuræ poenituerit: quis strada, suus. autem credat, haec à Sapientissimo, ut Philippus erat, Principe dicta esse, quæ sciret, non nisi in Patris ignominiam cessura? velut is alter Maximianus foret, quem pariter abjecti præcipite consilio Diadematis, poenitentia subiissest, ita, ut reviviscentem ambitionem exitio dein sua tandem lueret. Ex quis haud ambigat, an non majori jactantia gentis suæ, quām veritate scripserint aliqui, Carolum, invicti semper inter adversos, qui sèpè obvenerant, casus, animi heroem, tædio, ac pudore accepti dedecoris in eremi latebras se abdidisse, quòd à Merarum obsidione re infecta discedere coactus fuerit, veluti tam imprudens foret, ut non agnosceret, majori se probro expositum iri, si inter tot viatorias triumphantem una clades ad tam ignavam imbecillitatem dejecisset, oblivionemque induxisset generosi illius, non minùs, quām Christi.

Christiani, pronuntiati sui: homo sum, humani à me nihil alienum puto. At magis adhuc temerarij fuere, qui, intima cordium, soli Deo cognita scrutati, nihil aliud affectasse illum muginati sunt, quam estimationem famamque posteritatis decantaturæ semper, tunc enimvero ad summum gloriæ apicem concendisse Carolum, cum ultrò descendit è solo, vidensque, plus ultra nihil esse, quod vinceret, de se ipso triumphavit. Et gloria sanè consecuta est Imperatorem maxima, laudatioque, ab illis præsertim, qui nōrunt, ad quæ ausa, sancta & insitata, impellantur ii, qui Christianæ Philosophiæ penitus sese imbuendos tradunt. At, re ipsa mundanæ duntaxat gloriolæ summo inhiâsse Carolum, nunquam credet, qui meminerit, dicere perquam crebrò solitum, alium quam priscis belli, populique Ducibus, Christiano Principi scopum debere esse propositum: illis gloriæ solius curam fuisse, huic ita honorem curandum, ut prior animæ æternum salvandæ cura habeatur. Hunc ei maximè cordi fuisse testatur, cum postrema in coetu Bruxellensi allocutio, tum reliquus vitæ tenor. Nam, et si non semper immunis fuerit culparum, quas in juventute ac viduitatis statu, fragilitatis propriæ vitio & Aulicorum, peccandi illecebras, ut aliqui solent, objectantum, improbitate contraxit, eas tamen castigatione severa & flagellis, quæ multum cruentata reliquit, expiare studuit. De cætero multa eximiam ejus pietatem probant; erga Superos religiosus, ternas minimum quotidianie horas precibus extendebat, quin, ut verborum parcus erat, fuere, qui plus Carolum cum Deo loqui, quam hominibus dicerent, magnam DEI Matrem quotidie vel Bucero hæretico, ut ut improbante, testante tamen, ex Coronæ Marianæ formula salutabat. Misere sacrificio semel tantum, in expeditione nimirum secunda Africana, vi tempestatum impeditus, haud affuit. Ut sileam de præparatione ad mortem sanè diuturnâ avi sui Maximiliani Primi exemplo per quinque annos, antequam defungeretur, capylum mortualem secum ubique deferre solitus est, coram quo tandem sepulchrales exequias vivus, spectatorque celebrari sibi voluit, ut iū memorant, qui pluribus sanctissimum ejus obitum describunt: ut adeò mirum sit, adnisos fuisse tamen aliquos persuadere posteris, Imperij abdicatione vanitatem duntaxat & insanias falsas Carolo metam fuisse, ut hanc saltē Metarum loco obtineret. Nempe ita sunt animales quidam homines, ut non modò ipsi haud sapient, capiantque, quæ sunt spiritus, sed nec induci queant, ut ab aliis id fieri posse credant. Et enī multas hujusmodi noctuas vel dum hæc scribo, esse, intelligimus ex eo, quod nonnulli hodierno Caroli, in iisdem Hispaniæ Regnis abdicandis, Imitatori, probrosissimas vel imbelliæ, vel simulationis, ac fraudulentæ, aut imprudentæ saltē larvas aspiciant, quales si quis ad exprimenda vera aliorum, quos in soliis veneramus, flagitia usurparet, Majestatis illicè pacisque religiose graviter læsæ reus ageretur. Quamquam ulterius impudens nonnullorum convi- ciandi temeritas progressa fuerit, qui Imperatorem Carolum summè semper Catholicum, è terris abiisse commemorant, non alio tramite, quam, quem Lutherus præmonstrârit. Execrabilem hanc proterviam, cum alij, ut meretur, depeçant, silendum nobis putamus, atque id contrâ affirmandum, jam à victoria ad Albim contra Schmalkaldicos reportata, cogitâsse Carolum gratum DEO, cuius auspiciis venerit, viderit, vicerit, trophæum, sui ipsius victoriam, statuere, coronarum ultronea abjectione; id, quod octo antè annis Francisco Borgiæ, sub fide tamen silentij, indicârat, cum non intellexisset tantum, sed plurimum etiam approbabasset sanctum hujus viri decre- tum incundæ Societatis JESU, quod ex Imperatricis Eleonoræ, olim pulcher- rimæ, post mortem vero foedissime verminantis spectaculo conceperat. Ecclesia certè in Horis de Sancto Francisco Canonicis attestatur, non diffiteri locum Imperatorem, Borgiam ad paria audenda hortatorem sibi aut Ducem

89.
Multò mindus
ex vana aucti-
patione glo-
rie.

90.
Scrips.
Dictum. Ca-
roli de prima
cura salutis.

91.
Caroli culpas
expiandi stu-
dium.

92.
Exercitia
cultus Divini
per omnem
vitam.

93.
Quotidiana
recutatio Ro-
sarii, & au-
ditio Missæ.

94.
Præparatio
ad mortem.

95.
Unde de hac
abdicatione
malè sentiunt
soli homines
animales.

96.
Turpius alii
mentiuntur,
obisse Caro-
lum Luthe-
ranum.

97.
S. Franc.
Borg. octo
antè annis
confilium ab-
dicationis a-
peruerat Ca-
rolus.
Majenius.

98.

Hec grati animi causa erga Augustissimam Domum Austriae.

fuisse. Mihi interim facile condonatum iri sperem, quod pauca ex vindiciis, quas alii pro Carolo fuisse solidèque conscriperunt, compendio adducam, in contestationem nimirum grati animi, quem semper habebit Societas tam erga Carolum, qui primos statim Societatis, vix dum nascentis viros, Fabrum, Jajum, Canisium intra ipsam aulam suam fovit benignissime, quam erga totam Augustissimam Domum Austriae, Societati ab ejus primordiis faventissimam semper, & beneficentissimam, ac Ferdinandum præcipue, ad quem ipse nunc historiae contextus nos perducit.

99.

Serius, Caesaris. Cæsar Ferdinandus præter Canisium duos è Societate ad Augustana Comitia adducit, qui Canisiam dicuntur.

Tergiversati sunt diu Septemviri Imperatorem promulgare Ferdinandum, quod se inconsultis irritam Caroli abdicationem esse causarentur. Pontifex quoque reluctabatur, sed ipsa hujus morositas rem denique promovit. Promulgatus Francofurti vicesimo quarto Februarij Imperator, Comitia mox in annum sequentem Augustam indixit. Pessimè Lutheranos habuit, quod tres secum Cæsar Canisianos adduxerit, ita namque ex turpi primæ originis vel ignorantia, vel malitiosa dissimulatione Jesuitas, tum Augustæ præsentes, appellabant, Joannem Victoriam, Nicolaum Lanoyum, ipsumque Petrum Canisium, contra quos, cum aliter haud possent, calumniis, conviciis, lingua & calamo crudeliter debacchati sunt. Inter alios Jacobus Andre Gopinensis prædicans Fabri filius, atque hinc vulgari Schmidlini nomine magis notus, vulgato typis libro, mendaciis foedissimis Societatem proscidit. At en! salus ex inimicis! Stephanus Agricola Jacobi Symmista, ab ipso Melanchtone in summam novi Evangelij spem educatus, jamque permagni inter suos nominis lecto calumniatoris Socienni sui libro, moribus simul Canisi duorumque ejus Sodalium curiosè exploratis, cum præter eruditonem, alias etiam præclaras in iis virtutes deprehendisset, sapienter conclusit, nihil sani in Schmidlini, aliorumque dogmatis esse, quorum os & calamus meram rabiem & fel draconum despumaret, nullo veritati charitatique Christianæ relicto loco; itaque non satis habens ad Orthodoxos transisse lucubrationem quoque Vernacula lingua edidit, qua suas nuper oviulas ad salutaria pascua reduceret: quin Canisij suasu, ut Monasterij cuiusdam inquilinus admitteretur, exoravit; atque in eo probitatis ac Regularis vita, quamvis citra voti obligationem, laudatissimo cursu ad mortem usque perseveravit. Societati quoque convicatorum umbræ adeò nihil offecerunt, ut illustrarent etiam eas imagines, quas, de coetu nostro Imperij Principes gestabant in pedore. Quemadmodum enim vituperiorum atrocias cordatum quemque accedit, ut eorum, qui vituperantur, mores accuratiù consideret, ita haec ipsa consideratio efficit, ut, ubi contraria omnia luculenter apparent, potius inde amor tam injuste vapulantium enascatur, augeaturque. Quaterna certè Provincie nostræ Collegia his Comitiis exortum suum adscribunt, Augustanum primò ac Monacense, Oenipontantem deinde ac Dilinganum. Ad hæc molienda Canisij maxime exemplum valuit. Diuturnâ doctus experientiâ, Fidei morumque reformationem tunc processuram agnoscebat, cum ad hanc juventus à teneris annis educaretur. Vilo itaque, adolescentes Augustana in urbe perquam multos præstante ingenio ac indole, sed inopiâ coactos, à scholis & Sacerdotio, ad quod tamen adspirabant, vel invitatos arceri, quin aliquos etiam paupertatis impatentia, ab Lutheranis pellectos, qui victimum illis liberaliter spondebant, præbebantque, ad illorum Gymnasia, tum & scđtam, transire, nihil non egit, ut malo huic obicem poneret. Episcoporum, ditiorumque, tum nobilium, tum civium, ostia circumcursans tantum stipis corrogavit, ut ducenti propemodum scholastici pauperes per totam hyemem uno sub recto, mensaque communi alerentur, ritu ferè cœnobitico: adeò suis quæquam totius diei occupationibus, pie precandi, studendi literis, animum honestè relaxandi

Ex ipsis calumniis ita existimat Societas augeatur,

102.

ut quaterna petantur Collegia.

103.

Tempore Comitorum instituit Canisius Seminarium ducentorum adolescentium.

spæ-

spatiis partita dicabantur tempora. Secunda contubernij fama, versansque ante oculos fructus facile permovit viros Principes, ut lubenter aut caperent, aut acceptarent consilia, ad fundandas suis quique in Imperiis scholas, & Gymnasia, atque haec non aliis Magistris tradenda, quam à Societate, quæ tam certum suavemque educationis gustum præbebat.

Ante omnes Otho Cardinalis ad Collegium in ipsa urbe Augusta Dicēsis sua primariā locandum curas intendit, quamquam non ita prono evenitu, ut non Ferdinandus Cæsar Duxque Albertus iisdem consiliis opere exequendis Othonem præverterint. Juvabit forsitan, si qui longè & extra Germaniam positi, Historiam hanc lustrare dignabuntur, nōsse aliquid de urbium, in quibus hujus Provinciæ Collegia visuntur, origine, sitūque, & conditio-
ne. Huic non improbandæ cupiditat, ut nunc, sic & suis deinceps locis, ut ob-
secundare incipiam, de Augusta in præsens ea memorabo, quæ ad illuſtrā-
dam de rebus nostris illic gestis narrationem apta censebo. Est Augusta urbs
vetusissima in eo Sueviæ tracu, qui Vindelicia jam antiquitus æquè, ac hodie,
appellatur, clivo, infra quem Lycus, Vindaque (nunc Wertha) confluant, a-
moenissimo imposita, loco tam salubri, paucis agrisque circumiectis fertili, &
& munitionibus insuper idoneo, ut Augustus, postquam Privigni ejus Tiberius Drususque anno ante Christum natum duodecimo decretoria in campis Ly-
catis pugna prope urbem Rhætos ac Vindelicos debellarunt, Coloniam eodem
duci jussit, quam ad sui, & gentis superatæ memoriam, ac veluti peren-
ne trophyum, Augustam Vindelicorum nominavit, quidquid contrà Aventi-
nus eam ultra Lycum in Bojaria olim positam sit commentus, à Marco ramen Welsero libro primo historiæ Augustanae patenter contutatus. Celeberrimam
jam tunc fuisse multis Scriptorum testimoniis firmatur. Fidei Orthodoxæ lu-
cem, quod saltem ex historia constet, Lucius intulit, Britanniæ Rex, Curien-
sis dein Episcopus & Martyr sub annum salutis centesimum nonagesimum, ut
post longam disquisitionem inter alios recentissimè Michaël Alfordus è Socie-
tate nostra confirmat. Cùm subinde Diocletiani adversus Christianos perfecu-
tio serveret, Diva Afra cum multis aliis Martyrio coronata urbem nobilita-
vit, corpore, quod inter flamas integrum mansit, Augustanis reliquo, eā
in Ædicula, quæ postmodum in magnificam sanè Basilicam, cum adjeclio ce-
leberrimo Sancti Benedicti monasterio exsurexit. Succesiæ tempora, qui-
bus & urbs Attilæ Hunnorum Regis furore devastata, & Religio vel ad veteres
superstitiones, vel ad novam Arianorum heresim prolapsa est, cum omni fe-
rè Alemannia, donec utraque sub Francorum Christiano dominatu ante an-
nos ferè mille ac ducentos cœpit restituere: tum enim incolis ex Almango-
via rupibus ac sylvis, in quas temporum calamitate profugerant, ad patriam,
ex ruderibus denuò suscitandam, reversis, Antistites quoque sacrorum sunt redi-
ti, ne, qui supererant Catholici, jura sacra, nimis quam longè, ab A-
quilejensi usque Patriarcha cogerentur petere. Augescere sub clementi Fran-
cerum Imperio perrexit civitas, ut sub aonum octingentesimum splendere præ-
aliis Rhætiæ urbibus visa sit. Episcoporum pietate, civium opibus, commer-
ciorum frequentia, Cæsarum, Regumque hospitio, nobilium convenarum,
præter Patrios à Romanis usque oriundos, immigratione, adficiorū pulchri-
tudine ita eminuit, ut inter quaterna Liberarum Imperii Civitatum capita pri-
mum à multis retrò seculis fuerit constituta. Inter Episcopos publicis Divorum
honoribus coluntur quinque, ex his celeberrimus Udalricus, cuius precibus
perenne viget prodigium, quo ex universa Dioecesi Augustana glires, hor-
ridum genus murium, exulare jubentur: quin vel pulvis è Divi sepulchro
sublatus efficacissimum gliribus pellendis antidotum in longè distitas terras
expeditur. Centeni ferè, cultu, Titulique Sanctorum honorati numerantur, quos

MDLIX.

104.

Otho Trucha-
suis Augu-
stæ Collegi-
um ponere
cogitar.

Merianus.

Welserus
et c.

105.

Memoranda
de urbe Au-
gustana:

106.

Fidei lucem
& S. Lucio ac-
cipit.

Hist. Eccl.

Anglic.

107.

Martyrio s.,
Auctæ illustra-
tur.

108.

Io Ari: heres-
sim prolapsa
fit iterum
Catholica.Carol: Stege-
lius de rebus
Augst.

109.

Inter omnes
Liberas Im-
peri, atque
etiam inter
quatuor præ-
cipuas est pri-
ma.S. Udalrici
Ep. miracu-
lum perpe-
tuum.

110.

Episcopatus incolas olim habuit, aut eorum sepulchra habet. Intra sola pomœria sunt; Cathedralis Ecclesia, cum quadraginta Canonis, Collegiatæ, ut vocamus, ternæ, Cœnobia Religiosorum octo, Parthenones Virginum quinque, ut de Gymnasiis ac scholis, ædificiis tum civium splendidis, tum variis pauperum, peregrinorum, ægrotantium, Orphanorum receptui cum locuplete proventu destinatis, nihil memorem, ita, ut ad complendam omnigenam felicitatem de nulla re conqueri posses, nisi de commercii à duobus circiter seculis immunitione, ac de longè funestiori Religionis inter cives dissidio. Ex navigatione ad Indias, in qua paulatim Batavi mercatores invaluerent, decrescebat commercium, nam antè, uti Venetiæ in Italia, sic Germania Emporium longè celeberrimum Augusta fuerat. Discordiæ in fide pomum jecit Martinus Lutherus in Disputatione de Indulgentiis, cum Cardinali Cajetano Augustæ Anno supra millesimum quingentesimum decimo octavo habita. Gliscere paulatim exinde coepit Lutheranismus, postquam videlicet brevi Coenobitæ aliqui, quos Carolus Stengelius nominat, novos errores amplexi, eosdem quoque populo pro concione cœperunt instillare, quibus ita brevi maligna sementis latè pullulavit, ut tredecim primarij Senatores à Cæsare Carolo vocati, Oratore Joanne Rehlingio, urbis Syndico, coram protestati sint, haud se parituros edicto Cæsareo, quo Religioni antiquæ toto Imperio servandæ cavebatur, et si mandato huic Electores Imperij quinque, Principes Ecclesiastici ac Laici quinquaginta tres, Abbates viginti duo, triginta duo Imperij Comites, triginta novem civitates Liberæ tunc subscriptissent. Res tandem è delapsa est, ut, post erecta Catholicis, fœdèque vastata templa omnia, Clerus universus ac Coenobitæ in exilium abire compulsi fuerint, Prædicantibus interea variis dogmata sua pro libitu venditantibus, quos inter Schyvenckfeldius novæ hæresis, quæ ab ipso nomen traxit, fabricator, tum famosiores ceteris Bucerus, Blarenus, Cellarius, Musculus, & Bernardinus Ochinus, qui ad mercatores Italos, quorum ingens tunc numerus mercimonij causâ Augustæ erat, Italicè errores suos Saracenicos (nam quod polygamiam doceret, Geneva nuper à Calvinò ejactus fuerat) pro concione despuit, quanquam sint, qui eum tandem ante mortem resipuisse, & poenitentem obiisse affirment. Ne verò tota Dicecisi prava lue inficeretur, egregie contrà ivit Joannes Hofmeisterus, Ordinis Divi Augustini Vicarius per Germaniam Generalis, non secùs, ac ejusdem Ordinis Alumnus Joannes Canzelerus Mindlhemio oriundus, ne sub initia Lutheranismi Augusta inficeretur, jam olim ante complures annos torrenti obnixus fuerat. Tenuit Sacrorum proscriptio annos omnino undecim, intra quos Canonici Augustani Dilingam primum, tum Landspergam, Aicham, Weilheimum, Bojariæ oppida, hostium metu identidem migrare compulsi, demum, & ipsi, & sacri omnes ritus, ac homines in pristinas sedes redierunt; postquam nimurum à Victore ad Albim Carolo Augustani, qui Schmalkaldico foederi adhæserant, dedere sese coacti fuerunt, ac præterea centum quinquaginta milia aureorum, ac duodecim tormenta majora in multam, quadragena item florenorum millia Duci Alberto præter inducta veterum debitorum nomina, plura adhuc Ferdinando Regi, Othoni Antistiti, Madruzio Cardinali Tridentino, universè supra centum florenorum millia dependere jussi sunt. Invenerant centum antè & octoginta annis, per seditionem, regiminis formam Democraticam urbi pernicioſissimam, quam tribuni plebis homines ferè de plebe administraverant: hanc etiam abolere, & Optimatibus potissimum ac Patriis cedere fuerunt compulsi: qui gubernandæ urbis status, et si bello Mauritanio nonnihil immutatus postliminio tamen restitutus, ad præsens usque etiam perduravit. Stetisset quoque Religio, si decretis Cæsareis robur manisset, queis omnes Imperij Ordines Concilii universalis præstolari, amplecti-

I I I.
Lutheranismi
in urbe ini-
tia.

Derebus
Aug.

I I 2.
Et progressus

I I 3.
Clerus ejici-
tur.

Doveriss
Ann. Capit.

I I 4.
Duo PP. Au-
gustiniani
obscurantia-
ris.

I I 5.
Clerus & la-
ci restituun-
tar.

I I 6.
Nova Reli-
gionis detri-
tuenda

que jubebantur Canones, praecones ex adverso Lutherani Augusti, Memminga, aliisque Sueviae urbibus emigrare. Sed haec tam salubriter coepit revertit repentinum bellum, quo Mauritius Saxon & Albertus Brandenburgicus, juncto cum Galliarum Rege, ut Germaniae scilicet libertatem vindicarent, armorum foedere Carolum ad conditiones adegerunt Religioni Orthodoxae inquisimas, quae eod iterum deducta est, ut sub haec, de quibus supra memorare exorsi sumus, Ferdinandi ad Imperium ecclesi Comitia, vix decima pars Augustae Catholica esset. Ingemuit tantæ stragi Otho Episcopus, cui sublevanda dum remedia exquirit, inter prima Societas nostra, cuius jam intimè sibi perspectæ erat amantissimus, occurrit, rato, si hujus Collegium Augustæ poneatur, magnum simul firmandæ Religioni præsidium, prolatandæ auxilium possumus iri. Et en! cogitata inchoandi, & prima saltē locandi fundamenta occasio paulo post sece obtulit. Fuerat in Cathedrali Basilica sacer Orator, cui nuper dixeramus, à Canisio Doctoris Theologici insignia Angli poli fuisse collata, Joannes Faber Hailbrunnensis, è Divi Dominici Familia, facundissimus sanè; paris simul pietatis, doctrinæ ac zeli pro fide Catholica, quam utramque vulgatis etiam libris orbi comprobavit, sed unus tantum, qui populum è suggestu recta edoceret, cum duodeni interim clamatores ex aliis cathedralis plebem in adversa propellerent. Joanni itaque, postquam is ad præmia æterna evocatus est, sufficere Otho Canisium statuit, non absque jucunda animadversione, quod uni ex iis viris, qui à vigilantia salvandi contra lupos Christiani gregis sece vocari Domini Canes gloriantur, successor destinatur, quem velut convicium facturi, Canem vocitabant heretici, Canisium videlicet: quam tamen contumeliam in laudem ipse, ac solertiùs excubandum stimulum acceptabat. Probavit consilium Cæsar, quām fidei ac pietatis pristinæ, tam Petri studiosissimus, probarunt Canonici, impulsu maximè Christophori Freibergii, in Eisenberg, qui Collegii tum Cathedralis Canonicus, postea ejusdem Decanus, ac demum Princeps Præpositus Elvacensis fuit. Dat literas ad Lainium Otho, dant communi omnium nomine Canonici nono Maij, gravissimisque adductis rationibus exponunt, quantum pro Divina gloria sperari possit, si in Cathedralam suam Canisium nanciserentur. Obstat enim poterat, quod Petrus Provincialis adhuc officio fungeretur, ex quo necessitas incumbebar obcundi, inspiciendique Collegia multum inter se diffisa, sed Lainius, praterquam, quod esset operarios in messem animarum, quacunque patesceret aditus, immittendi pervigil, sat prævidebat, non longè post tot statutum iri nostrorum domicilia, ut, quæ una erat, facile in duas provincias dividi posset, itaque haud gravare in postulata concensit, voluitque, ut novum munus concionandi Petrus cum pristino regendæ Provinciæ conjungeret. Decimo igitur quarto Junij, anno illius seculi undesextagesimo, assignatâ ad habitationem domo, ad victura censu, sumptuque in socium Jacobo Seklero Sacerdote nostro, Petrus Canisius Orationibus simul ad populum, simul stabilendo olim Augustæ Collegio felix, Deo auspice, fecit initium.

Felicius adhuc eodem anno res cessere Monachij, ubi Societas, Alberti Ducis beneficio, non principia tantum Domiciki, sed perfectam pene Collegii fundationem adire simul ac possidere coepit. Verum quoniam monumenta ipsa, quæ referunt, quid Albertum inter & Lainium literis, ac voce Canisii coram, de hoc negotio actum sit, testantur, Albertum ad evocandam Monachium Societatem permotum fuisse commodis, non quæ ex aliis terris narratione audisset, sed, quæ ipse ex Nostrorum laboribus in Academia urbique Ingolstadiensi intra triennii non integri decursum enata velut oculis cerneret, series rerum postulat, ut gradum ad Collegium Monacense,

per Anglipolitanum promoveamus. Fluebant hic omnia cursu, non tantum pacatiore quam nuper, verum etiam magis frugifero, postquam sub Aurumnum docendae Theologiae initium fecere Joannes Covillonius, ac Hermannus Thyræus; Theodorus quoque Peltanus, è sutoriā olim taberna felix in Latinitatis Gymnasium transfuga, etsi adhuc Theologiae studiosus, Vito Amerbachio Viro eruditissimo nuper defuncto in linguae Græcæ cathedra iussus est succedere. Philosophiā publicè tradendâ consultò adhuc abstinuimus, inferiores tamen pro adolescentia scholas inchoavimus, quin & disputationibus Philosophicis, saltem privatis, uti & Theologicis, quæ extra Academiam domi nostræ, tum quotidie per duas horas, tum quavis hebdomade semel pluribus quæstionibus proponebantur, præsidere nostros Albertus voluit, siquidem externi quoque interesse vellent: & voluerunt prolixè admodum, admissis non tantum iis, qui jussu Ducis adesse debebant, stipendiariis nimirum, verum quibuscumque aliis, quos in literario studio profectum juvabat querere: Ut quererent porrò avidius, plurimum profuerunt ejusdem Ducis literæ, quibus, cum primò mandasset, ut siqui Clerici, à sectariis proscripti, exturbatique Ingolstadium advenirent, benignè recepti, liberaliter alerentur, Theologiae insuper studiofis largè adpromisit, quotquot à profectu in moribus ac disciplinis commendarentur, fore, ut gratias Principis & beneficia non mediocria referant. Brevi patuit, quanto hinc scientiæ augmento, quamque celeri, Theologia refloresceret. Testimonio adsint Annales Academiæ ab Rotmaro & Engerdo anno millesimo supra quingentesimum octogesimo primo editi: in his tomis primi paginâ centesimâ nonâ cum præmisisset Engerdus, citra veterum Doctorum atque etiam ipsius Ekii Theologi longè doctissimi, & fortissimi Hectoris infamiam, affirmari posse, longè elegantiū politiusque nunc pœnè omnes tradi doceri que scientias, quam apud Majores nostros fieri sit solitum, ita pergit: „ hoc itidem sine jactantia dixerunt, nostram scholam nulli alteri Germaniæ Academiæ, quantum ad Theologos attinet, cedere, tum eorum ratione, qui olim docuerunt, tum etiam (absit invidia & adulatio dicto) ad huc docent. Sic, quos laudavi Annales. Ut porrò etiam Nostrates, quantum in hoc studio profecerint, documenta ederent, Hermannus Thyræus, qui Theologicus, uti & ante ipsum Covillonius, Decanus jam fuerat, disputationem primam publicam instituit, in qua ad argumenta Positionibus opposita Guilielmus noster Limburgius ut responderet, delectus fuit, voluitque ipse Cardinalis Augustanus, forte fortuna Viennam illac transiens, scholastico huic certamini interesse. In similem palæstram producitus fuit aliquoties, jam à Covillonio, jam à Thyræo Theodorus Peltanus primùm Baccalaureus Biblicus, dein Sententiarum, denique Licentiatus ex universa Theologia creandus: ita hic in Disputatione prævia insigniter stetit, ut Michael Wagnerus, ad Sancti Mauriti Parochus, Decanatu tum fungens hæc Actis Academicis de illo scripta inferuerit: „ egregiè se gessit, ita ut non solùm ab omnibus Licentiâ, sed multo honore majori dignus sit judicatus. Quatuor alii quoque eodem anno è Nostris, ut tunc ferebant tempora, Baccalaureatus accepere insignia, è quibus ante alios memorandus venit Petrus Sylvius Flander, qui, annis novendecim in Societate transactis, illustri omnium virtutum elogio decoratus Mogniæ dein obiit; laudem præcipuam ab obedientia tulit, diversissimis locis, scholis, officiis, honorificis æquè ac despectis, promptissimo animo exercita, ad quam, cum initio non nihil restitaret, Divinitus fere ac prodigiose immissò morbo commonitus fuerat. Huic adjungere æquum simul & oportunum videtur Lambertum Auerum, quem Sylvius moriens Rectorem habuit, Rottenburgi in Tyroli natum. Etsi namque is in Provinciæ nostræ Collegiis nunquam ferè habitarit, in ea tamen Ingolstadii, ut nuper ad annum seculi quinquagesimum primum dicebamus, à Petro Canisio ad Societatem adlectus est, Vienæ in

ne in Tyrocinio admiranda omnino vitæ spiritualis rudimenta posuit, ut subinde Domesticorum etiam judicio vir sanctus haberetur. Romam ad studia Philosophica & Theologica missus, arque ad defendendas in Comitiis Generalibus Positiones unà cum Benedicto Pererio designatus fuit; Viennam reversus, quæ didicit, magna cum eruditionis fama docuit, verùm post paulò ad Moguntini Collegii initia componenda missus, simul ad concionem dixit, simul primus Collegij Rector, cùm ingens fama universam Germaniam miserè vexaret, illustri charitatis exemplo multis mensibus centenos sàpè, sàpè dimidio plures fame aliàs perituros ex domestica penu, quantumvis angusta quotidie a-luit, expertus tamen est uberem Dei manum, quæ brevi, quidquid elargi-tus fuerat, cum sc̄enore redhibuit. Valebat insigni non minus eloquentiâ, quam doctrinâ. Habendis concionibus diversas in urbes, etiam Francofurtum, quò Principum Legati convenerant, sàpiùs evocatum, Joannes Com-mendonus, Pontificis ad Septentrionis oram Nuntius in Comitatum assum-pit, qua occasione haud infrequens cum sectariis disceptandi oportunitas fuit, quorum unus, Paulus Schalichius, magni inter suos nominis coniugium se fassus resipuit. Cùm perventum esset ad Electorem Brandenburgicum, is non semel Doctores Luthericos è vicina Academia accersivit, ut Auerum, veluti su-per mensam, debellarent: comparebant illi libris suffarcinati, & extempora-ni pugna, quam diu præmeditati fuerant, irruerant in advenam nil tale quidem opinantem, neutquam tamen imparatum, ita, ut Elector discedenti Legato confessus fuerit, Lamberti tum responsis tum argumentis haud leviter fau-ciatum sibi reliquum esse animum. Utinam penitus amico & salubri vulneri cor nudasset, emortua in eo fuisset erratio, & veræ Religionis revixisset duratura in posteros, ut confidimus, agnitio. Romæ tandem Lambertus in Congrega-tione, in qua creando Generali Præposito Everardo Mecuriano multum mo-menti addiderat, cum magna sanctitatis opinione diem supremum obiit. Ast neque Hermannum Thyræum Ingolstadiò abeuntem sine elogio, &, veluti testibus pro more literis, ex Academia fas est dimittere. Romæ, ubi futu-rus inter primos Collegii Germanici Alumnos jam erat, dilata illius funda-tione, à Sancto Ignatio in Societatem receptus fuit. Anglipoli, quò nuper missum vidimus, Theologiam triennio professus, Moguntiam ablegatur, ubi in templo cathedrali Orator, mox Collegii Rector, ac demum novæ Provin-ciæ Rhenanæ, quam Sanctus Franciscus Borgia peculiarem esse, atque ab In-feriore Germania separatam voluit, Præpositus, nonnulla reconditæ eruditio-nis, contra hæreles, plura extraordinariæ virtutis monumenta edidit, humilita-tis præsertim ac obedientiæ, tanto magis suscipienda, quanto amplius No-stris, -exterisque æstimatus fuit ob insignia naturæ ingenique specimina, ut & ob gesta officia, quibus tamen ut le abdicare liceret, demum exoravit. Thyræo Româ Anglipolim successor missus est Alphonsus Pilanus, natus in Hispania, ante Societatem initam artis jam Medicæ Licentiatus, qui septimo Religionis anno creatus Theologiæ Doctor tanta ingenij laude floruit, ut om-nes in sui admirationem raperet. Acutissimus Disputator simul & Scriptor Ba-ronius Annalium Ecclesiasticorum tomo sexto in appendice nihil dubitat vi-num appellare doctissimum. Eisengreinius, in catalogo Testium veritatis ca-pite decimo quinto, Alphonsum esse scribit, moribus & doctrinâ insignem, omni literaturâ ætate sua nobilissimum, Philosophum & Oratorem celebrem. Atque his fulcimentis erecta denuò Anglipoli stabar Theologia; non item Ar-tistica, cuius languorem privata exercitia, quod publica frigerent, satè depel-lere non valebant. Quare Albertus Dux conspecto, quantum intra biennii spatiū Societatis operâ effectum fuisset in Theologicis, concedere ultrà no-luit modestiæ nostræ, ac offendarum timori, quo Philosophicâ hactenus Ca-thedra abstinendum putabamus. Misso itaque novo decreto sanxit, ut præter

128.
Hermannai
Thyri Ele-
gium.

129.
Huic Ingol-
stadii succe-
dit Alphon-
sus Pilanus.

130.
Hermes
Halbpaup in-
cipit docere
Philoso-
phiam
ex.

extraneos, etiam nostrorum saltem unus Aristotelem Academicis explicaret. Traditumque fuit munus hoc Hermeti Halbpaur viro juveni quidem sed eximiè docto, Româ huc missò, quem alio nomine etiam Vinghemium appellari monumenta nostra asserunt. At nempe, ut Instituto nostro satisfacemus, quo doctrinæ curam ita jubemur habere, ut pro seminandæ pietatis maiorem geramus, varios Divini cultûs augendi modos laboresque suscepimus. Continuatæ, quas in templo Divi Sebastiani ad populum frequenter Hermannus habere coepérat, conciones Germanicæ, Latinæ in templo sancti Georgij. Introducta piorum librorum crebra lectio, habitæ in vicinis extra urbem pagis ad rusticam plebem, catecheses, incitati scholastici æquè, ac cives, ad frequentanda Divina Mysteria, revocata denique universaliter syncera Religionis forma ac stabilitas, admittente, stimulosque & exempla subministrante Collegij Rectore Nicolao Lanojo, qui, cum Thomæ Lentulo, valetudinis causâ locum mutare coacto, substitutus fuisset, eundem zelum Anglipolim attulit, quem Viennensis antea Collegii Rector exercuerat in juvandis omni ope, qui ex Hungariae infelici bello, rerum omnium egentes, & saucii redierant, militibus; quin & pestiferis, inter quos cum ceteris Sociis imperterrita charitate versatus, non raro sola eos manum impositione perfanavit.

I 32.
Nicolai La-
noji Rectoria
virtus.

I 33.
Alberto Du-
ci pertenti de-
nud Socios
assuit Lain-
ius Genera-
lis.

I 34.
Collegio Mo-
nacensi pro-
missos à D^{CO}
favors Cani-
sius Divinitus
intelligit.

Pra.

I 35.
Memorabilia.
de urbe Mo-
naciensi.
Topographia
Bavarica.
Braun &c.

I 36.
Situs urbis.

I 37.
Templo, Pa-
latia, incola-
rum multitu-
de.

Enimvero Albertus Boicæ Dux, ubi spem, qua ad fundandum Anglipoli Collegium incitatus fuerat, non impleri tantum, sed etiam superari consperxit, ultrà differendum haud ratus, quod anno superiore per Canisium Romæ cum novo Generali coram tractari jussérat, Socios in ipsam Bavariæ Metropolim Principumque sedem Monachium inducere maturavit, adlaborantibus perquam studiosè, quos aliquoties jam laudavimus, Hundio, Simone Ekio, Schvikerio, primis Consiliariis, qui cum adventuris cuncta de loco victuque providissent, firmassentque, Princeps iteratò sua postulata per literas quarto Julii scriptas ardentiissimè Lainio exponit, contestatus feriò, permettere se diutius haud posse, ut tanta animorum commoda, quanta Ingolstadiensibus quotidiano incremento accedere videat, urbi, in qua ipsus habitaret, denegarentur; addidit, quam parata omnia ad habitandum inventuri essent novi hospites, quamque uberem simul messem, suo & civium maximo solatio, sperare certò possent. Lainius id, quod ipse optabat, lubentissimè admisit, nominatōque futuri Collegii Rectore Lanojo in mandatis Canisio dedit, quotquot posset, quam maturimè Monachium mitteret. Tanto jucundius fuit Petro imperata exequi, quanto liquidiore animi gaudio Divinitus paulò antè edocetus fuerat, domicilio Monacensi favores è cœlo parari uberes, & Benedictionem locupletem. Quod utique hic neutiquam reticendum erat, ut habent semper, quotquot stationem hanc tenebunt, stimulum promerendi favorum, qui promissi nobis sunt, perennitatem, & argumentum simul fiduciae, haud noctitum, quidquid Orcus impugnationis adversæ suo suorumque perverso studio moliatur, modò partibus erga Deum nostris haud desimus; sic enim fore, ut maledictio adversaque omnia illis potius timenda sint, qui Divinam benedictionem irrito sanè conatu nobis eruptum eunt. De Monachio porrò dicturi vix iis, qui nunc intuentur, fidem faciemus, ex parvis adeò initiis in tantam magnitudinem excreuisse. Villa fuit ad Isaram fluvium sita, ad coenobium Scheftlariense pertinens, cum adhuc Sancti Benedicti Religiosis (nam hodie Canonici Norbertini tenent) habitaretur. Emptum hoc prædium ante annos sexcentos ac plures Henricus Leo Bojariæ Dux ampliare coepit, adjecūisque ædificiis, & collectis incolis in urbis non magnæ formam extulit. Ludovicus Quartus Imperator altero tanto auxit, Maximilianus demum Alberti Nepos fossis, vallis, propugnaculis muniit. Lata cis Isaram planities, quin & trans fluvium, ubi per acclivem collem ascenderis, perquam amoenus pagorum, arcium, hortorum, nemorum circumiectus est; Schleishemium præsertim ac Nym-

pho.

phoburgum regali munificentia se efferunt. Urbs ipsa ambitu, palatiis, ædificiis, tripli Principum, qui sedem hic stabilem habent, regiæ spectabilis, quarum una intra, extrâque Germaniam meritò celeberrima est. Ingens nobilitas, varia dicasteria, Ordines Provinciæ, populus copiosissimus, tribubus nonaginta distinctus: Collegiata Ecclesia cum suo Præposito, Decano, Canonicis, Cœnobia Religiosorum, dum hæc scribo, Virorum novena, octona Virginum, præter complura templæ: unde conjicias, quanta Divinorum officiorum frequentia, & multigena Religionis sint exercitia, quæ incolæ magno semper ac cursu, celebrant, ad pietatis universæ culturam accipiendam sponte ac suopte genio propensi, & flexibles. A Divo Ruperto Bojorum Apostolo Patriam solenni olim ritu Divinæ Matris Clientelæ commendatam, honorique consecratam fuisse memores, præcipua hanc veneratione prosequuntur Sodalitibus, aris, templis, quorum princeps à Sigismundo Duce, cultûs Mariæ subditis instillandi avidissimo ante annos ducentos quinquaginta octo ædificari cœptum est, augustâ sanè & admirandâ magnificentiâ. Gesserat ille Princeps unâ cum fratre Joanne triennio, solus biennio, tum rarâ modestiâ, & in suis Majoribus nunquam viso exemplo, regimine sese abdicans, quidquid usuariæ pecuniæ à fratre Alberto Quarto, seu Sapiente, cui solio cesserat, recipiebat, in pauperes partim, partim in Marianam, de qua loquimur, Ædem expendit, in qua etiam primus è Bavariæ Ducibus tumulatus fuit. Secutis temporibus Elector Maximilianus, ut exempla hæc, per manus Progenitorum tradita, imitaretur, atque etiam Nepotibus imitanda relinqueret (id quod luculenter faciunt) suo erga Deiparam amori egregiè lavit. Nam & aram in eodem templo, Virginis in coelum assumptæ prægrandi, & artificiosissimè picta effigie ornatam, statuit, & in foro amphissimo supra columnam è marmore ejusdem Magnæ Matris magnam statuam, metallo fusam auróque obduictam, parem quoque supra fores regiæ suæ, quam plusquam regia majestate ædificatam admiramus, collocavit, denique monetam auream argenteamque omnem, quam cuudebat, ejusdem Divæ formâ à malleatoribus insigniri jussit, eo consilio, ut tum subditi sui, tum & hæretici, Boicæ monetræ, quam admodum probam curaverat, avidissimi, ad sanctissimæ Matris memoriam cultumque frequenti imaginis aspectu pellicherentur, evidenti operæ pretio, præmiisque; nam quindenæ minimum Deiparæ Virginis Thavmaturgæ imagines per diversa urbis ac suburbiorum templæ expositæ, magno pro acciendis beneficiis supplicantium pro acceptis grates exfolventium concursu celebrantur, quas inter cœlestes gratias primo æstimanda loco venit Religionis integritas, ob quam fortiter custoditam, variisque exercitiis assidue excultam gloriose jam olim adagio ferebatur, Monachium esse Domicilium Sanctitatis, & Germaniæ Romam. Magnum hoc; at non mirum, patriam Romanæ urbi esse consimilem, ubi Patriæ Patres Catholici Principes sunt fidelissimi Romanæ Sedis Filii.

Dies erat anno millesimo quingentesimo undesexagesimo Novembribus vi gesimus primus, Virgini Matri in templo Præsentatæ facer, quo, Duce auspice que Matre optima, octo Nostrates à Canisio Augustam evocati, indè Monachium tenuerunt ea mente, ut ipsi quoque in urbe hac supremo sese Numini ad amplificandam gloriam, Principi ad obsequia, civibus ad animorum tutelam multimodis officiis suscipiendam amantissimo animo sisterent, ac dedicarent. Ex his quatuor duntaxat fuere Sacerdotes, Nicolaus Lanojus, designatus Collegij Rector, Theodorus Peltanus Ingolstadio, Dominicus Menginus Viennâ acciti, futuri literarum Professores & Martinus Stevartius Ecclesiastes. Excepti amantissimè, introduci fuere in Cœnobium Eremitarum Di vi Augustini, quod cum per amplum quidem, à paucis tamen ob temporum calamitatem habitaretur, Ordinis Commissarius Generalis benevolè prorsus

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec II.

H postu-

138.
Ædes B. V.
à Duce Sig-
mundo ex-
structa.

139.
Maximiliani
Electoris a-
mor in B. V.

140.
Monachium
Roma Ger-
maniae.

141.
Nostrumona-
chium veni-
unt die B. V.
inttemplo
Præsentatæ
facer.

142.

Habitatio &
scholz in co-
nobio P.P.
Augustinio-
rum.

MDLX.

Scholarum
principium
solenne Mo-
nachii.

144.

Discipuli ini-
tio trecenti.

145.

Venient no-
vae Sociorum
suffpetiz.

146.

Rector Col-
legii Theo-
doricus Ca-
nisius.

147.

Ejus vocatio
ad Societa-
tem.

148.

Romæ à S.
Ignatio susci-
pitur.


149.

Professionem
emittit in
manibus fra-
teris.

postulanti Principi concessit , ut in eo quamprimum posterior horti pars ædi-
ficio à Nostris incolendo pararetur : Templo uti datum est cum pristinis indi-
genis communi , altareque assignatum , in quo sacra peragere & Divina My-
steria populo dispensare mox cœpimus : orsi quoque sumus catecheticam do-
ctrinam explicare in Aede Sancto Nicolao sacra , quam nunc , longè venu-
stius exstructam , Patres de Monte Carmelo unà cum novo Monasterio te-
nent. Pro scholis , quòd Gymnasia Latinitatis in urbe non essent , cubicula
quædam intra Monasterii septum accommodata. Sed postquam anno sequen-
te sub vernum jejunium quatuor saltem classes separata in area fuerunt constru-
ctæ , visum est novum publicumque Gymnasium non sine pompa ac solenni-
tate initiare. Statuto die convenere Principes Parens , Filius , Alberti Ma-
ter & conjunx , Satrapæ , Cives , ingens populus. Peractâ magnificè re Divi-
na prodiit in suggestum Stevartius noster , & , qua plurima pollebat facundia,
quid Societati in erudienda bonis literis juventute potissimum spectaretur , Ger-
manica oratione exposuit , quâ finitâ Latinus Orator , itidem è Nostris , Al-
berti in condendo Gymnasio mentem , eruditionis futura decora atque eti-
am commoda explicavit. Successore adolescentes scholastici , quorum hi La-
tina , illi Græca carmina scitè composita recitârunt , denique Drama non in-
venustum in scenam datum est. Res ad id temporis Monacensibus , non vi-
su , non auditu percepta , tantam novi Magisterii cupiditatem injectit , ut ,
quòd discipulorum numerus ad trecentos jam pervenisset , novas adjicere scho-
las , novos Professores exposcere permotus fuerit Albertus. Literas ad Præ-
positum Generalem dedit vigesimo septimo Junij , quas apud Florimundum
Ræmondum libro quinto de ortu & progressu hærecon est legere. Prædicat
in his utilissimos Sociorum labores , quibus , cùm adeò paucos non esse pa-
res agnoscat , plures petit , eisque sustentandis larga omnia pollicetur. Missi
fuere tot , ut sub Autumnum ejusdem anni septemdecim , altero viginti & u-
nus justum Collegii numerum explerent. In urbe ac templo omnem civibus ,
quam poterant , adhibebant spiritualem opem ; Festis Dominicisque diebus
populo , feriâ per quamvis hebdomadema quartâ & sextâ , Principibus , Auli-
cisque habenda erat Concio. Germanis , Italis , Gallis Belgisque , sua quibus-
que lingua confitentibus dabant aures , præeunte domi forisque hortatibus
& exemplis Collegii Rector , qui Lanoji ad Ingolstadiensis Domicilii fâces
reversi vestigia insigniter tenebat , aut præveniebat etiam. Theodoricus Ca-
nisius is fuit , Petri ex Genitore , sed altera conjuge frater , quod solum qui
dixerit , tantum illi sanctimoniaz præjudicium fecerit , ut facile conjectu sit , fre-
quentiorem ejus in monumentis nostris mentionem reddituram esse. Annos
natus viginti duos , ex humana páriter ac Divina Scientia Doctoris gradum jam
consecutus , id tamen nesciebat , quam potissimum vivendi semitam pòst in-
festeret. Angebatur , fluctuabat , & miris æstuabat motibus , donec tandem sta-
tueret sequi , quâ frater anteceaserat. Ad hunc itaque profecus consilium a-
perit , quod usquedum Petrus quoque probaret certius , duris illum variisque
experimentis tentat , at ne sic quidem mætu vacuus , ne caro & sanguis quid-
piam revelaret sibi , ad Ignatium Romam mittit Candidatum , ubi magna cum
lubentia receptus , emenso integrè tyrocinio Viennam missus , Theologiaz
ob insignem eruditionem docendæ primum , dein , ob data solidæ virtutis ex-
perimenta Monacensi Collegio gubernando est admotus , oportuna admo-
dum occasione , ut , cùm quatuor Vota solennia profiteri jussus foret , eadem
in Petri frattis sui manus emitteret , qui Augustæ , ut ajebamus , in vicinia
tum degebat , quanto utriusque solatio , quanta Divinæ Providentiæ adoratione ,
quis satis memoret ? Novercam Petrus hæreditatis Theodorico parandæ causâ
summè adversam sibi , litesque molestas carentem expertus fuerat , nunc ipse
Theodoricus filius relictis omnibus , quæ mater paratum iverat , in hol-
cau-

cautum totus & quidem à matris privigno, cui noverca solummodo in veri filii gratiam infensa fuerat, supremo Numini dedicatus est. Reversus Monachium Theodoricus miras habuit simûlque suaves industrias, quibus & Domesticos ad eximiam perfectionem proverheret, & animorum in urbe totâque vicinia defensioni prospiceret. Inter prima, quæ suscepserat, domicilium erat, pauperum adolescentiorum sustentationi erigendum, in quo literis ac pietate erudirentur. Jámque secundo cursu, ac multorum liberalitate procedebat pius opus, cùm sæva pestis intervenit, quæ magnas in Bavaria & propinqua Suevia strages edidit. Nostri, qui Sacerdotes non erant, Augustam partim, partim in Monasterium quoddam extra urbem commigrârunt. Clausis scholis, eò amplius templa nostra, ciuîmque domus patuerunt; illa, ut luem precibus & Confessione præventuri, hæ, ut lue jam infectis omni, qua possemus, ope subveniremus. Dei bonitas fuit, ut inter tot pericula, vigilias, circumcursationes promiscuas, Sociorum nullus occumberet, quin, ut pestilentia quoque brevi desineret. Ast, ne fervor quoque pietatis inter Mortuum discrimina vehementer accensus, languesceret, nova occasione præcautum fuit. Post gubernatam tumultuosos inter fluctus Ecclesiæ navim Paulus Quartus Pontifex Maximus ad æternæ tandem quietis portum appulerat, Societati nostræ maximopere favens, licet aliqua in Instituto immutata vellet, quæ tamen mox in ordinem pristinum reducta fuerunt. Post quadrimestre & amplius spatum, Tiarâ tandem Pontificia Joanni Angelo Medicæo imposta fuit, qui, auspicato nomine Pius Quartus, primas curas Concilio Tridentino, quod bellici tumultus interruperant, rursus instaurando addixit. Hujus ut optatos progressus Numen indulgeret, Jubilæi Indulgentias etiam pro Cisalpinis populis lucrandas proposuit, quarum ut se participes redderent Monacenses, magnus ad aram nostram sacraque tribunalia fuit concursus, magnus item errores suos in Religione dedoceri, dubiâque enucleari cupientium.

FINIS DECADIS SECUNDÆ.



150.
Seminarium
Studioforum
excitatæ mo-
litur.

151.
Sed pestis in-
tervenit No-
stris tamea
innoxia.

152.
Extincta pa-
ste Jubilæa
indicitur

153.
A Pio Quar-
to novo Pon-
tifice
Giaccon. Pub-
l. 160.

**HISTORIÆ PROVINCIAE
GERMANIAE SVPERIORIS
SOCIETATIS IESU
DECAS TERTIA.
SYNOPSIS.**

In Decade tertia videbimus divisionem Provincie in duas, & divisionis causas. n. 1. Albertus Boicæ Dux Societatis operâ uiceur, male uolorum contra Religionem & Societatem motiones suppressit. n. 4. Ingolstadiensi Collegio attribuuntur schola inferiores. n. 19. Magni in Academia viri Baumgartnerus, Staphylus, Eissengreinius. n. 21. Oenipontani Collegii origo, Tyrolis brevis descriptio. n. 36. Canisius misero Religionis in urbe Augustana statui subvenit. n. 49. Fuggerorum Auguste nobilitas, opulentia, pietas erga Deum, affectio erga Societatem. n. 53. Preserium Antonij, cuius nurus Sybilla Ebersteinia prodigiosa fit Catholicæ, uti & Ursula Liechtensteinia Georgij Fuggeri conjux. n. 59. Antonij morte fundatio Collegij sufflaminatur. n. 71. Canisii libera cum Casare agendi ratio pro euenda Authoritate Pontificia. n. 78. Georgius Illsungus Canisium ad lustrandam Sueviam evocat. n. 84. Dilingani Collegii initia. n. 91. Augustæ creatas Socius molestias componit Canisius. n. 107. Missio in Bavariam inferiorem. n. 116. Ferdinandi Cæsar's mors intempestiva. n. 123. Academie Dilinganae Societati solenniter traditur. n. 126. Thome Barbyschij elogium. n. 132. Sunz, qui obstant, ne gubernatio Academia Dilinganae Societati in perpetuum eradatur. n. 134. Joan. Jacobus Rabus fit Catholicus n. 146. uti & Swicardus Helfensteinius cum Maria Hohenzollerana conjugi. n. 147. Monachii judicialis ienteentia in calumniam aduersus Societatem promulgatur. n. 150. Canisii labores in Comitiis Augustanis. n. 154. Canisio in Cathedra Augustana succedit Gregorius Roseffius. n. 163. Calamitosi Provinciae evenens. n. 170. Udalrici Helfensteinii redditus ad Catholicos. n. 176. S. Stanislais Koska Dilingam advenens. n. 181. Novum pro Collegio locum à Fuggeris conquisatum cur non acceperat Societas. n. 182. Literæ Maximiliani Cæsar's pro Collegio Augustano. n. 183. Energumena liberatur Augustæ. n. 187. Paulus Hoffaus Vice-Provincialis. Canisii Elvacum excursio. n. 190. Alberti Ducis zelus pro Religione. Hagensis Comitatus redutio ad Ecclesiam. Academie Ingolstadiensis celebritas. n. 195. Professio Fidei inducta in Academiam. n. 200. Qua solenniter peracta Gaspar Francus ad conversionem Comitatus Hagensis, de quo supra, abit. n. 201. Missio in Bavariam inferiorem ierata. n. 202. Antonii Clecelii Apostasia, redditus ad Fidem, quin reciporeetur in Societatem. n. 205. Collegii Hallensis exordia. n. 208. Bonaventura Paradinas primus Monachii Magister Novisiorum. n. 219. Fuggerorum pro Augustano Collegio ingens solicitude, sed minus felix. n. 220. Bernhusie ex Gynaeaco Fuggeriano Energumena prodigiosa liberatio. 221. Gregorius Roseffius Dilinge creator Theologie Doctor, Jacobus Poncanus Philosophie. n. 231. Monachii datur publicum specimen de Instituto Societas. n. 233.

Postequam in prima hujus Historiae Decade Societatem JESU in terras Germanias Superioris evocatam, in secunda viris & Collegiis iusta auctoritate vidimus, ut peculiariis inde Provincia constitui potuerit, tempestivè omnino accidit, ut nunc in tertia Decade visuri simus eousque excreuisse tum Sociorum multitudinem, tum illorum domicilia, ut post biennium in duas Germania Superior Provincias, quantum quidem ad Societatem attinet, separari oportuerit, quin tamen neutri desit multa de suis peculiariter gestis scribendi materia. Cæterum causas dum indago, quibus permoti Principes ac Republicæ per se quens decennium, quin deinceps quoque, tanta contentione æ studio Collegia Familiæ nostræ tum erecta firmârint, tum alia exerent, & plura erigi petierint, aliam haud invenio, nisi magnarum utilitatum Bonò publico accessionem, quam, uti jam factam esse experti fuerant, ita porrò futuram non ambigebant. Et verò tales sunt hi animorum in commune fructus, ut nequaquam penitus eos silentio prætereundos putem, satis gnarus, Historiae Scriptori potiorem debere esse veritatis curam, quam merum offensæ ex jactantia, cuius si fortè aliena suspicio me reum agat, propria fidelitatis, quam Lectori præsto, conscientia facile absolvet. Quamquàm non omnia, quæ in singulis Collegiis gesta fuerunt, minutatim persequi consilium sit: quæ usitata sunt, & quotidiana, hic protinus, quasi uno pennæ ductu, sub oculos ponam, ea maximè ex causa, ne, si eadem semper afferam, quod sanè in omni ferè pagina oporteret, Lectori fastidium creem, illa duntaxat ulteriori scriptio reservabo, quæ vel ex se notatu digniora, vel certè ad Historiae cohærentiam prædictandam necessaria videbuntur: lubens tamen eorum sententiaz accedo, qui nunquam rerum magnitudini ex earundem frequentia quidpiam demi, quin potius, bonæ si sunt, plurimum addi judicant: haud secùs ac prudentes naturæ speculatoræ ejus beneficentiam non ex rariorum, sed edulium ad quotidiam alimoniam fructuum genitura metiri, & commendare assolent.

Ut ad rem veniamus, considerandum ante omnia propono, quemadmodum universè Societatis institutum ac finis est, non ad propriam tantum morum sanctimoniam perfectionemque contendere, sed alienæ etiam virtuti salutique procurandæ invigilare, ita peculiariter adlaborari, ut singuli, qui in coetu nostro degunt, ad hunc scopum collinecent. Ipsi adeò Fratres illi, quos Societas, ut cæteris, qui ad Sacerdotium destinati sunt, expeditior in promovendis Dei negotiis libertas maneat, rei œconomicæ curandæ addicit, peculiari Lege jubentur intra statûs sui limites, si quam occasionem nanciscantur, alios ad virtutis amorem, ac Divinorum præcipue Mysteriorum frequentationem incitare. Nuper dicebamus, quam iis, qui in literarum Magisterio versantur, commendatum, usitatumque sit primario labore ad pietatem præter literas juventuti instillandam conniti. Ut verò omni ætati, statuique consulatur, quid operæ non suscipitur, imò, quid non studiisè queritur? Bellum, quod Ignatius inter prima, quæ sibi gerenda proposuit, Hæresi perpetuum indixit, vicitribus JESU auspiciis Societas adhuc in nostra quoque Provincia strenuè continuat: annus non abit, quo non in singulis Collegiis, hic plures, ibi pauciores, semper tamen aliqui, ad Orthodoxæ Matris Ecclesiæ gremium reducuntur: hunc in finem, ut libos, qui ad flagitia dicunt, ita maximè, qui hæresim docent, ereptum, suppressumque imus, probos ex adverso, qui ad virtutem veræq; fidei agnitionem viam commonstrant, vel Hærescon fallacias confutant, aut perspè vulgamus ipsi, aut vulgatos ab aliis, à nobis in linguam nunc vernaculam, nunc latinam, prout expedire videtur, translatos, in publicum proferimus, è quibus etiam illi, qui in Religione jam vacillare coeperant, solidare firmius in veritatis calle vestigia docentur.

Fructuosior campus inter Catholicos aperitur tam proseminaldi pietatem, quam extirpandi vitia. Editis contrà libris, introductio Sacramentorum usu;

I.
In hac Decade videbis
Societatem in Germania
Superiore di-
visam in duas
Provincias.

2.
Causæ, cur
plura excita-
ta fuerint
Collegia.

hortamentis nunc publicis , nunc privatis , varia demum industria & labore obviām itur superstitionibus , & Magiae imposturis , obviām dissidiis inter conjuges , discordiis inter cives , opum injustè partarum detentioni , noxiis , si quæ se produnt , consuetudinibus , quarum loco piè aliquid in dies singulos meditandi , examinandæ conscientiæ , sanctarum precationum usurpatio plurimis passim in familiis propagatur . Multi providis consiliis ad deliberandum , statuendūmque de ordinando vitæ modo adjuvantur , multi exercitiis Sancti Ignatii recolligere erudiuntur spiritum , isque se exercendi modus ab nostro maximè Julio Priscianensi Theologiæ in Dilingana Academia Professore , quem Martinus Mezius , ex Divi Norberti Familia , in vita venerabilis Wilhelmi Rothensis ex eodem Ordine , Coriphæum & principem , fautorem Monasteriorum ac Religiosorum omnium parentem vocat , in pleraque Sueviæ Cœnobiorum inductus , non solum hodie adhuc viget , sed multò latius pro cuiusque Ordinis Instituto accommodatus diffunditur . Jam & illud luce palam est , quanta assiduitate ad ægrotos , corporis & animi ope levandos , ad moribundos in extrema lucta juvandos diu noctuque accurritur , insuper habitu gurgustiorum squalore , foeditate ulcerum , morborum , & ipsius pestiferæ luis contagio , quæ multas jam charitati victimas immolavit . Sed nec in carceribus captivos præterit hæc ipsa charitas , quin ad eos piis solatiis recreandos creberimè invisit , atque condemnatos vitâ , ad mortem piè obeundam usque ad suppliæ locum comitetur , animetque . Operam impendimus valetudinariis & Xenodochiis , operam orphanotrophiis , aliisque publicis misericordiis domiciliis , ut omnibus prosimus & singulis . Quodsi dies festi incident , tum enimverò , cum aliis quies , nobis præ alio tempore sancte laborandi onus advenit . Tunc enim conciones multis in locis non unæ , & catecheses habendaæ intra extrâque urbes : ut verè asseri queat , concionum frequentiam & Catæchismi traditionem uti , teste Ecclesia , ab Ignatio incrementum accepit , ita à Societate in hodierna usque tempora conservatam , novisque accessibus apæctam fuisse . Iisdem diebus pii Sodalium Coetus varias in classes Literaturum , civium , adulorum juvenum divisi , quin aliqui ex omni ætate , statu , sexuque promiscui in suas exedras vel templa colliguntur , sacrisque instruuntur exhortationibus , idque à prandio maximè , tum , ut horæ etiam pomeridianæ transfigantur . sanctiùs , tum præcipue , quod matutinum tempus omne iis impendimus , qui ad faciendam peccatorum Confessionem , sacrâmqne Synaxin celebrandam ad nos accedunt , numero tam vehementer aucto , ut , cum sub nostrum adventum in urbem Monacensem incolis jam tum frequentissimam ter mille duntaxat recenserentur eorum , qui integri anni spatio apud nos Divino se Epulo refecerunt , ultimis nunc , quibus hæc scribo , annis plures , quam centies septuagies mille numerentur . De excursionum in villas , pagosque fructu tum agemus , cum de Missionibus Apostolicis per diversas Provinciæ nostræ plagas haud ita pridem institutis , & collato Principum aliorumque ære ad earundem perpetuitatem fundatis dicendi tempus erit .

3.
Hæc dicuntur , non jactantissimæ causâ , sed ut landetur Deus , à quo habemus quidquid pro ejus gloria possumus .

Interim , dum collecta in unum memoravi , quæ in una hac Provincia , omnibusque omnino ejus domiciliis communia sunt , dumque plura memorare possem , neutquam eò accipi velim , ac si à solius Societatis hominibus talia , qualiacunque demum sint , perfici affirmem . Absit tam inepta & merito invidiosa gloriario . Novit Orbis universus , quantum Venerabilis Clericus , quantum singuli Religiosorum Ordines pro DEI gloria & animarum salute laborent , ac perferant . In hujus laboris , ac tolerantiae communionem si admitti se velle profiteatur Societas , quis ambitioni potius , quam sanctæ æmulationi , imitationique adscribat ? Quis Paulum unquam acculare est auctor jactantiz illa enarrantem Corinthiis , quæ pro Evangelio egit , tulitque ? Habuit ille causas cur id exponeret , non sancè leves , habet & Societas . Grata

Dei

DEI nos esse quod sumus , uti debemus , profitemur dum nostra memoramus. Ut vocationem suam perlequi Societas , ut juratam Deo & Ecclesiae fidem testari , ut demum recenseri queat inter operarios in agro Domini , suos & ipsa , quantilli etiam sint , manipulos representat : ne , si nihil ostendat , inutilis omnino , quin & perniciosa , ac digna undique exterminari videatur. Hæreticis id votum esse haud mirum. Vulpes insidiosa vel catellum odit , cuius latratu prodi possit. At , si Orthodoxo nonnemini eadem vota sint , cuperemus profectio , ut tanti odii scaturigo sola foret ignorantia ; nam si livor , male timendum infelibus , dum culpam consenserent , cuius veniam tum in hac , tum in altera vita aut nunquam aut non nisi difficultimè consecuturi essemus , ob inadvertiam scilicet Divinæ gratiæ , qua cœlestis Pater nos quoque ad falcem nostram Messoribus , quos in amplissimam messem immittit , non ignaviter sociandam destinat , tamque abundè diversis adjumentis roborat , ut , quantacunque facturi , aut facta , & ex vero quidem , dicturi essemus , semper tam cum metu ac rubore etiam illud dicere haberemus : & laborandi industriam , & laboris fructum longè infra subsidia esse , quæ provida potentis Dei benignitas ad uberrimas fruges colligendas largissimè suppeditat.

Et quidem ex iis , quæ Societati ad vocationis suæ consequendum finem Numinis Bonitas subministrat auxilia , inter prima numerare æquum est Principum ipsorum ac Magistratum pro bonis moribus vigilantiam & pietatem , qua & nos incitati promptissimam , si quæ expetunt , offerre , afferrè que studemus operam. Et expetere ac adhibere dignantur perquam sèpè. Intueri hoc licet in Alberto Bojorum Duce , à quo , ut narrationem ulterius pertexamus , ipsa Actorum annorumque persuadet series.

Princeps hic avidissimus totam suam Bavariam habendi , videndique Orthodoxam , non vigiliis , non hortatibus parcerat , rigore etiam , si lenia non sufficerent , ac severitate usus. Bibliothecam in aula instruxerat , plurimis refertam libris: eos à Nostris inspici diligenter jussit , & quotquot minus castigatam fidem morésve docerent , omnes auferri. Cantilenas , psalmosque Luthericos , qui passim plateas foraque personabant , publicato per eadem Magistratus urbici decreto prohiberi mandavit. Effecit , ut , quos Episcopi habarent Parœciarum Candidatos , aut Theodorico Canisio , aut Theodoro Peltano arbitris , vitæ doctrinæq; examen subirent , quod munus tamen tam diu dunt taxat admisere nostri , quamdiu temporum illorum necessitas , sanè maxima , videbatur exigere. Quin ab iis quoque omnibus , quos Politicis per totam Bojariam muniis præfecerat , jurisjurandi sacramentum de Catholica Fide retinenda exigit , cùmque urbis cuiusdam Senatores præstare id tergiversarentur , cunctos Monachium evocatos aliquamdiu in vinculis habuit. Duos illustri prosapia natos eandem ob causam , ædibus suis pulsos , etiam Monachio exesse jussit. Tertium nobilitate , opibus , atque haec tenus favore etiam & autoritate in Aula facile primum , quòd importuniū sacri Calicis usum iteratò postulans graviter de hæresi suspectum se reddidisset , ab officio simul & conspectu submovit. Terruit ea res , quotquot novitates se ostabantur , aliquos etiam , genere & facultatibus præpotentes , ad desperata adegit consilia : hi , ut sectam , cui nomen Operaneæ Coitionis , auderent proferre in publicum , ejusque liberam professionem , sibi saltem , suisque familiaribus extorquerent , armis agendum censuerunt ; in Saxoniam itaque conductores ablegant , ære instructos prægrandi , qui milites legant , velut Alberti nomine , re contra Albertum ipsum. Saxonæ Dux , miratus inconsulto se delegatus haberi ab extraneo Principe , gravibus literis cum Alberto expositulat ; is , ut par erat , commotus , reique veritatem ipse deprehensurus , citatis equis quamprimum in Saxoniam advolat , dati in vincula conquisitores , quam ob causam , & à quibus jussi fuissent armatos colligere , protinus fatentur. Al-

MDLXI.

4.
Alberti Du-
cis solertia
pro integrat-
tate libro-
rum.5.
Et Cleri ,
6.
Et Officiali-
um Politico-
rum , à qui-
bus exigit
Professionem
Fidei.7.
Eiusdem se-
veritas in
contumaces
in hæresi.
Adzreiter.8.
Quorum
moltiones
seditiones9.
Mira eccleri-
tate ac beni-
gnitate sup-
primit.

bertus pari velocitate Monachium reversus , factiosos properè accersit , convictos ad poenam trahit , sed planè mitem : contentus , rebellionis incendium in ortu suppressisse , culpam deprecantes , novoque fidelitatis Sacramento ad strictos jubet annulos duntaxat , quibus perduellionis tabulas signarant , è digitis detrahere , tum gemmas , gentilitiaz stirpis palâ mandat eximi , illisque cernentibus supra incudem contundi , admonitis per hoc , quām contra meritum ingenuæ nobilitatis decora gestassent . Clementiaz huic & alteram adjecit . Reorum hujus culpæ nomina prohibuit referri in tabulas , ac vulgari ab iis , quos præsentes esse necessum fuerat , gravissimè vetuit , quod ita sanctè tenuerunt , ut hodie vix memoria sceleris , nomina verò , haud facile ulli sint cognita : Ac certè hoc uno facto , si ullo alio , Magnanimi titulum , quo posteris celebratur , est consecutus , ut qui tam efficaciter absque armis & debellare superbos & parcere subiectus noverit . Minoris operæ negotium fuit , quod ex istis Alberti gestis in Societatem redundavit . Quidquid Princeps contra sectarios consilii operisque suscepserat , id ab Jesuitis profectum dictabant , idque nonnulli in materiam nobis obtrectandi trahebant , velut nimium in aula dominantibus , quæ voces cùm increbrescerent , Princeps , non jam dignitati suæ , ex cuius fastigio allatrantes catellos altè despiciebat , sed Nostris in publicum studiis prospiciens , accitum ad se Rectorem , gravi simul & amico serinone admonet , ne malignorum , qui de Societate spargerentur , sermonum iniustitate turbari nos sineremus , sibi uti compertum esset unicam nostrorum metam esse Divinæ gloriæ & Ecclesiæ incrementum , ita fixum , Societatis tutelam constanter retinere : nōsse se , quid sectarios malosque Catholicos urat , ac fodiat : quod Socii nimirum flagitia perfidiāque contra Deum ubique locorum persequi insistant ; at satis , inquit , satis intelligunt , si hujus vos persecutionis accusarent , nihil admodum apud me profecturos , ea enim magno Dei munere mihi mens , etiam prius , quām vos penitus cognoscerem , educatione exemplique Majorum semper fuit , estque etiamnum ,

I. O.
Ex hoc verè
Magnanimus,

I. I.
At in Socie-
tatem invidia

I. 2.
Contra quam
Albertus
Theodori-
cum Canifi-
um confir-
matus

I. 3.
Afferens sci-
re se , quid
falsò que-
rantur contra
Societatem
hærenici , vel
mali Catho-
lici ,

I. 4.
Possit in Poli-
ticam Chri-
stianam erro-
res irrepere ,

I. 5.
His obviare
illorum esse ,
tum errata hæc
prævertet , quis
corriget , quis
Nos admonebit ? Si
illi , me-
tu , pudore ,
terrenis incommodis
absterriti , aut
spebus commodisque
ducuntur.

I. 6.
Nec enim id
esse intrudere
in negotia
Politica .

flagitosos . Ad hoc cùm præsens vestrum ac indefessum mihi adesse studium conspicentur , accusationibus cuniculatim ductis , submoveare à latere meo nituntur : superbè actuosos vos esse criminantur , qui universa in Aulis urbisque vestro arbitrio institui velitis , involare in negotia politica , & si quos conatus vestris adversari cernatis , non quiescere , donec gratiâ Principum Aulâque ipsa , & officio exturbetis : sed nihil ista terreat , nec enim & me mōvent . Memini hanc querelam jam tunc fuisse , cùm Petrus Faber , & Claudius Jajus prô ! quām sancti & ad solam Dei gloriam intenti viri ! quām rerum omnium caducarum generosi contemptores in parentis mei Carolique Cæsaris Aulam fuerunt recepti . Vapulabitis hac calumnia etiam deinceps , quām diu officio vestro ritè fungemini . Politica , si ad ullum , ad me profectò pertinet , sed Politica nempe Christiana , ex cuius potissimum regulis populos gubernem ipius , & gubernationis administratos deligam . Quām facile autem evenire potest , ut in tam latè diffuso regimine errem ego , errent ministri : quis illorum esse , tum errata hæc prævertet , quis corriget , quis Nos admonebit ? Si illi , me tu , pudore , terrenis incommodis absterriti , aut spebus commodisque ducuntur id facere omittant , illi inquam , quos Principes hanc unam ob causam in usum adhibent , ut errores conscientiaz à Principum , ac Ministrorum officiis , & consequentem indè perniciem , quæ Republicæ impendet , toto nisu amoliantur ? Absit à me hallucinari , ut , cùm hoc facitis , involare vos putes in negotia politica , in quibus quām raro periculum abest , ne quid contra Religionis integratatem , justitiam , pietatem publicam decernatur , nisi cautela , attentio , atque etiam admonitio sit continua . Pergite vos , & si quid à subditis meis , Ministris , me ipso perperam fieri notaveritis , haud quiescite , donec

donec emendetur; non præstolamini, donec experamus officia vestra; nam si in Patriæ periculo quisque civis miles est, quanto magis ii, qui in quoslibet eventus ad militandum conducti sunt? Secus huius agitis, nec DEUS favore vos suo dignabitur, nec, ut hominum gratia potiamini, permittet. Dum interim, quidquid improbi invidique vel sua malitia contra Societatem molientur, vel aliena simplicitate abusi, alios etiam, ignorantes sapè & incautos contra vos incitabunt, cœlum tamen servos suos, quamdiu ad Instituti sui leges agent, prodigiosè tuebitur, atque ad illorum tutelam homines quoque benevolos excitabit. Ego certè, quemadmodum supremo Numini grates habeo, quod defendendi Sancti Ordinis vestri atque etiam amplificandi facultatem concessit, ita pariter ob perennia, quæ à vobis præstitum iri confido obsequia, perennem addico voluntatem: his magnopere confirmatum, plenūmque solatii dimisit Theodoricum, ac non ita longè post opere commonstravit, nihil se inaniter promisisse. Census eò usque auxit, ut jam, præter viginti Veteranos, tyrones octo commodè habitare in Collegio, aliisque posserat. Alberti quoque Mater Jacoba, è Principum Badensium domo, nostri solicita, referri ad se ocyùs jussit, si quis Sociorum morbo tentaretur, ut quamprimum Medicos & medicamenta prospiceret.

Non minore cura, & benevolentia Ingolstadiense Seminarium complexi sunt Principes. Nam & annui sunt aucti redditus, & Gymnasi tandem attributa possessio. Nimis videlicet, quām evidenter, experimenta fuerant data, quantum instruenda bonis literis, moribúsque juventute valeret Societas, ut jam nemo esset, qui de hoc dubitare vellet, possētve. Quapropter Albertus, multū gaudens, ea perspecta nunc esse universis, quæ ipse dudum prospexerat, extrarios quidem Latinitatis Magistros, qui antè adfuerant, pergere in officio sinit, prelo tamen decretum vulgat, quo, postquam indicavit, gratissimum sibi fore, si quāmplurimam juventutem ad combibendos cum doctrina bonos mores à parentibus mitti ad ludum cerneret, adjunxit, hunc in finem geminas à se scholas, Monachii unam, Ingolstadii alteram fuisse fundatas, præfectosque illis è Societate Magistros, quorum opera ita sc̄e hac tenus probāset, ut quemadmodum futura posthac esset omnibus maximo cum fructu utilis, ita ob eandem causam in præsens esse mereatur maximopere commendabilis.

Quantam superiores disciplinæ Athæneo huic celebritatem fecerint, urbes exteræ testabuntur. Datis literis Egenses in Bohemia Senatores Parochum, uti & Concionatorem, civibus submitti flagitârunt, Concionatorem Ratisbonenses quoque, sed viros Theologiæ scientiâ imbuitos, quod scirent, Theologos Ingolstadienses, & doctos admodum esse, & imprimis Catholicos æquè ac probos. Quin Zacharias Delphinus Pontificis ad Germaniæ Principes Legatus primo Junij Monachio Nuntium ablegat Ingolstadium cum Pij IV. Epistola, quā ex Academia duos ad Concilium Tridenti instauratum expedit, Theologiæ Doctorem unum, Juris Canonici alterum: Albertus, ut in Augustissimo illo mundi theatro, quod Tridenti pandebatur, eluceret, Nobilitatem Bojaricam doctrinâ etiam præstare, Augustinum, ex pervetusta & illustri Baumgartnerorum Familia Juris Pontificii longè scientissimum, atque etiam, ut Concilii Historia disertè affirmat, Doctorem, eò ablegat, unà cum Parre nostro joanne Covillonio; huic in Divina scientia explananda successor datus est Monachiò Theodorus Peltanus, cuius nomen ab eruditione indies magis inclarescebat. Accessere sub idem tempus duo illustrissima Academiæ Sydera, Fridericus Staphylus cum integra quinque liberorum & uxoris Familia, & Martinus Eisengreinius, ambo ex Lutheranis Catholicî, ambo Societati nostræ intimè addiciti, ut nefas mihi duxerim, si nullus in monumentis nostris eorum memoriarum locus daretur. Fridericus, etiamnum Juvenis, sci-

17.
Secùs nec Deum fore fau-torem, nec permisurum, ut saveant homines.

18.
Inter fonda- res se esse Al- bertus auto censu de monstrat Et Jacoba Al- berti mater.

19.
Ingolstadi- cibus Sociis in perpetuum attribuuntur scholæ etiam Pedagogii.

Rotmarus.
20.
Egrenses & Ra- tisbonenses petunt l'aro- chum & Con- cionatorem ex Academia Ingolstadi- eni.

21.
Ex Pontifice duos Theo- logos adCon- cilium Tri- dentinum.

22.
Mittetur Augustinus Baumgar- nerus ex illu- stri Familia Juris Canoni- ci Doctor, & noster Joan. Covillonius; huic succedit Theodorus Peltanus

23.
Veniunt Io- golstadium Fridericus Staphylus & Martinus Ei- singreinius ex Luthera- nis Catholicis. Rotmarus.

24.

Friderici Sta-
phyli laudes.

tiae cupidissimus, postquam Westphaliā egressus, Italiæ Galliæq; Academias lustrâisset, Wittenbergam infelici dogmatum curiositate se contulit, atque ibi cum Lutheru & Melanchtonē per integrā duo lustra familiariter egit, sed demum, quæ primō improvida curiositas obfuit, in salutem cessit. Dum Magistrorum, in quorum verba jurâisset, primos errores contra malefidos eorumdem discipulos, qui in diversis sectas abierant, defendendos suscipit, atque in id arma ex sanctorum Patrum libris conquirit, luculenter perspicit, quam malè Lutheru & Melanchton, æquè ac eorum Scholastici novi gladiatores à prima antiquorū Doctorum semita deviâssent, quam prescè ex adverso hodierni Ecclesiaz Orthodoxaz Theologi illorum vestigiis insisterent. Abominatus itaque hanc novam Africam, quæ tot monstra pareret, sese invicem dilaniantia, ad Catholicorum aciem benè ordinatam & concordibus pugnantem armis transivit. Novum pugilem & tantò contra sectarios certaturum validius, quantò interius gladiatorios illorum astus, artesque calleret, autoramento sibi initiatit Pontifex, & cùm Academiarum statuta vetent conjugio in nexos Divinarum literarum Doctores creari, Legis hujus veniam indulxit, negotiūmque dedit Salisburgensi Archi-Episcopo, ut solito, eoque rigido examine præmisso, Theologiaz ac Juris Canonici Doctorem inauguret Staphylum, quod etiam Augustæ, inspectantibus Comitiis, quantâ potuit, solennitate perfectum est. Cùm multi Principes Fridericū penès se habere cuperent, ipse Albertum præxulit, non tam liberali stipendio, quam Principis pietate tractus; nam is & sumptus præbuit abunde vulgandis typo frequentibus contra varias hæreses libris, & Ingolstadiensi ipsum Academiaz supremum Inspectorem præposuit, quo in munere talēm se, quoad vixit, nobis omnibus exhibuit, qualem ipius erga se Petrum Canisium, quicunque ei necessitudo intercessit, crebris litteris appellare consueverat, amicum nempe suum & fautorem, cuius utriusque tituli mensuram amplissima erga Societatem voluntate & studio mirificè explevit.

25.

Volens
defendere
Lutherum,
fit ipse Ca-
tholicus.

Consimilis Friderico Martinus Eisengreinius fuit; Stuggardiæ in Würtenbergia natus, Lutheri errores, quos puer obbiberat, Viennæ, cùm simul Jurisprudentiaz Studiosus, & jam ob præclaræ Eloquentiaz specimina publicus Oratoriæ Professor esset, palam ejuravit, mōque nil magis ardens, quam contribules suos, fratrésque & agnatos potissimum, ad parem agnoscendæ veritatis felicitatem perducere, jussa valere Jurisprudentiâ totum se ad Theologiaz atque etiam Sacerdotii professionem translulit. Canonicus mox Viennæ ad Sancti Stephani, & Ecclesiastes, famâ ius multum jam celebri à Duce Alberto invitatus Ingolstadium, atque, exortato Generi precibus Cæsare, impetratus fuit. Ubi protinus Rectoris Magnifici officio honoratus, edita typis de Fidei controversiis concione præludere cœpit multis aliis Voluminibus, tum in hac, tum alia materia posthac editis, formidatus plurimum adversariis, quos nullo patiebatur loco consistere.

26.

Pontificio
privilegio
creatus Do-
ctor

Animadverso, primam, de qua suprà meminimus, inquisitionem in mores, ac Fidem solius Cleri haud multum profuisse, perfecit apud Principem, ut universalis per omnes subditorum status, urbes & oppida lustratio fieret, & quotquot Orthodoxam Religionem profiteri nollent, divenditis bonis suis, Bavariâ juberentur excedere. Initium ab Academia factum, è qua ternis Professoribus indicta est migratio, tum aliis per omnem Provinciam absque ullo ad Nobilitatem opesque aut patrocinia respectu. Sic tota Bojaria repurgata ac in pristino Dei Principūmque cultu servata fuit. Magna hinc de Eisengreinio proborum omnium existimatio & amor, quem præterea conciliabat mascula corporis venustas, sincera & amabilis agendi ratio, in dicendo suavitas & efficacia. Expediendum Romæ fuerat negotium coram sancto Pontifice Pio V. de Ernesto Alberti Principis filio ad Frisingensem Episcopatum assumendo, qui dein Elector etiam Coloniensis fuit. Legationis obeundæ vices Martino im-

27.

Fit Ingolsta-
dienſis Aca-
demiaz Inspec-
tor: Socie-
tatis amicus.

28.

Martinus Ei-
sengreinius
Viennæ fit
Catholicus &
Sacerdos.
Romarus.

posit.

29.

Ingolstadii
Rector Ma-
gnificus li-
bros scribit
contra lecta-
rios.

30.

Imperat, ut
altera inqui-
sition & rigida
fiat in Aca-
tholicos.

31.

Tres hæreti-
cos Professo-
res Academia
exterminat.

32.

Romana Cu-
ria ejus elo-
quentiam ad-
miratur.

Rotmarus.

33.

Societatis a-
mantissimus.

34.

Latnius So-
cietatis Ge-
neralis venit
Ingolstadi-
um.

35.

Inde Mona-
chium, ac in
Tyrolim.

36.

Collegii Oe-
niponti in
Tyroli initia:
Tyroleos de-
scriptio.
Merianus.
Brandis.

37.

Tyrolis à se-
mel recepta
vera Religio-
ne nunquam
descivit.

38.

Oenipontum
urbs in Ty-
roli primaria.

39.

In qua Cesa-
ris Ferdinan-
di quinque
filiz

positæ, qui horam integrum in amplissimo Papæ & Cardinalium confessu tam piè, modestè, ac ornatè, tam graviter simul & prudenter peroravit, ut in admirationem rapti Itali deponerent opinionem, qua tantam in Germania Eloquentiam nasci haud posse autemabant. Ad Societatem quod attinet, amavit eam tenerrimè, hac potissimum adjutrice usus ad sanctas suas, vastasque molitiones, Patronus vicissim & ubique commendator. Per illum maximè ac Fridericum Staphylum his annis stetit, ut absque invidia & litibus Academici Patres concordi studio ac zelo juventæ moribus formandis, doctrinæ promovendæ sedulò invigilarent. Tempestivè accidit, ut ipse Societatis Praepositus Jacobus Lainius solarium ex tam felice rerum procursu coram haurire posset. Jussus fuerat à summo Pastore ex Gallia, in quam ad Poisacense Catholicos inter & Hugonottas colloquium missus erat, ad Tridentinam rursus Synodum proficisci. Iter ingressus, ad Rhenum, indè ad Danubium pervenit. Viso, Ingolstadii tam benè domi forsique rem geri, unum adhuc curæ addidit; ut videlicet Professorum quispiam hæresim adhuc clanculum proximans ocyùs submoveretur. Non minoris gaudii causas Monachii invenit, ubi à Principe magnis honoribus exceptus, quantum is Societatem amaret, quibuscque studiis amoretn hunc sub Theodorici Canisii piissimo ductu Socii consequerentur, oculis conspexit. Pergens indè in Tyrolim, ut ex itinere Collegii Oenipontani exorsus inspiceret, nostrum simul eò usque calamum ve- luti comitem perducit.

Est Tyrolis montana Regio perampla, Austriæ Principibus subjecta, Alpibus Germaniam inter ac Italiam mediis circumsepta, unde & Incolæ, qui Bavariæ propiores, Germanicæ, qui Venetæ ditioni, Italica utuntur lingua. Cæterum frequens populis, urbibus, oppidis, crebris distincta vallibus, lacubus, flaviis, quorum præcipui Oenus ac Athesis, ille Danubio receptus in Euxinum, hic in mare Adriaticum exoneratur. Athesina vallis amoenior, collésque præstanti vino turgidi, Oenana asperior, sed auri, argenti, salis & cupri fodinis, quantumvis sub horrida rupium præaltarum calvitie, longè utilior. Regnum vocari posse ob redditus indè Principibus suis obvenientes Cosmographi asserunt: sed major est gentis gloria, quod postquam semel à Sancto Cassiano Episcopo, ac Martyre, cuius cathedra ex Sabionensi castro nunc Brixinam translata est, Romanæ Ecclesiæ legibus vivete edocta fuit anno Christi trecentesimo sexagesimo, nunquam ab iis postea deflexerit, singulari vide- licet Dei beneficio, qui, uti Bavariæ Guilielmos, Constantes, & Albertos Magnanimos, ita Tyroli Carolos Catholicos, & Ferdinandos pios Religionis custodes providit, qui, ne Regio hæc minus contrâ hæreses vigilantiâ, quam contra hostes alpibus muniretur, strenuas adhibuere semper excubias. Provinciæ urbs primaria est Oenipons, sive Oenipontum, sic dictum à ponte, quo illuc Oenus jungitur, amplis auctum suburbii & variorum Procerum Palatiis nobilitatum, inter quæ ipsa Principum sedes Regiaque eminet: Religiofa octo numerat domicilia, templa longè plura, ex his Parochiale celebratur Thavmaturgâ Icone Dei Matris Auxiliatricis, argenteo altari inserta, estque ea Effigies archetypa illius, quæ ad hanc expicta Passavii in Superiore Austria magnis piorum concursibus colitur. In Franciscanorum templo visendi operis Mausoleum est, quod Ferdinandus Avo Maximiliano primo condidit, prægrandibus statuis metallo artificiosissimè fusis circumdataum. Habitabant illic eodem tempore, quo Collegium Monachii accepimus, ex undecim Ferdinandi Cæsaris filiabus quinæ, Magdalena, Margaretha, Helena, Joanna & Barbara, quæ sub pientissimæ educatricis Comitis Turrianæ cura ad omnem virtutem adoleverant. His, cum Societatis viri, Oeniponto in Italiam, rursumque indè in Germaniam transeuntes, ex crebro alloquo innotuissent, ita

- 40.** placuere, ut Patrem Imperatorem crebris literis rogarent, maturare vellet executionem consilii, quod ab aliquo jam annis de fundando Oeniponti Collegio cepisset, sic enim fore, ut & ipsæ oportunitatem nanciscerentur explendi decreti, quo deliberatum sibi esset à Societate deligere, qui à Confessionibus foret. Difficile non fuit sponte propensum impellere, itaque, licet opportunitates pro excitanda Academia, ut optabat tamen, in expedito non essent, quemadmodum & diu post haud fuere, Collegium saltem habere properans indicat Lainio, velle se, ut, veluti superiore anno conventum fuerat, operi manus admoveatur. Monitus de hoc à Lainio Canisius tanto lubentius jussa explet, quanto majore affectu Tyrolim, uti & Bavariam ob constantiam in Religione complexus esset, solitus ambas hasce Provincias tribubus Judæ, ac Benjamin comparare, quæ solæ Dominum non reliquissent. Carolum itaque Grimium, Augustam Viennâ evocatum, Oenipontem alegat necessariis, quæ in rem videbantur, mandatis instrucum. Inter quæ primum erat, ut donationem templi, quod Ferdinandus considerat, deprecaretur, tum, quod magnifica nimis structura, tum quod conditiones quædam adjunctæ essent, à Societatis Instituto dissentaneæ. Quare Aedes hæc unà cum Monasterio Religiosis è Divi Francisci Familia est relicta, nulla in nos redundantia offensa, sed præconio potius modestiæ: quām admirati Excelsi, ut appellatur, Regiminis Consiliarii, Christophorus maximè Kleklerus Cancellarius, & Sebastianus Zottus, aliam pro Societate sedem exquisierunt. Vetus quoddam Xenodochium, in quo duodeni senes alebantur, cum peramplo horto, quem Cæsar à Comite Liechtensteinio emerat, Collegio struendo assignatum est, incolis prioribus in locum à ruina tutiorem translatis. Sed en, dum solo æquantur ruinosæ domus, dum templi Collegiique area in eo, quem adhuc tenemus, loco, & interea habitationi domus conduxitia paratur, Grimio ipsi loculum mortualem parare oportuit. Nondum sat confirmatis ex morbo, quo Viennæ conflictatus fuerat, viribus, dum rebus Collegii componendis indefessâ curâ assiduus invigilat, redit morbus & lenta tæbe virum conficit. Misit Canisius Laurentium Hermanutium, qui ægrotanti morientique assisteret: extinctus est tertio nonas Decembris, expurgato priùs Generali Confessione animo, & ritè perceptis morientium Sacramentis, relinquens apud Nostros exactissimæ obedientiæ, apud omnes ingenui candoris & vitæ admodum religiosæ ingentem famam, ac plurimum favorable apud cives de Societate præjudicium. Quare demortui corpus perquam honorificè in communi urbis coemeterio sepelierunt. Remansit in statione Hermanutius, qui properè edocuit Canisium, esse unum aliquem corruptæ fidei, qui clandestinis artibus in cathedralm Parochialem erepere conetur. Misus quām celerrimè Ingolstadio, qui præverteret, Hermes Halbpaur, seu alio nomine Vinghemius, qui bonâ Cleri, ciuitumque gratiâ sub ferias Christi Natalitas concionari cœpit, magna mox approbatione, tamque durabili, ut pluribus annis permultum semper, pérque avidum tenuerit auditorem. Aderant secundo adventū nostri anno accommodatae jam scholæ aderant, qui in discipulos se tradere discuperent. Sed ob paucitatem Nostratum pro tanto locorum, in quæ petebamus, numero, mitti Professores non poterant ante mensem Junium. Venerunt tandem Româ aliqui, unà cum primo Collegii Rectori Valentino Boemo, cuius loco tamen Lainius, Nicolaum Lanoyum Ingolstadio accersitum præesse voluit. Ut adsuere Magistri, apertæ sunt scholæ luce Divo Joanni Baptista sacra, Provincialis Canisius presentibus quinque Reginis (sic enim vocabantur Cæsar's filiæ) & conferta nobilitate Sacrum maxima, qua potuit, solennitate celebravit, quo exacto Orationes dictæ sunt à Professoribus Latinè, aliaq; pompæ scholasticæ adhibita ornamenta. Acta hæc in templo novi Franciscanorum Monasterii, cum propria nobis sacra ædes nondum esset, cuius loco Margaretha ex Fer-

dinandi filiabus natu quinta ædiculam Divis quatuordecim Auxiliatoribus sacram , suis reparatam impensis , ornatamque , nostris ad Divina usibus donavit , cuius facelli vestigium , quod modo non extet , structura fecit templi Parochialis , magnificè nuper à fundamentis ædificati.

Dum sic in Bojaria ac Tyroli Principum beneficio prosperis initiosis Collegiorum progressus ducitur , vario apud Suevos nunc sistitur , nunc provehitur eventu. Et Augustæ quidem tam horridis fuerat deformata maculis Catholicae Religionis facies , ut terrorum incutere , spemque omnem emendationis cuivis alteri , qui Canisius non esset , posset eripere. Restituta erant Clero tempa , Cœnobitis Monasteria , sed paucis civium mens Fidesque sanior : in illis ipsis , qui se Romanæ Ecclesiæ addictos esse profitebantur , quantus teper fuerit , ex eo conjectes , quod diebus , qui universæ Ecclesiæ publico in Parasceve lucu , aut solenni per urbem sacrosanctæ Eucharistiae gestatu habentur sanctissimi , illo quidem , concioni de Servatoris morte , non plures quam quinquaginta , hoc verò non plures quam viginti Theophorizæ adessent : cogites jam , quæ reliquis Christi Divorumque festis diebus per annum raritas hominum in templis amplissimis apparuerit. Connubiales affinitates Lutheranorum cum Catholicis , horum cum illis , sine Religione contra jura Ecclesiastica initæ ; Catholica juventus cum summo rei Orthodoxæ detimento sectariis Magistris commissa , sublatæ præscriptorum jejuniorum leges , promiscuus carnium eius , promiscuae inter mercatores , quibus urbs abundabat , in negotiis usuræ , & iniquitates , ingens denique rerum Divinarum neglectus , aut ignorantia , ingens , quæ indè consurgit , morum licentia : Veram quantuscunque hic urbis equalor foret , ac illuvies , in Canisio tamen uti spem non dejecit , sic mentem actori potius urbis expurgandæ desiderio inflammavit. Progredi in Cathedram eadem pro concione , gravius tamen sonantiusque , pertrahabat , quæ fauiliarius privatis Colloquiis inserebat ; Conciones bipartitas habebat per frequentes , unas ad dedocendos errores fidei , alteras ad bonos mores edocendos , maximò ad utrasque auditorum concursu , prodigioso fructu. Cùm fidei controversias agitabat , in id potissimum incubuit , ut adversariis tellum eriperet , quod maximè vibrare assueverunt , provocationem videlicet ad Verbum Dei : notas ostendit , quibus discernere liceret , quibusnam demum à Deo concreditus sit genuinus Verbi Divini intellectus , quod omnes hæretici , quantumlibet sectis inter se diversi , pro dogmatum suorum ictu unico attollunt , quas discretionis notas , cùm in iis , quæ pro DEI Verbo præcones venditabant , Lutherani depræchendere haud possent , apud Orthodoxos verò fulgentissimas conspicerent , multi scilicet expedire se cassibus , in quos conjectu fuerant , atque in libertatem filiorum Dei rursum afferere coeperunt. Non minor efficacitas inerat iis concionibus , quibus in flagitia detonabat. Argumenta desumpit ex Meditationibus , quas Sancti Patris Nostri Exercitia prima Commentationum hebdomadæ assignant , de mortis memoria , judicij extremi horrore , inferorum suppliciis , quæ cùm aptè ad incutiendos metus exposuisset , mirum , quanta inter omnes morum consecuta sit mutatio. Ita ut ipse Petrus obstupeficens infinitas Deo grates ageret , qui voci hominis tantam virtutis Divinæ vocem adderet.

Cùm tam fructuosi labores Canisium ac Societatem de die in diem magis evulgarent , brevi evenit , ut Cardinalis Otho consilii de ponendo Augustæ Collegio non probatores modo , sed adjutores etiam nanciseretur. Est Augustæ gens Fuggerorum nobilissima , quæ , cùm Societatem vix dum in urbe illa notam perpetuo ac benicentissimo animo , ad hoc usque ævum , prosecuta fuerit , inciviles , ac male grati audiremus , nisi virorum , quorum universæ stirpi amabilis quidam , civilitatis genius , ac literarum & literato-

rum
53.
Fuggeri de
Collegio
fundando a-
gunt. De his
memorabilis.

Ædiculam
sacram Di-
vorum qua-
tuordecim
auxiliatorum
adornat nobis
Margaretha
Ferdinandi
filia.

49.
Religionis
miser status
Augustæ,

50.
Quem Cani-
sus restituere
agreditur du-
plici genere
concionum.

51.
Fructus con-
cionum de
controversia
fidei.

52.
Et de Refor-
matione mo-
rum.

54.

Immigratio
eorum in us-
bein,

55.

Incrementa
opulentiz &
nobilitatis-

56.

Orta ex libe-
ralitate in
Deum & pau-
peres,

57.

Intra ipsam
urbem pro
pauperibus
novam veluti
civitatem
struunt.Eorundem
intra & extra
Augustam
magnifica-
tia & pia li-
beralitas.

rum estimatio insidet, noster quoque calamus haud meminisset. Joannes Fuggerus anno seculi decimi quarti septuagesimo Augustam vicino ex pago immigrans, Senatoris Gattermanni filia in conjugem ducit, mercaturam, telle potissimum linea, exercuit, quam & posteri prosecuti sunt, Jacobus præser-tim Nepos, atque Pronepotes Raimundus & Antonius, qui ex negotiatione metallica, & mercimonio Indico tantas accumulârunt opes, ut coemptis quam plurimis per Sueviam Dynastiis à Carolo Quinto Cæfare Barones, Comités que Kirchbergæ ac Weissenhornæ creati, cum amplissimis privilegiis stirpem suam plurimum exaltârint, quæ & affinitates contraxit cum nobilissimis Germaniæ, Belgique familiis, & apud Cæsares gratiâ, authoritate, belli pacisque consiliis floruit clarissimè, ad ipsam usque Principum Imperij & Episcoporum celsitatem evecta. Tantam porrò tamque multiplicem felicitatem adepti sunt, non tam industria atque studio, et si magnum illud fuerit, quam Dei Optimi fidelitate, qui, uti pollicitus est, quidquid sibi suisque impenditur, centuplicatò consuevit rependere. Hic autem Augustam ignoret, neesse est, qui nesciat, quantum in templorum structuras, quantum in condenda intra extrâque urbem Monasteria clargiti sint Fuggeri. Quæ Augustæ Dominicanorum, Franciscanorum, Capucinorum, Societatis nostræ stant domicilia, ære potissimum stant Fuggeriano. Haud facile invenies in civitate, non dico ædem, sed ædiculam sacram, in qua Fuggerianæ pietatis monumentum non detur visere; ut nihil dicam de compluribus Xenodochiis, gerontodochiis, nosocomiis, quæ Fuggeri magnificè exercent, munificè dotârunt. Illud autem quam piè simul ac liberaliter inventum est? Fuit Gens hæc fidei Catholicæ cùm retinendæ, tum propagandæ studiosissima, uno unico excepto, qui tamen, ut videbimus, cælebs, sicque rei Catholicæ post huma largitate, contrâ quam destinârat, haud mediocriter profuit. Ad Lutherum interea propendere cœperant urbis incolæ; tum verò, ut quam celerimè malo, quantum posset remedium pararetur, Udalricus, Georgius, Jacobus, Germani fratres, Joannis, à quo familiam urbi invectam dicebamus, Nepotes, in suburbii Jacobæ peninsula novam veluti civitatem ædificant (ad eo intra annos non multos facultates increverant) suis instructam portis, & distinctam compitis, ex centum & sex domibus constantem; in quibus totidem diversæ familie comodè omnino habitarent. Qua mente id molimini suscepérint, Inscriptio docebit his verbis supra portam marmori incisis: *MDXIX. Udalricus, Georgius, Jacobus Fuggeri Augustani Germani Fratres quæ bono Republicæ se natos quam fortunam maximarum opum D.O.M. acceptam in primis referendam rati, ob pietatem & eximiam in exemplum largitatem edes C.VI. cum opere & cultu municipibus suis frugi sed pauperie laborantibus D.D.D. Quos verò municipes frugi esse existimârint, patet ex statuto, quo sanxerunt, ut ne unquam ullus intra septum hoc reciperetur, qui Catholicus non esset. Ut animis habitatorum provideretur melius, Marcus Georgii & Reginæ Imhofiæ nepos facillum adjectit cum Sacerdote, qui sacrum quotidie faciat, & noctu (siquidem receptus hujus portæ tum clauduntur) moribundis ultima Mysteria administret; Catæchesim verò ab uno è Societate explicari voluit, quod etiamnum fieri cernimus. Ita ut verè Fuggeriam, sic enim vulgo appellatur, Seminarium dixeris, ex quo, nisi urbs tota aut humana omnia Divinâque subvertantur, verræ Religionis cultores in omnia deinceps tempora Augustæ sint subnascituri, mansurique. Verum non intra solius Augustæ moenia concludi se passa est sancta Fuggerorum liberalitas. Uti in diversis Toparchiis, quarum aliquas hæreditate adepti sunt, plerasque ære suo comparârunt, magnificas arces, & iis, quæ à Fuggeris Augustæ nomen habent, palatiis, suppares ædificârunt, sic templa, & Kirchemij, ac Weldenæ Monasteria condiderunt in Suevia, atque tam in hac, quam in ipso Belgio Lovanii pro literarum Alum-*

Alumnis larga stipendia adesque fundarunt. Quibus addendum utique pro merito est, quod Antonius, quem suprad nominavimus, post coemptas vi-

ginti duas admodum locupletes satrapias, tum ex testamento Hieronymi fratris quadraginta florenorum millia, tum reliquum, quantum opus erat, ex proprio peculio expenderit, ut in vico Waltenhusano Xenodochium pro perquam multis Fuggerianæ Familiae subditis poneretur. Atque hic est Antonius, de quo, cum loqui modò oporteat, ex hac occasione de illustrissima Fuggerorum Familia mentionem fecimus, & portò etiam, grati animi causâ, perspecte faciemus. Fuerat Antonius semper Patriæ suæ amansissimus, itaque, cum post victoriam Caroli ad Albim Cæsar gravissima quæque in Augustanos, qui foederi Schmalkaldico adhaerant, decrevisset, Antonius Passavio, quod omnes Fuggeri, ut fidem Deo, Imperio, Domui Austriae, semper illibatam testarentur, magno fortunarum detimento secesserant, citatis equis Ulmam advolans, Cælari suppplex provolvitur, tantumque autoritate ac favore, quo apud Carolum maximo pollebat, quin & lacrymis demum, elatisque palmis, efficit, ut emollitus Cæsar non de ira tantum, verùni etiam de multa quinquagena florenorum millia remitteret, totidem alia, ut reliquum possent Augustani persolvere, ipso Antonio absque censu quæstûque omni suppeditante;

At, qui tam sollicitus fuit, ut popularibus suis Cæsarem placatum redderet, subsidiisque solvendæ multæ ministraret, multò studiosius egit, ut veræ Fidei lucem restitueret, & errorum, quibus tenebantur, pedicis exsolveret: ad hoc Canisii & Societatis operam adhibere statuit. Advertit vir sapiens, quantum frugis ex Petri concionibus in adultum populum, quantum ex Catechesi, quam Seklerus Canisii Socius explicabat, in Juventutem, ac pueritiam rediret, quantum denique sperari posset, si plures, his duobus non impares, accederent.

59.
Peculiaritatem
memoranda
de Antonio
Fuggero.60.
Eius in Au-
gustano me-
rita.61.
Societatem
estimare in-
cipit

Auxerunt hanc spem domestica solatia, quæ Petrus ipsi, ac Marco filio, uti & Georgio fratribus sui Raimundi filio creaverat. Habebat Marcus, quem Antonio uxori Anna Rehlingia dederat, in matrimonio Sibyllam, ex vetustissimo Ebersteiniorum in Alsatia Comitum stemmate; Georgius Ursulam, ex Comitibus in Tyroli Liechtensteiniis prognatam, ambas Matronas formâ & indole præstantes, ambas Canisii operâ ex Lutheranismo ad fidem Catholicam traductas. Ac Sybillæ præfertim ad Orthodoxos redditus memoratus dignus est: Ex reductione nurus suæ ad Catholicos, & Ursula Liechtensteiniz.

A teneris Lutherano dogmati ionutrita, fugiebat Jesuitarum non alloquia tantum, sed asperium etiam, non secus ac fascinum. Ita nempe abominabilem Nostrorum formam in eis animo depinxerant impostores Urgebat interea lecūssimam cætera conjugem maritus, urgebat Socer, ut communem cum Marito Religionem amplecteretur, pollicitus, si id ficeret, octoginta nummum aureorum millia: frustrâ omnia: sed non permisit Optimum Numen tam nobilem, ac vitæ alioquin inculpatæ animam diutiùs errare labi. Nocte in tempesta sub quietem humanâ augustior species Viri, habitu Societatis amicti, obicitur, graviter commonenitis: videret, quid ageret, neque Deo ad meliora vocanti diutiùs repugnaret: fidem amplecteretur, quam Maiores tenuissent, aliam ad salutem viam haud superesse. Non, eò usque temeraria fuit, ut, cum evigilavit, inane hoc fuisse somnium crederet. Accersitur itaque Canisius, qui ubi advenisset, ejusque Socius, dum interea Marcus Canisium evocationis causam edoceret, prior in Sibyllæ conspectum venisset, non est, inquit illa, non est hic, quem vidi: subsequitur Petrus, &: hunc ego, ait, Sibylla, hunc vidi, hic est, qui se mihi hac nocte dedit spectabilem, quin loquere igitur o Pater, quæ Deus per te mihi exponi mandat, audiam lubens, ut iusta sum. Levis negotii fuit melioris vitæ fatus ingerere, manus dedit agnitæ veritati, dolore Lutheranorum incredibili, qui nihil omisere, ut in suis eam partibus retineant, satis gnari, quantos hæc fœminæ, quam tota urbis suspiciebat, ad Catho-

62.
Sibyllæ eber-
steiniz.63.
In seula sua
obstinata64.
Prodigiosa
ad fidem
conversio65.
Ex objecta in
sonno Canis-
ii specie.66.
Ex objecta in
sonno Canis-
ii specie.

67. *Et vita deinceps piissima.* tholicos reductio motus animorum foret excitura. Et excivit sanè inter Catholicos non minus, quam Acatholicos. Læta, quod promissum, de quo supera memini, aurum repudiasset, ne Christum & fidem vendidisse argui posset, solius jam Dei amore, & animæ salvandæ desiderio incensa, vitam ducere coepit à communī sāculo longè remotissimam. Habuit in hoc sociam omnino consimilem affinem suam, Ursulam, quam dixi, Liechtensteiniam. Mirum quam due hæ Matronæ non vulgaris sanctimoniac exemplis illustrârint urbem. Familiam utraque modestissimè composuit: Vigebat precandi usus, quem interjungebat fugandō otio lanificium, frequentabant templa, frequentabant sacramenta propalam: nullus in viētu, nullus in vestitu luxus, magnam ex adverso pecuniarum summam expendebant in ornatus sacrōs; erogabant eleemosynam pauperibus, præcipue scholasticis, eo fine, ut hi aliquando, cùm Sacerdotes forent, crebris sacrificiis pensarent cultum, quem, olim Lutheranæ, Divinissimo Evcharistia Sacramento denegâssent. Ursula, defuncta conjuge, Romam usque profecta, ad Apostolorum cineres Religionis professionem innovavit, indéque Bolzanum in Tyrolim, ubi possessiones avitas habebat: reversa vitam sanctissimè conclusit; cùm jam prius unā cum Sibylla magnam in Nobilitate, populōque Augustano & ad fidem & ad mores pios conversionem effecisset. Cupidus hæc officia à Canisio in familiam suam profecta rependere Antonius, de quo aiebam, rectè arbitratus est, id à se melius præstari non posse, quam si plures ipsi ad colligendam messem Socios pararet, itaque in pia condendi Collegii sententia indies magis confirmatus est. Literas ad Societatis Moderatores dat Roman, petique, ut sibi plenior Instituti nostri ratio prescribatur, ad quam adficandi Domicilii Gymnasiique consilia possit accommodare. Gavisus est magnopere Otho Episcopus, gavisus & Lainius, spe freti, magnos Augustæ animorum quæstus fieri posse. Itaque sine mora, quæ scire desideraverat, edocent. At ecce! morbus vehementis spes & gaudia incidit. Ægrotat Antonius: vota pro illo fiunt ac processus. Quaterni aurei singulis Xenodochiorum atrium Leprodochiorum habitatoribus, in stipem dantur, mille coronati egenis Patribus familias, ac viduis, singuli aurei singulis per urbem mendicabulis. Sed Deo aliter visum. Decimo quarto Septembribus doloribus ex calculo succubuit Augustæ, indéque Babenhalam oppidum, quod ære suo genti Fuggerianæ adjecerat, ad sepulturam avehitur, consequentibus eum multis misericordiæ operibus præstitis, ac præstandorum desideriis, quæ Deus æquè parum, ac ipsa opera, mercede sua frustratur, quamvis, quod ad Societatem attinet, ut ultra desideria procederent, quæ destinarat, sollicitè providit Antonius, dum ante mortem uti Cœtus nostri amorem filii & agnatis primis ingeneravit, ita eundem commen-davit impensè, quem sanè illi acceptarunt, atque ad posteros tanquam hæreditarium transmiserunt.
70. *His factis permovetur Antonius ad suudationem Collegii;* 71. *Sed negotium Antonii morte intercepitur.* Et verò Canisius, quem Antonij mors, ex qua multa sibi periisse videbat, haud leviter afflixit, ope tamen Divina iæretus ardentiū elaborandum sibi duxit, ut Societati tum Fuggeros, tum, quotquot illis Augustæ similes Religionis zelo flagrabant, addictos conservaret. Cùm Quadragesima tenuipus advenisset, quaternas in hebdomade conciones habuit, matutino, totidem Catecheses pomeridiano tempore, quibus non pueritiam solùm sed adultos etiam atque doctos, qui magno numero accedebant, instruxit. Feria sexta & Sabbatho, quibus Cathedra Oratoria vacabat, pro sacro Tribunalis sedens confitentibus aures præbebat. Libros insuper pios edidit, Breviarii noviter edendi recognitionem à Canonicis sibi commissam suscepit, effecitque, ut, cùm in urbe typographus Orthodoxus haud esset, Episcopi sumptu conduxus, stabilem ibi Sedem figeret. Ignorabant propemodum Augu-
72. *Societatis tamen amorem Fuggeris hæreditarium reliquit.*
73. *Canisi Augustæ labores.* sta-

stani ed usque , quid Exercitia Sancti Ignatii spiritualia , quid Confessio Generalis esset , utriusque notitiam & usum primus invexit Canifius ; jamque & frequentia in templis & sacrorum decor , & , quod caput est , accessus ci-vium ad Orthodoxos vehementer augeri coepit , quo intellecto Pontifex Pius ipse tum Patrum Purpuratorum Coetui , quanta Petrus Augustæ efficeret , cum magna ejus laude publicavit , tum ipsum ut strenue urgeret , hoc diplomate animavit : „ Dilecte Fili ; ad aures nostras , dilecto Filio nostro Othonem Cardinali Augustano referente pervenit , quo studio , qua diligentia , qua charitate des isthic operam , ut quam plurimos eorum , qui haeticorum fraudibus decepti , a recta Religione aberrarunt , in salutis viam reducas , quantum etiam superna cooperante gratia proficias . Magnæ nobis consolationi fuit tam optatus nuntius . Agimus Omnipotenti gratias , qui pro sua misericordia tam multos jam , sicut audivimus , per ministerium prædicationis tuæ in Ecclesiam Catholicam revocavit . Insta Fili , ut cœpisti , & enitere , ut quam maximum animarum lucrum facias , urge tam piam , tam sanctam negotiationem , noli fatigari in tam sancto opere ; sedulitatis tuæ ab eo , cui famularis , præmium latus , quod bonis & fidelibus servis suis promisit : si quid verò à nobis desideras , quod conferre posse credas ad animorum salutem , libenti animo , quidquid postulaveris , concedemus . Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris , die quinta Martii anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo , Pontificatus nostri secundo .

Tam acres vir Apostolicus his literis sibi stimulos addi sensit , ut nihil tam arduum videretur , quod non aggredi , nihil tam acerbum , quod sustinere non vellet pro tuenda Romanæ Sedis dignitate & Religionis conservatione . Ac profecto non diu absfuit , cum zelum hunc probandi occasio est oblata . Anno altero , post habitas in Quadragesima conciones de Jubilæo nuper promulgato , maximo cum fructu & haeticorum ad fidem conversione , jussus est ad duos saltem menses (longiorem namque moram instantissimè deprecati fuerant Augustani) Tridentum denuò ad Synodus profici , edocaturus Patres , quanam pro Germaniæ statu sibi perspectissimo decernenda putaret . Rever-fus post duos menses , cum encomio doctissimi simul & modestissimi in dicundis sententiis Theologi , Oenipontum venit , quò Cæsar post electionem Maximiliani filii in Regem Romanorum Francofurto accesserat , ut Concilio Tridentino propior esset : Canifium quoque huc evocandi causa erat , quò Cæsar nonnulli Ministri , Ecclesiasticum Regimen cum Politica mundana coagmentare , atque ad hujus moliores regulas illius severitatem infleclere studi- fi , in librum bene magnum capita contulerant , Sedi Pontificiæ indecora , & disciplinæ veteri parùm consona , quæ cum Cæsar sanctiori Theologorum consilio examinanda tradidisset , Canifium quoque consultationi interesse voluit . Ac in primo quidem capite , ut summo nimirum Pontifici supra Concilium potestas salva maneret ac integra , facile consensere omnes . Non ita in ceteris , quibus & pro Sacerdotibus matrimonium , & pro laicis sacri in Eucha- ristia sumptione Calicis usus , & particularibus nationibus concilia celebrandi facultas petebatur : Romano autem Pontifici , Romanæ Aulæ , & Episcopis comprehensas scripto querelas obtrufum ibant , in quibus exaggeratè atque extream petulanter objectabatur , quidquid ab illis peccatum esse putabant , & corrigi imperiosè postulabant . Haud obscurè elucebat , haeticorum aliquot manum intervenisse huic operi . Et approbationem tamen liber hic invenit apud Theologos quosdam , etiam Orthodoxos : ex adverso magnoperè exhorruit Canifius ad postulatorum proterviam , itaque Doctores , nunc omnes , nunc singulos obibat , orans , obtestansque , ut petita , tam Cathedræ Pontificiæ au-thoritati , tamque Religioni noxia suo quisque damnarent calculo , Cæsarē- que ab his postulationibus Concilio proponendis abducerent . Incasum om-

74.
Quorum fru-
ctu cogito
literas Pius
IV. ad Cani-
fium mittit
eucharisticas
& parænec-
icas .

MDLXIL
75.
Canifius Tri-
dentum evo-
catus .

78.
Oenipo ati
à Cæsare de-
tinetur in ac-
gotio retor-
mandæ Eccle-
sie ,

79.
In quo pro
Religione,
Clero , ac Se-
de Pontificia
tuenda

80.

Cotam Cæ-
fare perorat,

nia; quare tentandum aliquid censuit, quo, si multum haud efficieret, suo saltem, ad quod conscientia obstringi se judicabat, muneri satisfaceret. Cæsar is ipsius alloquium flagitat, & collaudato absque adulatio[n]is nota (nam verè id laudare poterat) concordiae & Religionis studio, argumenti, quod proponendum sumpserat, invidiam verborum quidem modestia lenit, rationes tamen ponderosè adducit, ex quibus intelligeret Ferdinandus, quām multū Presbyterij sanctimoniac ex concessio[n]e conjugio deceſſurum foret, quām parūm reducendis novatoribus adjumenti accessurum ex indulto usu Calicis: an non contra omnem debitā subjeſſionis ac reverentia legem sit, ut subditū Præpositis, profani sacro Ordini licenter exprobrent corrigique jubeant, quæ pro suo quique arbitrio lensūque, s[ecundu]m pravo, errata esse interpretentur. Præsertim, cùm Pontifex nunc effet vita integritate, quod Cæsar ipse crebro fateretur, prudentiāque, & zelo Divinæ gloriæ præstans, Petrique Sede, si quisquam aliis, longè dignissimus. Neminem Pio Quarto in reformandis Curia[n]e sua na- vis & Cleri moribus esse vigilantiorem, uti jam factō ipso ostenderet, neminem, quid emendandum foret, perspicacem magis, & sagacem esse in exquirēndis emendandi remediis, &, quod præcipuum esset, nemini alteri iu- ra emendationis & potestatem competere, in quæ si quis involaret, utique nil aliud, quām lites dissidiāque, vix unquam componenda, excitaturum. Per- geret potius Imperator, quo hactenus, tramite ac veneratione, quam Petri Ca- thedræ etiam, cùm ea Paulum Quartum Cæsari adversantem haberet, sem- per exhibuisset, ac pari quiete Pium quoque, magnopere sibi addicatum, frui pateretur. DEI clementia fuit, quod pro Pio depugnans Orator tam pii au- dientiam nactus sit Principis. Ferdinandus argumentorum, quæ Petrus attu- lit, gravitate commotus respondit, sc, quod hactenus decrevisset, fecisse ex aliorum Theologorum sensu, nunc operam daturum, ut rescissâ querelarum ma- teriā, sua Pontifici jura, sua Concilii Patribus libera manerent suffragia. Cani- sius nil morandum autumans ocyus Cardinalem Moronum, quem Patres Tri- dentini ad Cæsarem ablegarant, edocet, quid responsi ab Imperatore tulerit, haud dubium esse censens, quin Moronus ipse ceram, quam Canisius jam mollierat, ad omnem recti æquique formam posset effingere. Nec aliter eve- nit: valebat Moronus gratiā apud Ferdinandum tantò ampliùs, quanto pro- fundiùs ex ea deciderat apud Paulum Quartum, qui pace Passavensi graviter offensus, Moronum in custodiā dari jussérat, quod in Legationibus ad Ger- manos obitis de collusione cum hæreticis suspicium haberet; extincto Paulo, Pius examinatā rei causā, & integritate viri prudentiāque cognita, non mo- dò carcere eduxit, sed pristina quoque ad Aulas Germanicas Legatione fungi, quin, defuncto nuper Hercule Gonzaga, Tridentum redi- re jussit, & Præfidis in Concilio pro Gonzaga munus suscipere, quod etiam magna cum laude zeli & sapientiæ obiit. Illuc igitur profecturus Moronus, ut Canisius monuerat, Ferdinandum adit, facileque permovet, ut rejectis suo- rum consiliis, ac suppressis capitibus, quæ turbas tumultusque & inter Theo- logos Oeniponti jam excitabant, & inter Patres Tridenti excitare poterant, paucula quædam, siquidem ita Concilii Præsidibus videretur, proponenda Sy- nodo, ejusque arbitrio exputanda deligeret. Recreārunt hæc Petri acta, in Urbem à Morono perscripta, Pontificem, quemadmodum Francisco Borgia,

81.

Et causam e-
vincit,

82.

Accedente
Cardinalis
Moroni ope-
ra.
Giaccon.

Canisius nil morandum autumans ocyus Cardinalem Moronum, quem Patres Tri- dentini ad Cæsarem ablegarant, edocet, quid responsi ab Imperatore tulerit, haud dubium esse censens, quin Moronus ipse ceram, quam Canisius jam mollierat, ad omnem recti æquique formam posset effingere. Nec aliter eve- nit: valebat Moronus gratiā apud Ferdinandum tantò ampliùs, quanto pro- fundiùs ex ea deciderat apud Paulum Quartum, qui pace Passavensi graviter offensus, Moronum in custodiā dari jussérat, quod in Legationibus ad Ger- manos obitis de collusione cum hæreticis suspicium haberet; extincto Paulo, Pius examinatā rei causā, & integritate viri prudentiāque cognita, non mo- dò carcere eduxit, sed pristina quoque ad Aulas Germanicas Legatione fungi, quin, defuncto nuper Hercule Gonzaga, Tridentum redi- re jussit, & Præfidis in Concilio pro Gonzaga munus suscipere, quod etiam magna cum laude zeli & sapientiæ obiit. Illuc igitur profecturus Moronus, ut Canisius monuerat, Ferdinandum adit, facileque permovet, ut rejectis suo- rum consiliis, ac suppressis capitibus, quæ turbas tumultusque & inter Theo- logos Oeniponti jam excitabant, & inter Patres Tridenti excitare poterant, paucula quædam, siquidem ita Concilii Præsidibus videretur, proponenda Sy- nodo, ejusque arbitrio exputanda deligeret. Recreārunt hæc Petri acta, in Urbem à Morono perscripta, Pontificem, quemadmodum Francisco Borgia,

83.

Ferdinando
tamen nonni-
hil de gracia
erga Canis-
si reminen-
te.

Lainij absentis vices gerenti contestatus est. At Canisio si quidquam adhuc mun- dani sectaretur, dolere poterant, quæ consecuta sunt; ab eo quippe collo- quio Ferdinandus quidem de religiosa viri sapientiā eam estimationem retinuit, ut fineret quinque filiabus suis, quæ Oeniponti versabantur, ut prius, ita & deinceps magisterium spiritus impendere, de familiaritate tamen & pristino be- nevolentia, quo agere cum eo consueverat, usu multum remisit: adeò nempe delicata res est veritatem, quantumvis suaviloquentiæ tem- pera-

peratam ambrosia, viris magnis propinare; plerumque enim, veluti censoriū amaroris absynthium, & parcè hauriunt & vappæ residuum ipsi propinatori exforbendum relinquunt.

Verūm & Augustam cùm rediisset Canisius, nescio quid minùs lātæ mutationis in Canoniciis Cathedralibus persensit, quæ ne statim in apertos motus erumperet, Georgius Illungus præpediit, qui, ut lustranda Petro Sueviæ committeretur, petiverat. Est Augustæ jam à sexcentis propemodum annis inter optimatum familias Illungorum stirps. Comites olim fuerant Mœringæ & Hohenriedæ, sed in bello, quo sub annum millesimum centesimum & ultrà, Welfo Suevorum Dux Henrico Leoni Henrici Superbi fratris sui filio avitum Bojariæ Principatum, contra Leopoldum Austrium Leopoldi Sancti filium, armis recuperatum ibat, Fridericus Illungus Weltonis partes securus est, infelici eveniu; nam, cùm viginti duos suorum, partim filiorum, partim agnatorum bello amisisset, proscriptus à Cælare Conrado Tertio, qui Leopoldo ex Matre frater erat, ditiones suas Pappenhemis Biberbacensisbus, & Gumpenbergiis cedere coactus est: tum enim verò, quod reliquum erat, & gentis, & facultatum, Augustam intulit, posterosque non jam advenas sed indigenas reliquit, primis tamen semper muniis, & antiquæ Nobilitatis memoria conspi cuos. Eximum familiæ decus est, quòd non modò variarum ad cultum Dei functionum, quæ in hunc diem perseverant, auctores fundatoresque existent Illungi, sed, quòd universi in Religione Catholica firmi perseverârint, ut nullus omnino, ne funestissimis quidem Lutheri temporibus ab ea descivereit, in cuius rei memoriam, quòdque olim Catharina Illungia solennitati Corporis Christi quotannis deinceps augustiū celebrandæ multum æris depo fuerit, Illungorum familiæ id honoris tribuitur, ut cum Theophoriæ festa luce sacrosancta Eucharistia circumgestatur, Illungorum unus cum ardente cereo Sacerdoti ad latus comes incedat. Ex hoc igitur stemmate inclytus tum erat Augustæ Georgius Illungus, Sacri Romani Imperii Eques, Ferdinando Imperatori, uti & Maximiliano Secundo ejus Filio ac Rudolpho Nepoti percharus, & ob singularem prudentiam estimatus, ut in gravissimis negotiis ejus operam adhibuerint, consiliaque secuti fuerint. Præfecturam Sueviæ à Ferdinando acceperat, seu amplissimarum, quas in ea habent Austriaci Principes, ac simul Sueviæ Duces Ditionum, cum mandato, ut quām maximam conservandæ Religionis curam haberet. Hujus itaque cùm iplus esset studiosissimus, ac Societati perquam addictus, tum suā, tñm etiam Fuggerorum pietate, utpote cum quibus intimam conjunctionem, data Marco Antonii filio in uxorem filia contraxerat, Petrum Canisium sibi tantisper indulgeri flagitavit à Canoniciis, obeundæ causâ Sueviæ, gregisque Dominici tum verbo Divino pascendi, tum contra lupos defendendi. Permisere Canonici, sive quòd viderent Oratorem suum, si non in urbe, in Diœcesi tamen Augustana fructus colle furum, sive induxi ab iis, qui consilia jam tunc contra Societatem concepta facilius absente Canisio se promoturos sperabant. Verūm quocunque animo concessa hæc fuerit Sueviæ circuitio, operæ saltem pretium fuit optatissimum. Perquām officiosè invitârunt Petrum variorum Ordinum Monasteria, quibus Regio abundat vetustissimis, atque etiamnum inclytis. Venientem excepterunt amantissimè, audiérunt avidè conciones, exposuère dubia, quásque ille reponebat sententias & consilia, acceptârunt prolixè. Agricolarum præcipue vulgus miseratione dignum fuit; multis in locis multoque à tempore nulus fuerat, qui vel Divini Verbi vel sacrosanctæ Eucharistiæ Panem porrigeret simplici popello, quantumvis esurienti: cùm advenisse Canisium audiissent, qui sacram famem satiaret, turmatim ad eum velut Angelum cœlo missum fluxere viri, foeminae, pueri, oscula figebant manibus, ut sibi benè precaretur,

84.
Augustæ quoque aliquid alperi tatis, sed præpeditum à Georgio Illungo.
Lazius de Transmigr. Gen.

85.
De Illungis memoranda.

86.
Illungorum in Catholica Religione perseverantia.

87.
Georgii Illungi laudes.

88.
Canisius Sue viam fru. & tuolæ lusterat

89.
Pestiferis
Auguste af-
fistr.

Stengelius.

tur, rogitantes, & maximè, ut modum edoceret ritè confitendi peccata; confessiones ipsas exciperet, ac Divino, quo tam diu caruissent, reficeret epulo, quod dein tenerimas inter lacrymas hic præbebatur, illi sumebant. His obsecrum laboribus majora pericula Augustam revocarunt. Pestis vixdum anno superiori extinta hoc anno rediit, qua ingruente Canonicorum Cathedrale Collegium Füessam (Faucenam Baudranus appellat, Abudiacum Romanis olim dictum alii putant) ad alpium Tyrolensium fauces se recepit, alii alio recessere: ne cives, in tanto discrimine deserti, animo simul & corpore deficerent, properè accurrit Canisius, cùmque Magistratus pestilentia infestis geminas ædes admodum spatiofas, quibus venustum Divi Sebastiani facellum hodie adjunctum visitur, extra urbem struxisset, Petrus nunc in his, nunc intra urbem jam in templis & cathedris, jam in civium domibus ubique adesse, hortari ad scelerum pœnitentiam, exstumulare ad preces, erigere in spem, persuadere denique pias supplicationes, publicasque corporum castigationes, quibus iratum Numen placaretur. Et placatum est sanè: clementiæ benignissimi DEI, strage non magna edita, brevi resedit lues: grates actæ misericordiæ Cœlo, & sua quoque laus Canisio ac duobus Sodalibus tributa, quos universalis civitas mirata est, cùm vidit, quām assiduè, contempto omni periculo, lue afflatis vestigarent, solarentur, omni, qua possent, ope sublevarent.

MDLXIII.
90.
Dilingani
Collegii ini-
tia.

91.
De Dilinga
memorabilia.
Lazius.

Stengelius.

Stengel.

92.
Ortho Truch-
felius Card. &
Episc. Augu-
stanus.

Dum respirat Augusta, novus Canisium labor Dilingæ excipit, Collegii videlicet ibidem ordinandi, cuius initia hoc demum Autumno ponit Otho Cardinalis, Romæ tunc agens, atque Franciscus Borgia, quem Lainij Vicarium fuisse meminimus, collatis consiliis voluere. Est Dilinga urbs Sueviae pervetusta, haud quidem magna admodum, sed loco saluberrimo ponè Danubium jam ferendis ibi navibus parem, planis utrinque & latè protensis, ac frumenti feracissimis agris interfusum. Comites locum obtinuere, à quo & nomen sortiti sunt, Domini simul Kyburgensis Satrapiae in Helvetia, è quibus Hugobaldus ante annos amplius octingentos ex Dietburga Burcardi Sueviae Ducis filia Pater extitit Udalrici illius Augustanorum Episcopi, quem nuper dicebamus, sanctitate vitæ miraculisque celebrem, inter Divos honorari. Multum is habitare solitus est in avita hac urbe, unde & hodie Augustani Antistites plerumque Dilingæ resident, Hartmanni, itidem ex Dilingæ & Wittingæ Comitibus nati Præsulis beneficio; postquam enim hujus parens, Hartmannus quoque, Historicis hoc nomine Sextus, quod Ægidium Calmunii Comitem, suumque sacerorum intereunisset, publico judicio condemnatus capitique plexus Treveris fuit, anno circiter millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. Wilburgis Hartmanni Episcopi Mater, patre jam & marito orbatæ. Seplinganum Parthenonem construxit, sibiique vivæ sub Regula Sanctæ Clæræ Monialis in eo Domicilium, mortuæ tumulum delegit: Hartmannus filius, fundatis tribus Monasteriis, totidemque Xenodochiis Dilingam ipsam & quidquid locorum Dilingani Comites trans ac cis Danubium eousque possederant, Ecclesiæ Augustanae in perpetuum dono transcriptis. Ornârunt urbem hanc variis Antistites variis ædificiis, sacris æquè ac profanis: sed nemo amplius quām Otho Truchfelius. Successerat hic Christophoro à Stadion laudatissimo Præsuli, in Comitiis, quibus Cæsarialis Caroli vices gerens aderat, apoplexia mortuo, sub annum millesimum quingentesimum quadragesimum tertium, Truchfelius altero mox ab Electione anno à Paulo Tertio Purpuratorum Patrum Collegio adscriptus fuerat, apud quem, uti & apud Successores, Cæsarem quoque ac Imperij Principes, autoritate & benevolentia plurimum valebat: qua optimè usus, nominis Catholici conservatorem in Germania ac Restitutorem se præstítit. Jam ab eo tempore, quo pastorale munus suscepit, tum suapte voluntate, tum Jaij nostri suasu in eam cogitationem incubuit,

ut seminarium aliquod sub Divi Hieronymi Doctoris Ecclesiae maximi tutela ac patrocinio, Juvenibus ad Sacerdotium quam optimè formandis institueret. Suspenderunt curam hanc varii illorum temporum eventus, donec, post exactos è Suevia Luhericos præcones, major appareret oportunitas. Itaque huic operi Dilingam elegit utpote solis pleno jure subiectam Episcopis. Primum Alumnis Rectorem Petrum Endavianum præposuit, ac biennio post Cornelium Rosendalum Lovaniensem, alio nomine Harleum, vel Herlenium, qui aliquam multis annis eo munere insigniter functus est. Advertit properè commodi ex hoc Collegio prodeuntis magnitudo Sueviæ totius Nobilitatem, itaque magnis hac flagitavit precibus, ut suos quoque liberos ad contubernii hujus communionem hiceret mittere, sumptu alendos, quem Episcopus æquum statueret. Lubens assensit Episcopus, utque tam suam, quam Nobilium spem certius expleret, doctrinâ celeberrimos viros ex florentissimototius Europæ Athenæis, ingenib[us] stipendiis conduxit, qui Divinas, humanasque literas docerent. Horum facile primus erat Magnus ille Petrus de Soto Hispanus ex ordine Sancti Dominici, cum duobus Jacobis ejusdem Familia, Hispano uno, Germano altero. Cum his Professores quoque aderant Guilielmus Lindanus, Martinus Rithovius, & Martinus Olavius Doctor Parisinus, atque alii. Spectabiles Seminarii profectus animum injecere Cardinali, illius ad Academiæ celebritatem evehendi, idque eò magis, quod aliam Suevia Academiam Catholicam non haberet. Egit de hoc cum Augustanis Canonicis, Monasteriis, & Nobilibus Sueviæ, ut conferrent subsidia, egit cum Julio Tertio Pontifice, cum Carolo V. Imperatore, ut facultatem concederent, authoritatem, & privilegia adderent, atque titulum Universitatis, ut hujusmodi scholas appellamus, confirmarent. Plana ubique est nactus omnia: ne forent diurna, bellum Mauritanum, de quo alias, intervenit. Coacti fugere Professores unâ cum Alumnis, Ingolstadium se receperunt, sed, quod Albertus Dux à copioso militum, quod imposuerat, præsidio quietem illis ad literarum studia non fore agnosceret, Landishutum obrulit, ubi in Patrum Dominicanorum Monasterio, ab Incolis propemodum vacuo, Petrus Sotus hospitium advenis, quos secum duxerat, apparavit, scholásque aperuit. At neque hic diu manere tumultu fuit, Salisburgum itaque, ubi & Cardinalis Otho tantisper degebat, profecti, benignèque ab Archiepiscopo Ernesto, Ducis Alberti fratre, Præfule, ut in omnes pauperes, ita in Catholicos, sedibus ab hæresi pulsos, beneficentissimo accepti, Frisacum Carinthiæ urbem, & in ea Dominicanorum rursus Cœnobium, quod Divus Hiacynthus olim Ordinis sui amplissimum, illac transiens, erexerat, tunc & ipsum propè desertum in habitationem accepere. Ubi deferbuit armorum procella, Dilingam sunt reversi, quod etiam Cardinalis rediit, ac tum demum quieta omnia conspicatus, novæ Academiæ initia solenniter posuit, publicavitque. Dies erat Mensis Maij vicesimus anno ejus seculi quinquagesimo quarto, proximus à festa Sacrosanctæ Trinitati luce. Is cum illuxisset, præsenti Cardinali, Nobilium atque Doctorum frequentissimo cœtu Res Divina ritu celeberrimo peracta fuit, postquam Stephanus Donavverdæ ad Sanctam Crucem ex Ordine Sancti Benedicti Antistes, Episcopi Spirensis Marquardi Hatsteinij, quem Pontifex, Cæsarque ad celebritatem hanc ablegârant, vices gerens, diplomata tum Pontificia, tum Cæsarea è suggestu promulgavit. Habita dein Oratio Latina, & recitata universitatis Privilegia, ampla sanè illa, ut majoribus nullæ per Europam Academiæ gaudeant, demum, postquam Rosendalius ad Cardinalis genua fidelitatis sacramentum edidisset primus Academiæ promulgatus Rector, sceptrum argenteum, Epomidémque rubram è serico raso accepit unâ cum sigillo argenteo, in quo illud notatu dignum, quod gentiliis Truchſesiæ stirpis Insignibus forma deaurati mallei adjuncta sit, quo Pontifex in aperienda anno Jubilæo Ec-

93.
Fundat Di-
lingæ Semi-
narium S.
Hieronymi
Stengel.

1549.
94.
Dein & Aca-
demiam.

95.
Bello Mauri-
tano hoc il-
luc fugantur
Professores &
Alumni
1552
Archiv. Dil.

Finito bello
solenniter
promulgatur
Academiæ
Institutio.

Baculus.

desiae Vaticanæ porta usus , subinde Othonem donaverat. Reliquit hunc Cardinalis Academiæ , expouendum publicè , quoties Academia in templo sacriss Solennibus litat , in monumentum æquè ac incitamentum , quæm optet Romana Sedes speretque fore , ut in hac literarum officina , Divi Hieronymi auspicis , & exemplo , solida semper Orthodoxæ Religionis doctrina , ceu validissimus adversus hæreses Malleus usurpetur , liberturque.

96.
Magistri
præclarí , at
sæpè absen-
tes , digressi ,
mortui.

Pallavic.

Orland.
1556.

97.
Petri Sot
iusu Acad-
emiam Socie-
tati trædere
Cardinalis
eogitat.

Stetit Universitas aliquot annis summo in flore , sub tantis videlicet , quos nominavi , Magistris. Verùm ipsa horum eruditio ubique perulgata , non multò pòst plus famæ , quæm utilitatis Academiæ peperit. Ob doctrinæ existimationem avocabantur Magistri sæpè à Principibus , accersebantur ad Comitia , adhibebantur consultationibus , ut longè interdum abire ac Magisterium intermittere cogerentur , haud exiguo discipulorum damno. Erant ex illis etiam , qui neutquam in honorum existimarent esse viro sapienti , scientiam suam pluris licitanti vendere , & ampliora seclari , ad quæ invitabantur , salary. Petrus Sotus , et si omnia Othonis Cardinalis & Academiæ causâ percuperet , migrare tamen eaactus fuit Imperatoris iussu , qui cum ad audiendas Confessiones adesse sibi voluit , ac dein ad Tridentinam Synodum proficisci , ubi demum magno Concilii totius luctu mortuus est. Rithofius ac Lindanus ad Insulas , ad Ruremontanam hic , ille ad Ipreascm à Pontifice fuerant evecti. Olavius cùm Cæsari à Sacris esse aliquamdiu fuisse iussus , spretis mundi , qui eum exspectabant , honoribus , opibúsqæ non modicis , nostram Societatem amplexus Romæ , ubi etiam Collegii Rector , Theologæ Professor , Theologus Pontificis fuerat , cum ingenti doctrinæ , majore sanctitatis fama extinctus est. Fuerant quidem adducti ex Hispaniæ Dominicanis viri docti , qui abeuntium vices supplerent , verùm aëris Germani insolentiâ brevi ex ipsa vita illis abeundum fuit. Hæ causæ erant , quòd , cùm novi semper magistri conquirendi essent , ac sæpè nulli invenirentur , aut certè non idonei , factum est , ut aliqui nec vitæ bonæ nec fidei sanæ irreperent. In hoc rerum articulo Cardinali conservandæ Academiæ solicito Petrus Sotus , ut erat vir ab omni partium studio alienus , solius Divinæ gloriæ studiosus , ac præterea hominum , rerūmque prudens æstimator , Societatem nostram Othoni magnopere commendans , suasit , ut ei , veluti peculiariter ad juventutem instruendam à DEO vocatæ Collegium Dilingæ statueret , omnémque Academiæ gubernationem committeret. Habere hunc cœtum vel in tanta , quanta nunc sit , paucitate viros huic muneri apprimè aptos , habiturum plures , cùm adoleverit , daturūmque Cardinali , expensis , quæm haçenus , longè parciорibus : invigilaturos porrò ipsos Societatis Moderatores , ne qui ex Professoribus officio fungantur perpetuam , aut certè , si erraturi aliquando forent , emendatum iri , absque eo , ut multa sollicitudo , aut invidia & difficultas in Episcopum redditura sit , cùm suo unius Instituto & legibus firmata , Societas novetur , positusque in opus deducere , quæ ad suorum regimen ordinanda mutandâ existimet. Propensis auribus exceptit Cardinalis , quæ ipse dum animo concepta , ideo duntaxat moliri distulerat , ne aliis , Cathedralibus præsertim Augustæ Canonicis , ac Suevicæ Nobilitati videretur suo unius sensu , & erga Jajum , Canisium , ac universam Societatem propalam noto affectui omnia tribuere: nunc , ubi constarum est , præter alias , Sotum , tanti ubique à prudentia & vitæ integritate nominis virum , suscepit negotii suaforem esse primarium , & mutato consilio , quod haçenus de Familia sui Ordinis Dilingæ collocanda urgebat , pro Societate modò laborare , haud vanè sperabat , propositum suum omnibus magnopere probatum iri. Accesserunt Francisci Commendoni ac Zachariæ Delphini suffragia , quibus hi ambo Sedis Pontificiæ Legati indicarant Pontifici , spem esse minimè dubiam conservandi adhuc , quæ trans Alpes essent integra , at-

atque etiam recuperandi perdita, si, quam fieri posset in locis plurimis, Collegia Societati ponerentur. Commodè tunc in Urbe agebat Cardinalis, cum & Legatorum & Sotis literæ afferrentur: Itaque nihil amplius cunctandum ratus, Rosendalium Academæ Rectorem Dilingâ Romam evocat, cum eo de modis rem conficiendi deliberat, tum Francisco Borgiae, quem Lainii Vicarium fuisse diximus, deliberata exponit. Dum res expenditur, dum Cardinalem inter ac Lainium ultrò citrōque literæ commeant, dum feliguntur, qui in Germaniam mitti possint, annus propemodum vertitur. Tandem confessæ sunt, subscriptæq; Tabulæ Bolzani in Tyroli, quo utriusque partis actores testesque ex Germania Italiâque convenerant, ex illa Georgius Millerus Augustanus Presbyter & Cornelius Rosendalius, ex hac Benedictus Cataldus Recinetensis itidem Presbyter, manum signumque addente Horatio Corbulo Fesulano, authoritate Apostolica Notario. Dum hæc agebantur, maturè interim indicata missio est prioribus Dilingæ Magistris, quam minimè inviti accepterunt, quod ex his, qui quidem digni videbantur, ad munia salarioque majora fuerint promoti; unde factum, ut circa Ferias Paschales scholæ omnes vacarent jam Professoribus, at non item discipulis, Nostrorum adventum avidè præstolantibus, donec moræ pertæsi paulatim & hi dilaberentur. Quare sub Pentecostes Festum Rosendalius consenso suggestu Latinâ Oratione in laudem Societatis gravissimè peroravit, effecitque, ut jam ferè nullus discederet. Advenere tandem Nostrates inclinante ad exitum Novembri, ejus videlicet die mensis vigesimo, qui inciderat in Sabbatum. Data habitationi est ea tantisper Collegii Academic pars, quam Sotus cum Hispanis, qui aliquamdiu adfuerant, Professoribus, incoluerat. Sedecim erant, qui Româ venere, quibus paulò post quaterni alii sunt additi. Celebrata altero mox die fuit solennitas Sanctæ Ursulæ sacra, è cuius Societate, quæ Virginum undecim millibus, ut Historiæ ajunt, constitutit, quaterna capita ante quinquennium Joannes Gropperus Coloniâ Romam ad Purpuram accipiendam à Paulo Quarto evocatus dono attulerat, quæ dein pompa, qua licuit, maxima, præsentibus quinque Abbatibus, Otho Cardinalis Collegii Sacello intulit, ipse, & in suggestu Orator, & ad Aram Sacerdos; statuta lege, ut ne liceret sacra hæc Pignora unquam aliò transferre, festa autem Divæ Martyris lux quot annis sancta habetur. Addidere Nostræ huic solennitati, ut postridie statim scholas aperirent, juventâmq; literis tum Superioribus tum Inferioribus excolare ordirentur, qui auspicandi studia dies in legem deinde ivit, cum ad hoc prius dies, quod Sanctus Hieronymus Academæ Patronus colitur, destinatus esset. Cathedram Theologicam concorditer Hieronymus Tortensis, Hispanus, & Conradus Ssvagerius, Philosophicam Albertus Viennensis & Christophoris Herrera Hispanus, Rheticam Joannes Dominicus Neapolitanus, reliquas inferiores alij,

Sic rebus Dilingæ ordinatis tempus maturuit, quo ipsa quoque Germania Superioris Provincia melius ordinari potuit. Dudum id facere posse Hieronymus Natalis opeaverat, quem ad Transmontanæ Societatis per Galliam, Germaniamque statum inspiciendum à Lainio fuisse missum diximus. Videbat is Provinciam, quæ Germania Superioris finibus hucusque tenebatur, nimis quam latè protendi: unum huic præesse Canisium, qui insuper & in templo Cathedrali Augustano ad concessionem haberet dicere, & sèpè à viris Principibus, ut etiam pro ratione muneris, quo totam Provinciam visitare obstringeretur, nunc in Tyrolim, nunc in Austriam, Bohemiamque profisci compelleretur: cum interim, & vices illius dignè supplere in cathedra, & ejus consilio ac directione in multis, qui occurrebant, eventibus perquam opus esset. Itaque necessarium judicavit Natalis, ut quæ una haec tenus Provincia fuerat, in geminas divideretur, quarum illa, emissa Germania Superior-

98.
Quod tan-
dein execu-
tioni mandat

99.
Nostræ DL-
lingam vo-
niunt

100.
Pridie S. Ur-
sula, cuius
festa lux
cuius solen-
nitate celebra-
tur.

101.
Postridie No-
stræ Icholas
auspicantur.

102.
Inferiores z-
quæ ac Supe-
riores.

103.
Provincie
nostræ Colo-
nia fit Pro-
vincia Au-
striaca.

104.
Nostra Pro-
vincia nomen
& Germania
Superiori re-
tinet.

105.
Mutationes
varia homi-
num, & offi-
ciorum in
Provincia.

106.
Covillonius
pestiferis ser-
vit in Tyroli.

MDLXIV.

107.
Augustæ tur-
batur quid-
piam contra
Nos. *Hist. Soc. p. 2.
l. 8. a. 104.
C.*

perioris nomine, Austriaca diceretur, Collegiis Viennensi, Pragensi, ac in Hungaria Tyrnaviensi attributis, hæc, Ingolstadiense, Monacense, Oenipontanum, ac Dilingense Collegium complexa, pristinum Germaniae Superioris nomen retineret. Unde contra Societatis morem agunt exteri, qui Provinciam hanc Bavariæ nomenclaturâ distinguunt, nam & in Tyrolim, ut vidimus, ac Sueviam, tum in Franconiam, ac Palatinatum Superiorum, anteriorem Austriae, Helvetiam, ipsamque Alsatiam, & Vallesiam, illam Galliæ, hanc Italæ conterminam, propagata fuit. Errori nominis causam dedere partim prima duo vetustissima Collegia, quæ apud Bojos fuere posita, partim, quod hodie intra solos Bojariæ fines dena Societatis Domicilia haud multum inter se dissita censemantur. Tanta est, quod gratissimo animo memoramus, Bojorum Principum, Boicæq; Nationis in Societatem beneficentia, Reliqua viginti quinque domicilia (tot enim sunt hodie) per illas, quas nominavimus, Germaniæ Provincias sunt dispartita. Cæterum divisio hæc Provinciarum, quæ senescente jam anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio facta est, necessitatem quoque multiplicem traxit, & mutandi officia, & partiendi Socios: ac Petrus quidem Canisius perstare jussus est in munere Provincialis, quod octavum jam annum gesserat, reliquæ cum illo apud nos tum alii, tum Theodoricus Canisius, Theodorus Peltanus, Alphonsus de Pisæ, eximia Provinciæ Lumina, quibus accessit ex Austria accersitus magnus ille Paulus Hoffæus, de quo crebra posthac facienda erit mentio. Rector fuerat Viennensis Collegii, nunc præfesse jussus est Ingolstadiensi, in locum vide licet Nicolai Lanoyi, qui, et si Oenipontano jam Collegio moderando designatus, mutato tamen consilio novæ in Austria Provinciæ commissa gubernacula suscepit; Oenipontanos verò Socios regere cœpit missus Augustæ Joannes Byrsius, de quo ad annum abhinc duodecimum meminimus. Elegerunt hunc, uti & Paulum Herkoværum Ferdinandi Filii ad audiendas Confessiones. Demum Dilingano Collegio Prorector, dum Româ Cardinalis ex urbe rediret, datus est Joannes Covillonius: jam enim ex Concilio Tridentino cum Baumgartnero Bojorum Legato abierat, Alberti Ducis jussu, haud patientis ultræ tricarum, quas Helvetii ob potiorem præ Bavariæ Principibus in Synodo locum moverant. Et Baumgartnerus quidem Monachium rediit, Covillonium in Tyroli charitas, ardorque retinuit peste infectis opitulandi, qui labor, & tantus, & à tanto viro suscepitus Tyrolensium animos Societati, affectu plurimum augo, conciliavit.

Verum ecce! dum Canisius, contractis modò Provinciæ sibi noviter commissæ terminis faciliora omnia in obcundo munere futura sperat, repente grandes injectas difficultates, curasque experitur. Evolvit se tandem pleno impetu laborata toto biennio Augustana in urbe machina. Adjunxerat Canisius Secklero, quem ab initio Augustæ Socium habuerat, Guilielmum Elderenum, qui se absente conciones haberet in summa Aede, & Confessiones Nobilitatis simul, ac populi exciperet: strenue utrasque vices implevit Guilielmus, atque, ut erat non mediocri prudentia, & agendi dexteritate prædictus, permultos utriusque sexus ex Nobilium primatibus attraxit, qui per frequentes apud eum, uti & apud Secklerum, confessione expiabant animum, & aram quoque, cum sacra in templo facerent, turmatim circumdabant: advertit Curionem, & ejus Collegas concursus hujus novitas, quem ipsi ad se fieri hucusque non experti essent, itaque emulatione succensi, & malevolorum, quorum nullo non tempore, locove copia est, auxilio, ac suffragiis nixi, operæ pretium esse putarunt, ad præcidendam nobis piè laborandi facultatem eniti, quacunque id ratione fieret, dum simul & gloriæ, quam capari à nobis garriebant, fontem obturarent. Scriptum gravibus exaggeratum

tum querelis Canonicorum Collegio obtruditur, novos illos adventitios, atque extraneos homines, qui nuper in cathedralem Ecclesiam precario admisi-
fi fuissent, ita impotenter in ea versari, ut hi quidem jam indigenæ ac Re-
ctores, Canonici ex adverso hospites esse videri possint: pro Parochis habe-
ri illos à populo, ac pro talibus se gerere. Ad illorum sacra tri-
bunalia unicè concursari; concursari ad eorum aram, quamvis com-
modatam duntaxat, veluti sacrificia ipsorum plus aliquid sanctitatis, quām
cætera haberent, quod utique superstitionem oléret; Curionem, unā &
Curionis adjutores deferi à summis, ab infimis, cogique adesse etiam veluti te-
stes suæ solitudinis, alieni applausūs. Jam & extra templum involari ab his
hominibus in officia parochialia, unos illos vocari ad ægros, ad moribundos,
in privata æquè ac publica valetudinaria, consuli in stipulandis sponzionibus,
contrahendis matrimoniis, ipsis fidei controversiis, neglecto rursus parocho,
neglectâ Parochi operâ. Quid hoc aliud, nisi oviculas à pastore avertere,
tantamque secessionem facere, ut nec is illas, nec oviculae pastorem cogno-
scant amplius. Altum omnino aculeum hæc accusatio, acerbè admodum ac
verbosè exposita, Canonicorum animis adversum Socios infixit, quem ut e-
vellerent Nostri, modestè reposuerunt, grato semper animo, & in precibus
ad Deum assidue memori se agnoscere beneficium, quo in Cathedralis templi
communionem aliquam fuissent recepti, non utique alio fine & Canonicor-
um desiderio, quām, ut juncta cum Parocho operâ Divinæ gloriae augmen-
tum quæreretur; fieri hoc vel maximè per plebis ad Divina Mysteria fre-
quentem conventum; id certè spectasse Romanam Sedem, id præcepisse Cardi-
nalem Othonem, ut universè, & peculiariter Augustæ, habendis concioni-
bus, & tradendo catechismo, audiendis item Confessionibus, & sacrificiorum
rituūmque Ecclesiasticorum decori restituendo invigilarent Nostri, aliter si fa-
cerent, non merituros, neque tot Pontificum Diplomata, quibus ad hæc effi-
cienda munita fuisset Societas, neque vitæ subsidia, quæ tam benevolè largi-
retur Othonis liberalitas; si quid insuper favoris in se, honorisque redunda-
ret, ex Nobilitatis populique bonitate provenire, non à se, vili ambitione,
ac hominibus, qui Deum quærant, indignè affectari: assistere se morbos, &
moribundis non tantum, cùm vocentur, sed ultrò inquirentes etiam, & ac-
currentes, ferrèque, si extremæ Unctionis & sacri Viatici Mysteria excipias, o-
mnem, quam possent, opem, quod utique magni sit meriti, quodque,
si negligatur, omnibus omnino Christianis, nedum Ecclesiasticis, ad id con-
stitutis, in æterno igne luendum fore Servator prædixerit. Consilia de stipu-
lationibus & matrimoniis eatenus à se dari, ut, qui liciti, illicitive quæstus
aut thalami sint, edoceant; maximè autem felices se sibi videri, cùm quām
plurimos in fide natantes dubiis extolvere, aberrantes in eadem conjicere,
atque indè ad salutis curam & Religionis orbitam possint reducere. Parocho-
rum Jura, ut salva; existimationem, ut integrum conservarent, augerént-
que, sibi semper & unicè cordi fuisse hactenus, fore imposterum. Judica-
rent ipsi, an venerabilis Cleri, an facerrimi Ordinis Majestas ab adventu suo
damnum, an magnum potius incrementum sit adepta. Hæc cùm pro sua
innocentia attulissent Nostri, haud tamen pacari illicò sedarique potuerunt
commoti fluctus. Dilingani tunc Collegii statum inspiciebat Canisius, cùm
literas accipit à Canonicis, quibus edicunt, velle se, ut Elderenus quām pri-
mū Augustæ submoveatur, Canisius in suggestu quidem persisteret, Confe-
ssiones verò, nisi paucularum, quas nominabant, ex Nobilitate Matrona-
rum, nullas exciperet. Ingentes, ubi, quid ageretur, in urbe patuit, ex-
stitere motus, Acatholicorum sibili, ac triumphi, offensiones plebis Catho-
licæ, Nobilitatis consilia, & nisus in contrarium. Implorant Fuggeri,
Illungi, alii celeriter Othonem, ut decreto intercedat, Albertum Ducem
Bavaricæ, ut suam interponat autoritatem, ipsum Pontificem, ut alter de-

cernat. Et Cardinalis quidem, Albertusque officia sua strenue impendunt, at præ his vim habuit Bulla Pontificia, qua Pius Canonicis Societatem commendans, ut & Canisium, gratum sibi tunc indicat, si & hanc, & illum pristino amore foveant, ac tueantur. Excepérunt has literas, qua pars est, veneratione Canonici, moxque congregati rationem inierunt, qna Sanctissimi Patris voluntati satisficeret. Conditions, quibus id effici posse autabant, has posuere, ut Canisius concionari pergeret, liberum tamen tum ipsi ac Societati esset, munus hoc, cum videretur, relinquere, tum Canonicis, si idem & ipsi commodum judicarent, transferre in alium. Deinde liceret sanè, ut Socii quovis in templo, dum ne in cathedrali, Sacra menta, quæ Pontificiis Bullis permitterentur, administrarent; demum, ut quidquid ex præterita agitatione amarorem posset inducere, perpetua oblivione sepeliretur.

I I 8.
Ceritis con-
ditionibus.

I I 9.
Canisii in ac-
ceptandis
conditioni-
bus modestia.

Steengelius
de reb. Ar-
gusti.

I I 3.
Ministeria
Societatis ali-
quandiu in
templo S. Ca-
tharinae ex-
ercent Nostris.

I I 4.
Otho Cardi-
nalis facellans
S. Lambertii
Nostris acti-
bus.

I I 5.
Præfatus ex
his turbis.

I I 6.
Dux Bavariae
Superiore vi-
get res Ga-
tholicae.

Adlerstein
Pallas. His.
Conc. Trid.

I I 7.
Sed in Infe-
riore turbans
propter usum
Sacri Calicis.

Canisius, qui in his turbis, re soli DEO ardenter commendata, nullum sibi verbum contra parum æquos accusatores elabi passus est, nunc etiam, ubi, in quæ pæcta delcendendum esset, insellexit, ratus, jure & iugio evincendum non esse, quod patientia & amore consequi posset, non modo prolixè consensit, verùm etiam Canonicorum Collegio demississimas gratias egit, quòd Societati veterem benevolentiam, protectionēmque addixisset, qua ut porrò Nostris dignos se præstarent, studiosis obsequiis connixuri essent. Est in urbe Augustana eoenobium Dive Catharinæ, ante quadrangulos jam, & quinquaginta annos à Christiana Wellenburgi (castrum est nono ab urbe lapide dissitum) Domina pro Virginibus è Divi Dominici Familia conditum, inter quas & ipsa, & Agnes, Marchionis Burgoviæ filia postmodum vixerunt. Ab his Monialibus roganti Canisio locus conceditur excipiendis promiscuè in earum templo Confessionibus illorum, qui ad Nostrates vellent eas deponere; sed cum etiam hic vicini Ecclesiastici ægrius id ferre paulo post inciperent, Otho Cardinalis Divi Lamberti ædiculam, ipsius Antistitis Augustani palatio contiguum, usibus nostris attribuit, in qua licet angusta admodum solius tamen Episcopi juribus subiecta, agere saltu quietius licuit, & Societatis munia liberè, ac, si non absque invidiz, sine moleste nihilominus impugnationis metu exercere. Geminum ex hac turbatione emolumenatum percipimus, præsens unum, alterum posteris temporibus memorandum. Ac in præsens quidem Albertus Princeps, Otho Cardinalis, Fuggeri Comites longè ardentius curam intenderunt, ut de Collegio templique proprio maturè prospicerent: subsecutis vero annis Reverendissimi Canonici, Clerusque omnis ad Ecclesiam Cathoram pertinens, Societatis tunc necdum sat cognitæ obsequia approbandi cunctationem beneficiorum magnitudine benignissimè prosector compensarunt, compensantque etiam cum.

Haud paulò amplius pretium simul, & fiduciam labotibus nostris detulit Dux Bavariae Albertus, unde illos de novo rursus ob novos motus exceptit: Etsi namque in Superiori Bojaria Monachii Religionis causam strenue tueretur Albertus ipse, Ingolstadii vero terni ejus filii Guilielmus, Ferdinandus, Ernestus, quos Parens ad Academiam illam literis, ut & ipse olim fecerat, vacarum miserat, optimæ educationis exempla ederent, quibus permota juventus reliqua ad Principum mores ultrò se compositi: in Bojaria tamen Inferiore pæne ad rebellionem usque tumultuatum est. Accensum nimirum denuò fuit fatus sancte improba Calicis Evcharistici. Significarat Ferdinandus Cesar, lento, quo obiit, morbo decumbens, Summo Pontifici, postremum sibi solarium fore, si vulgandi cum plebe sacri Calicis facultas concederetur; Ecclesiasticorum enī Septemvirūm, Episcoporum & Principum Catholicorum judicio eventurum esse, ut magna ubique foret populorum ad Ecclesiam redditio. Audiebat tandem postulata Pontifex, & vero magnâ Viennæ lati-

lætitia concessio excepta fuit, scripsitque Romam Zacharias Delphinus Pij Nuntius, intra menses quatuor non integros, si Lutheranorum multitudinem in tres partes divisoris, facilè duas ad Fidei Catholicæ communionem revertisse. Solatum exinde natum est universale, sed quale fricatio est pruriginis; nec enim Lutherani cæteri ad Catholicos redeuntium exemplo trahebantur, nec, qui redierant, perfidè omnes, sed, cum viderent, velle Ecclesiam, ut, præter Evcharisticum Calicem, alterum quoque salutare poculum, præscriptas videlicet cupiditatibus pravis asperè frænandis castigationes libarent, maluerunt ad Luthericos reverti congios, ut una Ægypti cacabos, & pristinas vitæ cupedias regustare possent. Interea tamen, qui circa Straubingam Austriae Bohemiæq; vicini habitabant ruricolæ, indignati, potiora quasi Divinorum Mysteriorum jura Austriacis concedi, indomibili cœstro Dominici Calicis exarserunt, stimulante hunc impetum concionali stentore, quem Wolfgangus Dux Bipontinus in Ortenburgicam Satrapiam, liberum, ut vocant, Sacri Romani Imperii Comitatum, inniserat, ut in omnem circumfittam Bavariam venena sua diffunderet: ac profectò quām plurimi non jam solius Catholicis incendebantur siti, sed reliqua etiam hianti gutture pravorum dogmatum hauriebant pocula, vel armata manu obstituti, si quis erectum iret. Misertus Princeps populi, naturâ cæteroquin innocentis, & solum aliena fraude in præcipitia acti, lenibus primùm remediis utendum arbitratus est: à Petro itaque Canisio suppeditas petit, in loca illa turbulenta mittendas, Petrum ipsum, et si nihil magis cupientem, ire vetat, ne virum toti, ut ajebat, Ecclesiæ pernecessarium rebus adhuc admodum dubiis in vitæ discrimen conjiceret; missi sunt quaterni Sacerdotes, è quibus tamen duos gravis invalitudo regredi paulò post coegerit Monachium, è cæteris duobus celebris est memoria Georgij Schorichii, quem Romæ ab Ignatio inter adjutores rei domesticæ adlesum, cum ingenij præclarri notas in eo deprehenderet, Sanctus Pater literis operam dare jussit eo fructu, quem in Bavaria, Badensique postea Ditione ab illo collectum videbimus longè maximum. Accepere profecturi commendatitias à Principe, ab Archiepiscopo Salisburgensi Joanne Jacobo ex Comitibus Thuniis, & Urbano Trenpachio Antistite Passaviensi, qui ambo Praefules, ut erant suapte virtute laudatissimi, sic alienæ salutis plurimū cupidi, ut pia Alberti consilia in nupera Salisburgensi Synodo exposita promoverent, amplissimam potestatem mandatūmq; dedere Patribus, ut non rusticos modò, verum Ecclesiæ, & ipsa, si quā opus esset, Monasteria revisitarent. Aggressi sunt opus fortiter simul & gnaviter, idque tantò magis, quanto latius horridiusque mala invaluerant. Lutherum pro Sancto habere, Sacrificium Missæ pro Idololatria, Papam pro Antichristo, immania inter convitia & execrationes, proclaimare edociti erant. Miseram plebem, qui dedocerent, vel nulli omnino aderant, vel satis haud idonei. Schorichius ejusque comes monitis adhuc, quæ tum Canisius, tum olim Petrus Faber de forma cum hereticis agendi dederat, usi, charitate primū & operibus charitatis, quam nulla infucaret fastū, nulla quæstūs cupiditas, prompto in omnes studio diffusis universorum paulatim cicuratos animos ad recipiendam sacræ Doctrinæ fementem aptos effecere. Erga Ecclesiasticos modestiâ utebantur plurimū, minis aut jure parcissimè, nisi forte, cum severitas evidenter speraretur profutura; sic effectum, ut intra septem non integros Menses tria Rusticanæ plebis millia, posita obstinatione redierint ad Principis obsequium, &, quod is ante omnia optabat, ad pristinum Dei cultum, paucis, qui obfirmatè pericaces erant, patriâ ejectis. Ut ne porrò collecta messis rursum dispergetur, solerter provisum est, ut pulsis sub poena capitali, errorum seminatoribus, Parochis, quorum sanctorum spes erat, subtraherentur libri heretici, Catholicorum vero librorum suppellex, & simul ritè ovicularum animis

118.
Ad reducendos errantes inerrantes Nostris.

119.
Cum ampla potestate ab Episcopis & Principe data.

120.
Acta in Milione Straubingana.

invigilandi forma traderetur : cæteri , de quorum emendatione desperatum fuerat , ocyùs iussu Principis ac Antistitum , totius Bavariæ fines deserere coacti sunt. Precari Numen juvet , ut , quemadmodum plantationi huic & rigationi magna incrementa hucusque dedit , nullis hæreseon aut perduellionum loliis intercepta , ita perpetua semper esse velit , sempèrque uberiora.

I 21. Oenipontani
Collegii res. Oenipontani apud Tyrolenses Collegii Socios nec gaudere ex integro , nec penitus dolore prostrerni rerum eventa permiserunt. Diploma Cæsareum

Viennâ advenerat , quo Ferdinandus Societati cum magna laudum enumeratione , sedem in perpetuum firmat , redditus quoque , Fabricam , tutelam. Læ-

tandi ex hoc materiam intercidit paucos post menses moestissimus de illius o-

bitu nuntius ; orbitatem ex hac morte accepit nostra Familia , cladem univer-

sa Ecclesia. Fuit Imperator Religionis avitæ tenacissimus , & , cùm irruenti in

Germaniam variarum hæreseon torrenti omni ex parte obsistere non posset , id

solicitudinem fecit , ut hæreditarias saltem Domûs Austriacæ Provincias ser-

varet , redderéte Orthodoxas. Franciscus certè Cardinalis Commendonus ,

cùm anno superiore missus ad illum de Religione consultandi causâ fuisset , Tri-

dentum reversus palam & sancte Patribus Concilii affirmavit , esse in Ferdinan-

di pectore tam ardens fidei Catholicæ tutandæ desiderium , ut , si flamma

hæc in cæterorum Germaniæ Principum corda dispartiretur , vel sic divisa suf-

ficeret , ad omne Iolium agro Dominico exterminandum. Ad sanctas hasce

curas , utilem sibi expertus Societatem' , ejus tutelam , ac propagationem sibi

velut propriam vindicavit , ut in diplomate , de Collegio Oenipontano a-

pertè contestatur. Quin etiam morte jam appropinquante inter ultima man-

data , Ferdinando ex filiis quartò genito , ad quem Tyrolis ex testamento per-

ventura erat , scripto relicta , nequaquam oblitus est Societatem ac Dominicū

præfertim Oenipontani absolutionem commendare ; diuturno vexatus morbo

sæpiùs Zittardo Confessario suo asseruit , solum sibi diem Sancti Jacobi Hi-

spaniorum Patroni fatalem , ultimùmque fore , prout re ipsa evenit. Ad mor-

tem obeundam ex usu Ecclesiæ omnibus , etiam extremæ Unctionis , Sacra-

mentis jam procuratus , vetuit à Zittardo , sc , paulò post , in cineres abiturum ,

Imperatorem , sed Ferdinandum duntaxat compellari. Defuncti animam mul-

tis ubique locorum sacrificiis sublevatum ivit Societas , grati animi causâ , ut

quæ ab eodem Collegia in primis tribus urbis Provinciarum suarum condi-

ta accepisset. Interim Oenipontanis Socijs ex hoc fato id incommodi accidit

ut , cùm illicò subsidia ab Ærarii curatoribus non promerentur , & Ferdinandum

Archí-Ducem Regni Bohemici pro Maximiliano fratre , qui Patri in Im-

perio successerat , gubernatio detineret , Collegii ædificium tardè procederet.

Donec remoram hanc quinæ , quas dixi , reginæ sustulerunt , suoque de pe-

culio , ut pergi in structura posset , effecerunt.

I 26. Dilingæ quoque , ut Cardinalis cogitata exequi pergeret , res cænus benè gestæ magnoperè eundem incitârunt. Vigebat docentium simul discen-

tiūmque ardor , horumque in dies augebatur numerus , inter quos Juvenis

Polonus fuit , stemmate natus præcipuo , qui nostrorum instruzione eò ad-

ductus est , ut Calvinum magno omnium solatio publicè ejuraret. Concionibus

Latinis , quas Prorector Covillonius habebat , additæ sunt quadragesimalis jejuniij

hebdomadis ternæ Germanicæ in templo Parochiali , in Sacello verò sanctæ Crucis

Italicæ diebus festis , quæ concionandi frequentia multam illis temporibus admir-

ationem ciebat. Aberat tum Otho , quod vix ab Urbe reducem Maximilianus

Cæsar rogâsset , ut rursum suscepto itinere filios suos Rudolphum , Mathiam ,

Ernestum ad Philippum Secundum Hispaniarum Regem Patruellem suum Man-

tuam Carpetanorum deduceret. Reversus anno altero , intellectis Nostrorum

pis

I 27. Otho Card. erga nos cle- mentissimus.

Italicæ diebus festis , quæ concionandi frequentia multam illis temporibus admir-

ationem ciebat. Aberat tum Otho , quod vix ab Urbe reducem Maximilianus

Cæsar rogâsset , ut rursum suscepto itinere filios suos Rudolphum , Mathiam ,

Ernestum ad Philippum Secundum Hispaniarum Regem Patruellem suum Man-

tuam Carpetanorum deduceret. Reversus anno altero , intellectis Nostrorum

püs in Diœcesin studiis multumque probatis, cùm inter festas acclamations magnificâ pompa Dilingam intraret, ubi ad Nostrorum catervam in platea præstolantem venit, amantissimo fratum nomine compellatos ad manus osculum admisit, tum ad Seminarij partem, ab iisdem habitatam, invisens, & convivam se præbuit, & singulorum cubicula inspectans, ubi quædam minùs, quæma vellet, commoda reperit, ultrò novum à se Collegium exstructum iri pollicitus est. Dein absque mora Stephanum Liberium Collegii Ministrum Triumviris, quos ad contemplandum Diœcesis Augustanæ statum cùm potestate decernendi, quæ opus essent, circummisit, comitem ire jussit, qui insigni animorum bono permultos è flagitorum coeno extraxit, nec pauciores pravis opinionibus ab ects catholicè sentire docuit. Jámque hæc Patrum studia secundam ubique admurmurationem excitabant, quâ Præfus consilium de Nostrorum in Academiam evocatione ita probabatur, ut experimentorum ultrà de nobis nihil videretur petendum, quapropter maturuisse plusquam sat's tempus judicavit Otho, quo tandem Academiam totam pleno cum jure Societati confignaret. Facere id statuit solennitate, qua posset, maxima. Missis per viciniam literis trium coenobiorum Antistites, tum ex prima Nobilitate permultos ad decimum sextum Augusti, Divis Cornelio, ac Cypriano sacrum invitavit. Advenere per frequentes. Adfuit quoque Petrus Canisius, ex Polonia, quò Cardinalis Hosius illum ad constituendum Brunsbergæ in Prussia Collegium evocârat, paulò antè reversus, stititque Othoni Henricum Dionysium Colonensem sorore sua genitum, quem bona Cardinalis gratiâ primum Academæ Rectorem designârat, nam Joannis Covillonij, qui linguam Germanicam ignorabat, quòd Gallicæ Italicaq; peritus esset, opera apud Gallos Italosque futura esse sperabatur utilior, ad quos etiam amissus fuit. Præstituto, quem ajebam, die cantatum ante omnia fuit Pontificio ritu solenne Sacrum à Michaële Dornvogelio Episcopo Adramyteno, Othonis Suffraganeo, post quod Cardinalis gravi Oratione, cur Patres Dilingam evocâsset, cum Societatis commendatione præfatus, Tabulas à Secretario recitari jussit, quæ, quo jure formâque Academia Nostris traderetur, explicabant. Tum præmilio modulis Musicis Hymno, quo ipse Cardinalis invocationi Sancti Spiritus initium fecit, Sociorum unus laudationem gratesque dixit Cornelio Herlenio, tanto largius, quanto is laudatius per annos tredecim & Academæ, & Collegio Sancti Hieronymi præfuerat; respondit ille perquam modestè, gratias egit Cardinali pro delato concessoque tam dignæ regendæ Academæ officio, gratiam simul novam rogavit, ut curis liberatus ibi, salutique suæ deinceps permitteretur vivere, seriam demum hortationem, ut erat Societati imprimis addictus, subjunxit ad juventutem scholasticam, qua observantiae illam, & obsequii erga novum regimen, Magisteriumque commonuit, Epomidem dein purpuream, sigillum argenteum, claves, sceptrumque ad Cardinalis pedes deponit, qui vicissim benevolè complexum ipso in vestigio Apostolicæ Sedis Protonorarium renuntiat. Insignia verò Academæ ad Canisium, inter Nostros ordine confidentes primum, utpote Provincialem, remittit, admonitum, ut ex Præpositi Generalis arbitrio Rectorem proclamet. Præfatus Canisius, eâ, qua par erat, demissione, Collegium Societatis, & Sancti Hieronymi, unâ cum Academæ gubernatione à Lainio Generali cum gratiarum actione recipi, addidit, primum ab eodem Rectorem designari Henricum Dionysium, mox annuente Cardinali palam Insignibus novi Magistratus indutum ad Othonis genua perduxit, qui benè à DEO precatus ad subsellia eum remisit. Ubi cùm Dionysius quoque gratias paucis egisset Antistiti, & eidem fidelitatem, Academicis amorem & officia sanctè detulisset, rursum Secretarius è scripto palam fecit, velle Cardinalem, ut, quandoquidem Societas erit minum, uti & causarum, quæ cives inter & scholasticos oriri possint, Ju-

I 28.
Stephanum
Liberium Vi-
sitatoribus
Diœcessibus
adjungit,

I 29.
Ac denique
Academiam
cum pompa
& solennitate
Societati tra-
dit.
*Stengel de
reb. Aca-
gust.*

I 30.
Diversi in hac
celebritate
Oratoris

I 31.
Gubernator
Academie
institutus, e-
jus officium.

dicatui ne misceretur deprecata esset, Reætori Magnifico addatur vir bonus, & industrius, qui, Gubernatoris titulo insignitus, ad judicanda scholastico-rum crima, & lites cum civibus, vindicandaque Academiæ Privilegia Reætoris vicem suppleat, primum porrò hujuscemodi cum potestate gubernatorum fore deinceps, donec aliter videatur, Cornelium Hetlenium à Rosen-thall, omnes proin & Rectori, & Gubernatori in omnibus, quæ ad eorum officia pertinerent, obedienter auscultarent, quæ universa in scripto uberiori declarata cùm recitâset Secretarius, elata voce dixit: Cantate, Te Deum laudamus: quod ubi alternante choro factum est, Cardinalis impertita omnibus sacra Benedictione illius diei celebrati finem imposuit, non item beneficentia, nam & redditus majori nutriendo Sociorum numero augere statuit, & Societatis nomen, Jurâque Academica tuenda ampliandaque suscepit. Quin, cùm honores publici benè meritis deferrentur, sua hasce pompas præsentia cohonestavit.

I 32.
Primi Baccalaurei à novo
Rectore crea-
ti. Primus Re-
gens Convi-
tus Thomas
Barbyschius.

Calendis Septembris primi in schola Theologiæ creati sunt ab Rectore Dionysio Theologiæ Baccalaurei: externi duo, Nostrates quatuor, ex quibus Gaspar Hayvodus & Joannes Rabenstein Sæpius in Historia locum habitudi. Collegio S. Hieronymi gubernando primus admotus fuit Thomas Barbyschius, tyro adhuc, quod mireris, & necdum Religioni votis adstrictus. Viri nimirum pietas, doctrina, prudentia, tum hoc illum munere, tum nostra memoria dignum reddiderunt.

I 33.
Barbyschii
laus.
Henricus Mo-
rus.
Hist. Prov.
Angl.

Tannerus in
Societate A-
p. initiat.

Natione Britanus erat Barbyschius Jurisprudentiæ Doctor, Edmundi Bonnini Londinensis Episcopi, Patrui sui, Cancellarius. Cùm ambo sub Maria Regina Catholica multa pro fide præclarè egissent, longè tamen clariores evaserunt tolerantiâ malorum sub Elisabetha. Amplis possessionibus ob Religionem spoliatus Barbyschius, quod literis admodum eruditus habebatur, clanculum ab Anglis Catholicis ad Tridentinum Concilium alegatus fuit, sententiam petiturus de controversa admodum quæstione, liceréne templa Hæreticorum, & sacra adire, quod ut facerent, sub magni æris multâ jubabantur Catholici. Responso accepto, id nefas esse, reversus in Angliam captus est, & foedissimo inclusus carceri: cùm diuturnæ calamitatis insolitus aliquando mœror oppressum teneret, repente affixam parieti, quam antea nunquam viderat, Iconem Christi in cruce fixi & sanguine manantis conspectit, hujus intuitu mœstitia omnis in gaudium, timiditas in magnanimitatem vertit; nihil jam erat, & vinculorum, & suppliciorum, quæ cum ipsa morte perpeti pro Fide non auderet. Sed mortis locò indictum exilium fuit. In Galliam ejactus de vitæ statu mutando cogitare coepit, atque, ut erat plurimum pro sua salute anxius, ad sacram Carthusianorum familiam inclinabat. At nempe, novit Deus, quos sibi solis invigilare, quos etiam aliorum curam suscipere expediatur. Dum hæsitat, dum deliberat Thomas, ecce tibi! clausa quamvis esset janua, virum sibi ignotum ad latus videt, à quo his verbis compellatur: tu quidem si Carthusianus futurus es, saluti tuæ consules, at ubi futurus est proximus? Enimverò piaculum duxit ultrà secum consultare: ad Lainium, qui tunc Tridenti erat, profectus, admitti in Societatem flagitavit, nec ille, cùm tam certa Divinæ Vocationis signa intellexit, refragari est aulus, licet annum ætatis quadragesimum quintum Thomas jam ageret, Monachium, indéque Dilingam missus, ut memorabam, vel tyro adhuc, ea moderatione, prudentia, & sanctæ potissimum vitæ exemplis commissam sibi juventutem gubernavit, ut aptissimus videretur, qui Societatis ipsius Novitiis ad Instituti perfectionem erudiendis præficeretur, cui proin muneri, in Gallias revocatus, Billomi complures annos præfuit, inspirata Alumnis, quæ ipse pollebat, sanctimoniam. Postremis vitæ temporibus quamvis doctus impensis, & quatuor Societatis vota professus, ut conterere tamen vitæ reliquum pri-

primis Fidei Elementis pueritiae instillandis permitteretur, à moderatoribus exoravit, ac tanta id accuratione peregit, ut adulti quoque ad ejus Catecheses, tanquam ad conciones magno numero coirent, & clari etiam nōminis Theologi, dicta ejus, quae ad mores conformandos, vel ad fidei controversias pertinebant, in pugillares referrent. In his laboribus, cùm interea in omnem ad Brittannos navigandi occasionem invigilasset quidem, nec tamen obtinuisse, sibi nihilominus ac mundo mortuus, ad incruenti Martyrij præmium capiendum in cœlum abiit Mussiponti in Lotharingia, octogesimo ætatis anno jam expleto.

Caterūm Dilingæ pompas Academicas post pauculos menses, excepit alia celebritas, funebris quidem, sed apparatu minime funereo. Clauerat Romæ ultimum diem decimo nono Januarij Jacobus Lainius, postquam octo annos Societatem Generalis Præpositus gubernasset. Nuntio mortis accepto Cardinalis Otho, quemadmodum viventem ex merito plurimum æstimarat, ita magnificas defuncto adornavit exequias, ait ritu planè extraordinario: remotis vestibus pullis, quibus Sacerdotes, aræcæ ac parietes vestiri in funebribus solent, rubra omnia, splendidaque substitui jussit. Causam rogatus, tanti viri ad Beatos transitum non lucu prosequendum, sed jubilo, reposuit, similiisque argumenta, cur ita respondisset, ab uno è Nostris, laudativo sermone exponi voluit, quo finiente, consurgens è sella Otho minime vulgaria quædam, ac religiosæ præserit demissionis exempla à Lainio edita recensuit, quorum ipse præfens testis fuisset. His benevolentiae in universam familiam nostram speciminibus, cogitabat singulare denuò in Dilinganos Patres beneficium, & veluti beneficentiaæ semper duraturæ complementum addere, videlicet procurando universi Canonicorum Cathedralium Collegii assensu, quo illi quoque rata, jussaque haberent, quæ ipse de Academia à Societate ex proprio, quod illa haberet, Instituti, legibus regenda, & possessione quidem juréque perpetuo obtainenda statuisset. Verum hi, et si nobiscum infensè jam non agerent, ne cum tamen eò facilitatis inclinabant, ut adversum nova hæc Antistitis postulata nihil obijci posse existimarent, unde Remora assensioni ponenda videretur. Ac in Canisii quidem Sociorūque laboribus ultrò fatebantur, nihil esse non in se commendabile, in publicum perquam utile, sed non desuit, qui, quod esset in Societatem parum benevolus, in futurum erat nimis providus, ac supervacuā curā turbatus erga plurima. Scripto admodum prolixo videri volens Canonicorum causā sollicitus, graviter eos commonefecit, expenderent sedulo, quid de Jesuitis (nomen id jam tunc invulnerat) statuendum haberent: esse illorum Ordinem jam exemptum generatim ab Jurisdictione sacra, quam Episcopi in eos exercere possint, nunc petere, ut Divi quoque Hieronymi Seminarium, & Academiam totam pleno jure gubernandam in perpetuum accipient, ex suis Rectorem, ex suis Cancellarium, suo suffragio Gubernatores, cæteros Ministros omnes imittant, dimittantque suo Iubitu, leges ponant, ad leges obligent, legirupas puniant pro arbitrio. Quid hoc aliud, quam Antistiti Divinum humanumque Dominum in urbem suam, aut eripere, aut non nisi decurtatum probè, ac veluti prearium relinquere? Itane vellent Canonici hos iurium sectores, etiam auro conducere, & multo quidem? nam opus fore, ad fundandam domum, quæ triginta minimum incolas alat, magnis planè sumptibus. Quamquam non incolas dicendos, qui illinc versaturi sint, sed hospites; nam plerosque, qui Dilingæ aliquamdiu enutriti literisque instructi fuerint, postmodum, ut in Societate usitatum sit, aliò amandari extra Sueviam, extrà Germaniam, sæpè extra Europam, nullo Diœcesis Augustanæ proventu, magna expensarum jatura, quin & hominum. Præclarissimos quosque adolescentes & optimis for-

MDLXV.

134.
Ortho de-
functo Lainio
miro rite pa-
rentat.135.
Plena guber-
natio Acade-
miae Dilinga-
ne vocatur in
dubium.136.
Rationes,
quibus id dif-
fuderetur.

tunæ, naturæque dotibus ornatos pelleatum iri variis lenociniis, ut Societati se adjungant, invitæ sæpè parentibus, neglectâ patriâ. In horum vicem homines substitui extraneos; qui Germanorum absument patrimonia, cùm interim Germanis prodesse nec possint, nec, si possent, velint. Nam suo illos Instituto multis, quibus Clericos fungi oporteat, abstineri muneribus, Choro in templis, cantu in sacris, curâ ovicularum in parœciis. Hæc tamen omnia eò denique à se dici, non ut Jesuitæ abdicentur, aut penitus, aut continuo; cùm inficias ire nolit, eorum officia Dilinganis scholis neutiquam fuisse inutilia, sed ne provolandum illicò quisquam putet ad tam latè patentem Jurum cessionem, aut decreto irrevocabili Domicilium illis, gubernationemque, imò Dominium stabile in Academiam transcribendum: tempus dandum esse deliberationi, forsan ipsum Cardinalem, cujus zelum pro Dioceſi sua nemo non laudet, & affectum in Societatem damnare nemo ausit, visurum tamen aliquas cum die rationes, ex quibus sibi aut certè Successoribus, tam arctos potestatis limites ponendos esse haud existimet.

137.
Quibus No-
stri repon-
dentes.

Huic scripturæ, uti oblata est Canonis, Nostri, ipso impellente Cardinali, modeſtè respondendum autumârunt, primùm, nequaquam in invidiā trahendum esse affirmabant, quod Societas, Summorum Pontificum pluribus Decretis, Episcoporum potestate fuerit exempta; Privilegium hoc multis Religiosorum Ordinibus concessum, & concedendi causas in quovis horum Ordinum judicatas fuisse peculiariter magnas: ac Societati quidem, si divinare liceat, ideo hanc gratiam fuisse promptè oblatam, quod, cùm ejus Professi singulari voto Romanæ Sedi ad itinera laboresque Apostolicos, quoquoversum illa miserit, se totos, vitâmq; & sanguinem devoveant, haud iniquum esse visum fuerit, si vicissim Romana Sedes non alterius, sed suo duntaxat tribunali subjacere illos velit. Cæterum orbi testatum esse, quâm parcè nihilominus hac exceptione utatur Societas, quâm nihil, quantumvis salubre, & animalium saluti proficuum, inchoet, urgeâtve, non consulto, non annuente loci Antistite, cui ut summam ubique reverentiam, obsequiūmque præstemus, legibus jubeamur. Jam verò (pergebant respondendo) quod Seminarium Divi Hieronymi ipsâmque Academiam nostris legibus gubernandam flagitemus, nolimus sanè, ut quisquam eò interpretetur, ac si ad absolutam grassemus Dominationem. Juxta normam Collegii Germanici, quod Romæ est, instituere Dilinganum mens est Cardinali: habet Romanum Protectores Cardinales, inter quos Otho quoque fuit, dum illic degeret. Exercent Cardinales iū supremam sanè potestatem in Collegium, at Nostros minimè impediunt, quin juxta leges semel latas Alumnos gubernent, contineant in officio, &c, si quâ opus est, coérceant. Legibus Romanis & nos Dilingæ uti cogitamus, nisi, quatenus Patriæ ac Dioceſis usui accommodare illas, mutaréque Antistiti, virisque prudentibus in consilium adhibitis semel visum fuerit; nam facilis legum immutatio, nisi summa necessitas urgeat, si identidem sequatur, tricæ pariter, molestiæ, ac disciplinæ detrimenta subsequentur perpetua. Quæ causa etiam ad postulandum nos impulit, ut finamur Academiam nostro jure ac Instituto regere, nempe ad juventutem bonis moribus, bonisque literis certius imbwendam, absque dominatu ullo, quo eorum, qui rerum potiuntur, jura constringantur: liberi potius erunt Antistites molestâ curâ conquiriendi Rectores, Professores, cæterosque Academæ habiles Ministros. Quâm temerè enim aget, qui suspicari volet, Societatis moderatoribus, aut scientiam deesse, quos diligere habeant idoneos, aut vigilantiam, ne quid à suis in administranda Academia peccetur, vel denique, si quid peccatum est, emendetur. Verùm enim verò ad finem hunc obtinendum stable nobis Domicilium attribui poscimus? fatemur id, sed illud inficiamur, enormes ad hoc sum-

sumptus expeti. Comparentur rationes expensarum, quæ ante nostrorum adventum in Professores faciendæ erant, cum iis, quæ nunc fiunt; quanto minor summa? si commoda literarum studiis habitatio, & supellex, si vestitui, viciisque neutquam sumptuoso, tanta pro temporum varietate parentur subsidia, ut mendicare ostiatim non sit opus, neque fatigare continuo extero rum beneficentiam; si insuper concedantur, quæ ex communi, quo cæteri Religiosi ferè omnes gaudent, jure, ad nos pervenient, satisfactum erit fundationi. Qui aliter de Societate loquuntur, aut inter ignaros rerum nostrarum adscribi æquum est, aut inter maledicos: accenseri alterutris possunt ii, quos intempestiva sollicitudo cruciat, ne juventutis principes, in quibus ingenium, ac disciplinarum capacitas emineat, artibus variis ac blanditiis ad Societatem, sèpè contra voluntatem parentum attractos, Dilingæ quidem tantisper nutriamus, ac tum optimis literis vel imbutos, vel imbuendos in exteris terras amandemus, absque spe revisendæ olim Suevia, & Episcopatū Augustani. Nihil in primo, quod hic opponitur, veri, nihil in altero mali est; nam Adolescentes quidem instituto nostro idoneos, si attraheremus, non id faceremus absque exemplo: in hac, quam hæresis invexit, Monasteriorum solidudine vivimus, quantopere quò magis pii, eò magis solliciti Præfules Religiosi laborent, ut domiciliis suis pristinam reddant frequentiam, quin pias hasce, suavèque venationes, quas absque dolo, & fraude instituunt, quisquam improbare ausit. Ita profectio & nos tendiculas quidem insidiosas juventuti haud nescimus, si quem tamen, muniis nostris aptum, videamus. Divini Spiritus impulsu ad nostram Sodalitatem duci, cur contrà, quām Apostolus vetat, spiritum hunc extinguemus? quamvis nunquam nolentibus Patronis, quibus legitimè obligatur adolescens, recipiatur, invitatis autem parentibus, perquām raro, nec nisi, quando Divi Hieronymi consilium exequi necessum est, qui filiis, ut etiam per calcatum patrem, per calcatam matrem pergant, atque ad vocantem Christum evolent, Author utique idoneus, & suus est. Si viros doctos in longinas regiones dimittimus, sufficiemus alios prioribus pares, sèpè superiores; si docendos varièque erudiendos literatura, id eò fit, ut omni doctrinâ ex politi in patriam redeant, aut certè in Germaniam. An verò decorum haud est Academæ nostræ, nullo hujus incommodo viros educere, totius Germaniae commodo natos factosque? Ast nempe extranei sunt, qui in Academia hac Dioecesanorum aluntur sumptibus: an verò Sotus cum duobus è familia sua, an Lindanus & Rithovius, an is, quem Academæ gubernatorem laudatissimum, adhuc Dilingæ præsentem honoris causa nominamus, Cornelius Rosenthalius exteriori non sunt? succedent brevi, ne ambige, ex Germania, ex ipsa Suevia nostra Alumni literarum egregii, ut exteris non desideres, exterorum tamen (ut debitas pro beneficio grates memoremus) educatione ac industriâ. Quamquam, si verè reputemus, uti in multis aliis cœtibus, sic in scholis præsertim, ac Athenæis peregrinitas, nescio quid majoris & famæ, & Authoritatis conciliet, unde & veteres Philosophi, ut cum dignitate in Pallio sese ostentare possent, Orientis priùs & Occidentis plagas in penula viatoriâ pervagari sunt soliti. Cùm ex adverso, ut in patria sua nullus Propheta acceptus, sic nullus Doctor admodum sit estimatus. Quid porrò, qui in Academia hac & Gymnasio literas profitebuntur, uti & pauculi, qui illis adjungentur, haud omnia Clericorum officia promiscuè sint assumpturi, non parcerias, non chorum, cantumve in templo, haud appetet, cur in culpam verti possit. Ne Poëtae quidem omnes Musas cantatrices esse voluerunt, sed aliam contemplandis astris, aliam dimetiendæ terræ, aliam supputandis numeris intentam esse finxerunt. Cantabitur in templis nostris, cùm Phonacos, cùm canendi peritos naçli fuerimus. Ad chorum quod attinet, nihil ilud attinere ad eos, qui literas profitentur, Romanæ sedis judicio, quin aliorum etiam Ordinum usu, declaratum est, ut ne videlicet præpediantur, ne alia mi-

nisteria, quibus diu noctuque in orbis totius conspectu Societas ad aliud salutem sese utilissime occupat. Querelam, quod neque Parochias, neque omnia, quae Parochi solent, Sacraenta administremus, brevi disparituram, certi sumus ex iis, quae elapsi anno Augustae acta transactaque sunt cum parochio Ecclesiae Cathedralis. Quod, si in praesens non nemini contrarium à nobis faciendum videbitur ob eam, quae nunc est, Sacerdotum penuriam, adlaborabimus strenue, ut novas validasque suppertas ex Academia hac, Gymnasio, & Divi Hieronymi Seminario quamprimum educamus. Et venient, nî vehementer nos fallimus, venient brevi tempora, quibus Suevia conferendi parochias poenè inopem, non ex paucitate, sed ex copia Sacerdotum sese factam admirabitur.

- 138.** *Augustæ Nostræ operantur sedulè.* Hæc responsio fuit ad ea, quæ adversus stabilitamentum Collegii, & Academiam, cum Seminario Divi Hieronymi, Societati perpetuò transcribendam fuere proposita. Quantum rationes nostræ valuerint, anni sequentes demonstrabunt: deliberatum interea, disputatumque fuit de hoc in utramque partem fat diu, æquè ac de Collegio Augustano, quamquam illic pauculi è nostris pergerent eadem, quâ prioribus annis, sedulitate, multorum labores exæquare. Incitati Dilinganorum maximè exemplo, nam & hi Canonicorum tergiversatione nihil moti, nihil pariter de suâ industria ad Academiam pietatis, & literarum splendore excolendam remiserunt, animante haud mediocriter Cardinali Othono, qui, ut obfirmatum, in condendo Societatis Collegio, nullisque obstaculis frangendum animum demonstraret, nova iterum pompa magnis impensis adornata tertio Idus Augusti primum novæ Nostrorum habitationi struendæ lapidem posuit, strukturâmque deinceps strenue ursit, quod arioris in Societatem exemplum tribus post annis inspectante Roma in templi nostri, quod domui professæ Cardinalis Alexander Farnesius condidit, jaciendis fundamentis innovavit. Mense Aprili, quod Henricus Dionysius morbida semper esset valetudine, subrogatus fuit moderando Collegio, & Academiz Rector Magnificus Theodoricus Canisius, qui Academicis scholis Hebraicam addidit & Mathematicam, Gymnasticis infimam Grammaticam, multis id è prima Nobilitate flagitantibus, habitæ exercitationes intra scholarum parietes Prosâ, versu, Dialogis, Grajo sermone ac Latio, unde dramata paulatim ac Judi Theatrales in Provinciam propagati. Sed, ut ante omnia, Musæ Christianæ Divino cultui dedicarentur, voluit Theodoricus, ut die, quo sacrum sanctum Eucharistiae Sacrementum solenni ritu circumfertur, ubi ad Collegii fores perventum est, non solum Adolescentes veste, qua Angeli pinguntur, amicti, Christum panis specie velatum Græco Latinioque Carmine venerabundi salutarent, verum etiam parietes variis carminibus patente amplaque in charta descriptis ornarentur, quod annui ornamenti in eadem celebritate genus Augustæ adhuc, & Ratisbonæ, ubi Acatholici cum Orthodoxis promiscue habitant, usitatum est.
- 140.** *Dilingz novus Rector Theodoricus Canisius.* **141.** *Novæ scholæ, & scholarum exercitia.* Sed & alia consuetudo in Academiam est introducta, apprimæ utilis conservandæ fidei de præcipuo Religionis Mysterio, Eucharistia videlicet, ac reliquis Catholicæ Doctrinæ cardinibus, à Petro Canisio salubriter excogitata. Animadverterat is, cùm ex occasione itinerum, ac ejus, quod gerebat, officii, ferè omnes Germaniæ Academias Catholicas circumiisset, irrepsisse in eas hostes Romanæ Ecclesiæ, qui inter docendas descendásque literas clanculum inter Academicos errorum lolia seminarent, atque insuper, ubi Doctorum insignia autoritatēmque nauci essent, domum reduces præjudicio sui gradus velut novâ armaturâ in Catholicos oppugnandos uterentur. Malo huic avertendo optimum remedium fore arbitratus est, ut deinceps nemo ad obeun-
- 142.** *Affixiones carminum.* **143.** *Professio Fidei introducta in Academiam Dilin-* ganam. Sed & alia consuetudo in Academiam est introducta, apprimæ utilis conservandæ fidei de præcipuo Religionis Mysterio, Eucharistia videlicet, ac reliquis Catholicæ Doctrinæ cardinibus, à Petro Canisio salubriter excogitata. Animadverterat is, cùm ex occasione itinerum, ac ejus, quod gerebat, officii, ferè omnes Germaniæ Academias Catholicas circumiisset, irrepsisse in eas hostes Romanæ Ecclesiæ, qui inter docendas descendásque literas clanculum inter Academicos errorum lolia seminarent, atque insuper, ubi Doctorum insignia autoritatēmque nauci essent, domum reduces præjudicio sui gradus velut novâ armaturâ in Catholicos oppugnandos uterentur. Malo huic avertendo optimum remedium fore arbitratus est, ut deinceps nemo ad obeun-

obeyendum in schola Professoris munus , nullumve honoris literarii gradum admitteretur , quin prius fidei Orthodoxæ professionem ex nuper vulgata Concilii Tridentini formula coram testibus edidisset . Communicavit hæc cogitata Petrus cum Lainio , is cum Pontifice , qui magna rei utilitate perpenia & agnita , sanctionem mox edidit , præceptumque gravissimum exequendi in omnibus Catholicorum Academiis , quæ tam salutariter fuissent suasa . Primus hoc contra tallacias antè memoratas antidotum , quod unus Canisius invenit , alter Canisius adhibuit , Theodoricus Petri frater , effectu , ut brevi videbimus , nequaquam irrito . At longè memorabilior fuit alterius in Romanam fidem publicè jurata professio : agebat Ulmæ civitate Imperii celeberrima , sed Lutherana , Ludovicus Rabus Theologiæ apud Tubingenses unà cum Andrea Schmidlino , affectatæ infeliciter Religionum concordiæ famoso fabricatores creatus Doctor , sed oestro ciendarum seditionum , quam eruditione notior , Ulmensibus tamen velut Oraculum adoratus . Filius huic erat Joannes Jacobus nomine , Patri ingenio ac dicendi facultate , si non superior , par tamen , in dolo autem multò melior , bonique seminis capacior . Is ad linguarum Græcæ Latinæque studium admotus , cùm Græcos Latinosque Patres evolveret , pervidit brevi , quanto reciùs horum tuba præ tumultuosa parentis buccina Evangelii veritatem insonet . Melioris itaque ductus classica sequi certus , Dilingam secundo Istro descendit , ubi exemptis , qui supererant , de Religione scrupulis , ejurato palam Luthero ad Catholicorum castra transiit , ad eadem invitare dein fedulus , & patrem , & Ulmensem populum . Theologiam Ingolstadii emensus , ac Ducis Alberti quondam Concionator verbo , scriptisque libris inclitus evasit , ex quibus tamen nihil , nisi convicia , ac irrisiones retulit à Sannione quodam , qui Rhythmis Germanicis adversus Nycticoracem bunc (sic eum appellat , quod Rabus Latinis Corvum sonet) scurriliter ipse crocitans , debacchatur .

Consimilis ad fidem reversio sub idem tempus maximo cum aplausu excepta est Oenipoti . Ferdinandus , Ferdinandi Cæsaris demortui filius , quo ad in Tyrolim , hereditate ad se devolutam , ex Bohemiæ gubernatione remearet , Schwickhardum Comitem Helfensteinum ei Provinciae regendæ præfecerat . Fuit stirps Helfensteinia , quæ superioris seculi anno vicelimo septimo defecit , jam ante millenos propemodum annos nobilissima , ex Sueviæ Ducibus , & Dilingæ Comitibus propagata . Burchardus quippe Hugobaldi Comitis Dilingani filius , Sancti Udalrici Augustanorum Episcopi frater , cùm in Würtembergicarum alpium fauibus , arcem Helfensteiniam (quod lapidem adjutorii interpreteris) condidisset , cognomen indè sibi posterisque fecit , inter quos viri existere domi ac militiae præclarissimi . Gloriatur certè Academia Ingolstadiensis , quod primus ex universis Imperii Comitibus Ludovicus Helfensteinius eam illustrârunt , peste tamen ibidem , dum Canonicus jam esset Augustanus , è vivis sublatus . Sed maximum familiæ decus Gebhardus est , inter Divos relatus , qui teste Hundio , Lazioque Salisburgensium Archiepiscopus , cùm neglecta Cæsaris Henrici Quarti , quam prius maximam possidebat , gratiâ , exilium plurimâsque calamitates pro Sanctæ Sedis Romanæ tuendis Juribus diu perpessus esset , fundato Gurensi in Carinthia Episcopatu & celeberrimo Ordinis Sancti Benedicti Monasterio Admontensi , sororem quoque Dietburgam Comitis Playensis Uxorem permovit , ut unà cum Wernerio (Bernardum alli vocant) marito celebre in Bavaria Reicherspergæ Collegium Divi Augustini Canonicis Regularibus strueret , dotaréque . Ex eadem Helfensteiniorum gente Ludovicus fuit , quem rusticci in rebellione , seu bello (ut Historici appellant) rusticano , quod , ut alibi meminimus , Münzerus ex Lu-

I 44 .
Quod Petri
Canisii sua-
su Pontifice
statuit .

I 45 .
Theodoricus
Canisius pri-
mus exequi-
tur .

I 46 .
Jo. Jacobi
Rabi ad Ca-
tholicos
transitus .
Paulus Fre-
her. in his-
viror erudit .

I 47 .
Schwickardt
Comitis Hel-
fensteinii
cum Maria
conjuge ad
Ecclesiam re-
ditus Oeni-
poni .

I 48 .
Helfenstei-
nia gentis
decora .

theri dogmatis excitaverat, Winspergæ in Franconia captum inter projectas haftas decurrere coegerunt, & inspectante conjugæ, ac miserabili ejulatu effratos nec quicquam mollire conata, crudelissimè confoderunt.

Patrem Schvwickardus habuit Georgium, qui Alsatiz, cùm Austriacis adhuc subefset, gubernator, toga & sagò nobilissimus fuit, ut qui doctrinâ multum, plus Religione præstans, contra Turcas & Protestantes arma gessit gloriosè ac feliciter, una sobole aliquamdiu infelix; nam Schvwickhardus ad Lutherum defecit, quem uxor quoque Maria secuta est, quamvis & ipsa Parentibus nata Catholicis, è stirpe Hohenzollerana, quæ nunc in Suevia ad Principum, in Prussia verò ad Regiæ Majestatis fastigium est evecta. Non permisit tamen miserans DEUS perire conjuges, non indole sua, quam nacti erant optimam, sed temporum illorum tenebris, ac fortè agnatorum, qui tum adhuc Lutherani erant, exemplo deceptos; ubi Oenipontum advenere Nostri, atque in Reginarum Aulam admissi fuere, crebriùs occasionem captarunt, Religionem movendi ambobus conjugibus, monendique, ut circumspectarent lese, & animi periculum, in quod se dedissent, consideratiūs intuerentur; reperire vacivas aures bona monita, quæ dum accumulant Nostri, dum errores ostendunt, dubia resolvunt, lucemque in primis à DEO ut petant, adhortantur, affulget hæc tandem à benigno Numine; Schvwickardus & Maria publicè Catholicam Religionem amplexi, si quid pravi exempli dedissent, minimè vulgari pietate compensare gnaviter sub oculis totius civitatis institerunt. Derivato simul in Societatem ultra meritum & vota, perpetuo fructu sacræ operæ, quam hæc ipsis impendisset, ut post annos aliquot conspicabimur.

In Bavaria Albertus Princeps gemini, quod excitârat, Collegii res, solita clementia partim auxit, partim, cùm opus esset, defendit. Obierat immaturo fato Societatis ille amicus singularis Fridericus Staphilus, quanto Catholicorum mœrore, tanto Acatholicorum gaudio, qui vivum odio, defunctorum probroso Epitaphio sunt prosecuti; versatus in Academia fuerat cum jure profitandi Theologiam, ac titulo supremi Inspectoris, quod utrumque ab eius morte nulli quidem alteri deferendum ratus Princeps ejus locò novum è Nostris Senatorem Academicum instituit, & quidem Consiliij Philosophici, cui haclenus nemo è Sociis adfuerat; quare, cùm Reisacherus, Philosophiæ hucusque Magister publicus, è vita migrasset, succedere in eadem tradenda unum è Nostris, simûlque solitis interesse consultationibus, edito diplomate voluit. Pacatè hæc transacta sunt omnia: at Monachii Paulum Hoffxum Collegii Rectorem nuper Ingolstadio ad Monacenses Socios excitum (nam Theodoricus Canisius Dilingani Collegii gubernacula suscipere jussus erat) molestiz non mediocres exceperunt, ac difficultates non illicò sopiendæ, nisi potentiores manus oppressisset. Libro insudabat Paulus, quem de Eucharistia sub una duntaxat specie sumenda magno plausu, majore fructu subin vulgavit: cùm immani calumnia, adversus Societatem conficta, interturbatur. Puer quatuordecim annorum, cui Joanni Kessellio nomen, rustici Illmendorffensis in Bavaria filius, scholas nostras aliquamdiu frequentârat: exesse jussus ob malos mores Neoburgum ad Danubium, Palatinatus, ut vocant, junioris urbem principem digressus, in cauponis, nescio cuius, familiam se addixerat; ea is corporis formatione erat, ut quoties lubitum, testes retrahere posset, quin ullo modo apparerent. Insolite rei indicium cùm procax adolescentis aliis fecisset, occasio per quam optanda vîla est Novatoribus, qui Neoburgi erant, infamiae prægrandis in Societatem concinnandæ. Subornatur puer, ut, quod primùm jocans dixerat, postea seriò affirmet, se, cùm adhuc in scholis Monacensibus

I 49.
Ingolstadii
obit Fride-
ricus Staphi-
lus.

I 50.
Monachii a-
terox in Socie-
tatem calum-
nia judiciali
sententia fal-
satis convi-
cta pronun-
tiatur.
sæcch. Hist.
Soc. P. 3. l. 1.
n. 100.

digressus, in cauponis, nescio cuius, familiam se addixerat; ea is corporis formatione erat, ut quoties lubitum, testes retrahere posset, quin ullo modo apparerent. Insolite rei indicium cùm procax adolescentis aliis fecisset, occasio per quam optanda vîla est Novatoribus, qui Neoburgi erant, infamiae prægrandis in Societatem concinnandæ. Subornatur puer, ut, quod primùm jocans dixerat, postea seriò affirmet, se, cùm adhuc in scholis Monacensibus dege-

degerer, à Godefrido Hanaz Collegii obsonatore blandimentis, munusculisque inducūm fuisse, ut evirationem admitteret: quam fabulam ut credibilem efficerent, conquiruntur duo Wolfgangi Principis Lutherani Chirurgi, qui inspecto corpore testimonium consribant suo nomine, suo firmatum signo, rem ita, ut puer effatus esset, se habere. Tum enim verò vulgari commentum undique, scripto, typo. Creditur, plauditur, mixti execrationibus sibili ubique perniciant. Albertus, de mendacii enormitate nostrāque innocentia certus, rem in suam contumeliam interpretandam suscipit, quod tam noxios videlicet homines foveat ipse, alāque magnis sumptibus; vestigatores igitur amittit, quod puerum alicubi deprehendant: & verò, quantumcunque intentis in pueri custodiā calumniatorum oculis, in manus tamen conqueritorum incidit: perductus Monachium, primū quidem Parentibus sistitur, qui ut ex se genitum affirmārunt, operam dedit Princeps, ut duo Chirurgi Augustā, totidem Ratisbonā atque etiam Neoburgo, & quidem illi ipsi, qui de Joannis castratura testes literas dederant, Monachium evocarentur. Adhibiti quoque sunt variis ex locis accersiti octo Medici: dum coram Principis, urbisque Senatu nudus puer inspiciatur, dum nulla sectionis deprehenditur cicatrix, dum puer diversa interrogatus in responsis nutat quidem, quod tamen virilitas haud appareret, suspecta quidem esse coepit fallitatis calumnia, at necdum convinci poterat, donec Chirurgus Principis ceteris perspicacior Joanni, ut spiritum contineret, ventrēque inflaret, mandavit, tum enim verò in omnium oculis, quod latitabat, prodit, proditur quoque plusquam palpabile pigmentum: Medici, Chirurgi, ceteri omnes jurejurando roboratas expedient tabulas Augusti die decima tertia, quibus ipsi Chirurgi Neoburgenses fabulae administri Joannes Baierus, & Joannes Birichius subscriptionem adjungunt, rubore pleni & sola imperitiæ ac simplicitatis ridicula confessione sese excusantes. Impudentissimæ strophæ Historiam, ac fœditatem imposturæ literis publicis, & suo signatis nomine ac sigillo, quin & prelo impressis, quoquoeverum dimisit Albertus, ac manifestè dignoscendum reliquit univerlo orbi, penè quos tandem, ubi de fide disceptatur, bona potius, aut mala fides quæri debeat, inveniri possit.

Novum interea, uti universæ tum Ecclesiæ, tum Societati, ita & Provinciæ nostræ Numinis beneficio paratum fuit præsidium in Pio V. Pontifice Maximo, cui ob eximiam vitæ sanctimoniam publica ad aras memoria cultusque à Sede Apostolica ante annos non adeò multos decretus fuit. Obierat anno superiore, ad finem properante, mensis Decembris die nono Pius IV, à Sancto sororis suæ filio Carolo Borromæo ad mortem piissimè comparatus. Comitia de novo Pontifice eligendo timebantur in longum itura, quod Principum in Europa factiones etiam in Electorum conclave videbantur penetraturæ: verū mensis haud effluxit, cum adnitentibus potissimum Carolo Borromæo, Marco Sittico Hohenemsio Germano, quem Itali Altembsium vocant, & Alexandro Farnesio, integrimis Cardinalibus, ac solam in eligendo Pontifice virtutem, & Ecclesiæ Bonum respectantibus, triplex Tiara Michaëli Ghislerio, Cardinali tunc Alexandino, Dominicanis Ordinis Alumno, est imposta, viro, si quisquam aliis, summa hac in terris celsitate dignissimo, quem fatiscenti sub bellorum, & hærescon pondere Christiano orbi divinitùs concessum servatorem probi omnes agnoverunt. Pii inter Pontifices, qui hoc nomine censentur, Quinti appellationem assumpsit, ut pīs omnibus auspiciatam, sic etiam Societati feliciter prælagam, fore, ut, quam in Pio IV. habuimus, ralem in V. habituri simus, paterno semper in nos amore benevolum, ac multipliciter beneficium. Neque spes fecellit, quod Societatis, atque etiam externorum monumenta ampliter narrant. Favorum primitias nostra ferre Provincia exceptit, utpote prima, cuius obsequiis Pontifex uti voluit, quod meritò inter summos favores censemus putamus. Circumierat præcedente anno: Petrus Canisius Pii IV. jussu cum Nuntiis Apostolici potestate aulas Episcoporum,

MDLXVI.

I 51.
Pio IV. Pon-
tifici succedit
S. Pius V.Giacco-
nius. Eggs
Pontifici doc.152.
Societatis
summè a-
mans.
Hib. Soc. P. 3.
l. 2. Giacco-
nius. Eggs
Pontifici doc.

in vita.

153. *Canisii opera uti pergit Pontifex.* cæterorūmque in Germania Principum, ut Oecumenici Concilii, Tridenti nuper terminati, Decreta publicaret, curarētque recipienda: Feliciter successit expeditio: solā virtutis & doctrinæ autoritate suffultus Petrus, uno duntaxat viarum comite, hād agrè Sedis Pontificiæ venerationem, debitāmque in acceptandis fāctionibus obedientiam, Catholicis saltem Curiis, persuasit. Aucta indē magnopere viri fama apud Purpuratos Romæ Patres, Michaëlem præcipue Ghislerium, qui jam antè, cùm ad eligendum Societatis Generalem Canisius, utpote adhuc Superioris Germaniæ Provincialis, Romam nuper accessisset, explorata corām Petri eruditione ac probitate, aptissimum invenerat, quo uti posset contra hereticam pravitatem, contra quam ipse Ghislerius supremi tuac Inquisitoris officium tenebat. Itaque, ubi Pontificatum iniit; Borgiæ significavit, juberet, vel Theodoricum, qui hacēnus Petri fratrī in regenda Provincia partes suppleverat, vel alium, qui placeret, ejus vices tantisper agendo pergere; sibi enim propositum esse, Petrum ipsum in officio Legati Apostolici, quod tanta commendatione gessisset, confirmare, ac porrò etiam ad Principes, Urbēsque Imperii circummittere. Paratissimus obedire erat Borgias. Sed Otho Cardinalis Augustanus, qui inter Purpuratos Patres ad eligendum Pontificem Romam profectus, etiamnum aderat, utilius aliquid Sanctissimo Patri suggeri posse est arbitratus.

154. *Othonis Cardinalis confilio destinatur Canisius ad Comitiam Augustanam.*

Convocaverat novus Imperator Maximilianus Imperii Proceres ad conveniūtum publicum Augustæ habendum, in quo de necessariis contra Turcam, ingentiū exercitu Pannoniæ, atque indē Germaniæ imminentem, auxiliis decernentur. Magna erat Cæsari militum, major pecuniæ, qui belli nervus est, penuria, hinc magnopere timebant Orthodoxi, ne Acatolici angustiis, quæ Maximiliani premebant, ad sectarum suarum prolatandos, quo usque liberet, fines abusuri, suppetias quidem offerrent, at non nisi iniquis omnino rei Catholicæ conditionibus promerciales. Admonitus de periculo Pontifex Commendonum Cardinali Augustam jubet iter accelerare; Jacobūmque Ledesimam & Hieronymum Natalem è Societate adjungit, quos futuros sperabat gnavos excubiarum contra pravas molitiones Socios, quod præter virtutem ingens utrique doctrina, & aliqua jam rerum Germanicarum incesset experientia. Hoc ubi Cardinalis Otho intellexit, properatus & ipse in Germaniam, suadet Pontifici, ut Petrum quoque Canisium, intermissō Legationum itinere ad Comitia ire jubeat. Miram illius esse animos Germanorum tractandi peritiam, miram efficaciam: inventurum Augustæ omnes ferè Imperii Principes, apud hos cùm authoritate plurimū & gratia vigeat, plus utique effecturum, si collectos, & mutua præsentia animosiores natus esset, quam si lento circuitu agere deberet cum singulis, consilia & admisissi tardiūs, & relieturis citius. Amplexatus est suasionem Pius, atque utilem fuisse eventus docuit. Canisius ex variis Germaniæ Provinciis, quod Apostolica eum Misso circumduxerat, sub ferias saturnalitas Augustam reversus, conciones illicò in Aede Cathedrali resumpxit, cùm Româ mandatum accipit, Commendono ejusque comitibus tuendæ Religionis in Comitorum ancipiū tractatione curas laborēsque confociandi. Acceptat ille iussa magno animo, nihilo secius tamen statis diebus concionari pergit ad populum, quin & femel quavis hebdomade ad nobile Gymneum in aula, postulante id Imperatrice Maria Caroli V. filia. Quin die Parœcves per tria intervalla sermonem de Servatoris cruciatibus summa contentionē motuque habuit, per octo universè horas productum. Interim aures etiam confitentibus præbuit frequentissimè, tum præcipuis ex Nobilitate, inter quos Otho & Commendonus Cardinales, tum plebi promiscuæ. Cæterū, cùm immensus ex variis Nationibus, ut fieri solet, ad Comitia mortalium concursus, atque iasuper Jubilatum pro felici Comitorum successu impetrando promulgatum esset, adeò increvēre labores, ut cùm Natalis ac Ledesmia ob linguæ imperitiam, paucis, præter Hispanos, ac Italos, se modare possent, duos alios Patres duos Germanos accersere oporteret in subsidium.

155. *Canisii labores tum in Comitiis, tum alibi.*

Jucun-

Jucunda tamen ex animarum proventu, & levis accidebat hæc fatigatio: illæ curæ premebant, quas Comitiorum æstus exciverat. Dubii hærebant Catholicæ de Cæsaris erga Protestantes animo, quem hi suum esse palam, non absque Triumpho, quamquam falso, jaicitabant. Cæsar ipse, utriusque partis auxilio indigens, quo tramite, ut neutram offenderet, incendendum esset, incertus fluctuabat. Fluente itaque simul Ecclesiæ navicula, dici haud potest, quam anxiæ tam plena periculi facies Commendenorum, Sociosque habuerit. Imus (ira Canisii epistola loquitur) redimus: diu, noctuque laboramus, scribimus, conferimus, vix, ut tempus suppetat nos colligendi, & in nos ipsos redeundi. Cum intumescerent Protestantici, cum ferociter urgerent, ut Ecclesiasticis, qui à fide Romana deficerent, pristini nihilominus ex Ecclesiis redditus publico Decreto addicerentur, ut ex sola Germanorum natione nova Synodus convocaretur, ut præterea conventus Principum æquali Catholicorum & Protestantium numero haberetur, ac dein, quod plurium calculis de Religione statueretur, sancta omnibus & indubitate Fidei regula esset, tum enim verò contis & remis contra torrentem nitendum fuit. Pessimum erat, quod ex ipsis articulis Pacis Passavensis, ante annos undecim statutis, mutari aliqua, demi, adjici, quæ Protestantibus favorabilia essent, contentissime peterent. Quin & Fridericus III. Elector Palatinus, quem Calviniani in suas partes traxerant, librum suo nomine vulgari permisit, quo omnem Pontificis Jurisdictionem Germaniâ exterminandam esse contendebatur, unaque & Jesuitas, quos non secùs, ac, ut Julius Cæsar de Adcantucano Gallorum Principe memorat, suos Papa Soldarios haberet, aliter quietem Imperio non reddituram. Geminus itaque Canisium labor occupavit, confutatio famosi hujus scripti, quam reposuit solidissimam, & confirmatio Catholicorum Principum, ne, siquidem denuò ad instauranda Pacis Passavensis capita descendendum foret, vel apicem immutari sinerent. Pervicere hoc demum Commendenus ac Socii: & Protestantes visâ Septemvirum, Moguntini præsertim, ac Trevirensis, Alberti item Boij, atque ipsis Cæsar obfirmata constantia, urgendas & ipsis postulatis abstatere. Concordiam qualemque res spectabant, cum ecce novus turbo Romæ exortus Alpes transvolat. Piissimo Pontifici, omnia ad Tridentini Concilii normam ordinare, ac reducere satagenti, persuaserant nonnulli, Germaniæ statum haud satis è vicino spectulati, ne Passavensis quidem Pacta à rectè sentientibus rata haberi posse, utpote à Decretis, quæ sancta Synodus statuisse, multum abnormia. Literæ igitur ab Urbe veniunt, quibus jubetur Commendenus Passavensium sancitorum confirmationi intercedere, si incasum, facesseret Augustâ, & Princes quoque Catholicos subsidia in bellum ministrare vetaret, magis utique contra intestinos Ecclesiæ hostes necessaria. Solicitum quam maximè hæc epistola Commendenum reddidit, ne procedens jam satis pacatè Comitiorum cursus novis procellis retrò ageretur: nec minus anxi erant Socii: consultant itaque: præsentia temporacum prioribus conferunt, quibus Passavensis Pactio conclusa fuit, inveniuntque longè deteriora: reclamasse tunc quidem Paulum Quartum, at Successorem Pium itidem Quartum, rebus penitus expensis, nihil contrà decernendum existimasse. Non posse jam, ajunt, Maximilianum deferi, quin tota Respublica Christiana Ottomanidum acinaci excidenda prodatur. Statuunt denique multas alias ob rationes, silendum tantisper Commendeno de Romanis mandatis, donec Pius de totius negotii cardine probius edoceretur. Fecit Commendenus, quod suadebarur, neque Pontifex, postquam Canisius Sodalésque causam omnem, luculento scripto comprehensam, in Urbem miserunt, eamque Pius Cardinalibus admodum probari conspicatus est, ulterius se opposuit. Atque ita tranquillè terminata fuere Comitia. Protestantes, quamquam novi nihil indulatum retulerint, quievère: Catholicæ receperè unanimi consensu statuta Concilii Tridentini: obtinuit Cæsar, queis unicè opus habebat, supericias. Concordes Imperij Ordines universi copias decreverunt contra Solymannum, quadraginta peditum, equitum octo millia, cum militari in octonos menses stipen-

Lib. 3. de
bell. Gall.157.
Catholicorum
Principum constan-
tia.158.
Nova dif-
ficultates in
Comitiis.

Adlerreiter.

159. stipendio. Peperit hæc tam salubrium pro causa publica consiliorum excogitatio magnam passim apud Principes de Societatis moderatione ac prudentia opinio- Max imiliani erga Societa tem concilia- nem , quin & apud Cæsarem longè aliam , ac antè habuerat. Questus hic apud Commendonum sub conventū exitum fuit: Jesuitas , quos Consiliarios Ponti- tis animis. sex Cardinali adjunxerit , viros quidem à se haberi doctos , probosque , sed ni- mio Religionis zelo occupatos , minus temperamenti , quam præfens necessi- tas postularet , admittere , Canisium præsertim virum propositi , quod pro Re- ligione semel concepisset , obfirmatè tenacem. Cardinalis , ut erat tum Socie- taus , tum æqui , rectique amantissimus , malignè se facturum censuit , si oblata oc- casione Patres tuendi , commendandique non uteretur. Quapropter : si Maje- stati , inquit , Vestræ factum est satis à Principibus , Catholicis æquè ac Prote- stantibus , credere simul lubeat , effectum id à Jesuitis fuisse , & Canisio imprimi- mis : hi consilio suo , scriptis suis , viam aperuere , in quam & Protestantes cum Orthodoxis convenirent , & Roma nihil obstaculi interjiceret. Descenderunt hæc voices in Cæsariæ animum , feceruntque exinde multò , quam prius experti era- mus , erga nos proniorem , quod in causa maximè condendi Augustæ Collegii demonstravit , ut suo loco narrabimus.

160.
Alberti Boii
pro Religio-
ne studia in
Comitiis.

Florimund.
Remondas.

161.
Cæsarii Ma-
ximiliani di-
ctum de Con-
fessione Au-
gustana.

Sed Alberti quoque Bojorum Duci hic meminisse æquitas postulat , qui & Societatem contra oppugnationes sectariorum , Friderici imprimis Palatini Elec- toris , defendit , & Fridericum ipsum eò perpulit , ut Calvinum ejuraret , seriò , an fictè aliquo tamen rei Catholicae emolumento : ubi namque evitari non pos- se viderunt Catholici , quin toties jam memorata Passaviensis Pacificatio novis sti- pulationibus firmanda esset , saltem id constantiâ suâ pervicit Albertus , ut ille ar- ticulus earum pactionum exactè servaretur , quo iis solùm Acatholicis jus perma- nendi in Imperio concédebatur , qui se Lutheranos juxta primam Confessionis Augustanæ formulam profiterentur. Jugulum Palatini hoc Decreto petebatur ; palam quippe constabat , à Beza primùm , ac Farello , dein à Daniele Tossano Calvinisticis dogmatis imbutum , occupatūmque fuisse , nequicquam dehor- tante Joanne Friderico Electore Saxone , qui Elisabetham Palatini filiam uxorem habebat. Jam latæ erant comitiales sententiae , quibus jubebatur Fridericus illa- ta templis , hominib[us]que sacrī damna repenfare : id ne facere compellere- tur , si non honorificam , ac salutarem , lucrosam certè Religionis permutatio- nem fecit : Lutheranum le esse ad Confessionis Augustanæ normam professus est , móxque omnium Ordinum Lutheranorum consensu in Ecclesiæ Protestan- ticæ communionem receptus , atque ita restitutionis onere exsolutus fuit , indi- gnante Maximiliano tam facili palliatōque sancitorum laxamento , auditōque dicere , similem sibi videri Confessionem Augustanam manticæ nundinariæ , in quam variarum sectarum scruta recondenterunt , tum os quidem superne no- dis probè adstricatum clauderetur , sed apertis simul ex latere scissuris , hiatib[us]que , per quos identidem novæ iterum sectæ inséri , novorum possent dissidio- rum tricæ extrahi. Cæterūm minus tamen perniciabile Germanis futurum fui- se videtur , si Decreto solos Confessionistas in Imperio tolerandi postmodum institissent : planior fors sperari poterat eorum , qui Lutheri Buccinam seculi e- rant , ad castra legitima reductio , idque tantò magis , quod nec inter ipsos e- rat idem doctrinarum sensus , sed ferè manipulatim disparilis , atque adeò tra- diti etiam facilior : postea verò superventu Calviniani spiritus , reformari vide- licet , si Superis placet , ipsi etiam Lutherani , ac permulti ex Molibus , quos vocabant , evasere Rigidi. Et plenam quidem cum Calvinistis dogmatum con- fessionem sacerdūs obtrusam haecenus rejecterunt , acceptarunt tamen ab eisdem exemplum , Sedem , Fidemque Romanam junctis odiis aversandi.

Soluto Imperii Conventu adeò procul absuit Societatis è Germania eje- cito , quam tamen , ne Germania perderetur , necessariam esse clamitabant He-

tero-

terodoxi, ut potius servandæ Patriæ, atque in vero DEI cultu regnande, moliti Præfules propiore hausta experientia unice idoneam hunc coetum esse judicarent. Quare domum reversi Collegia certatione in suas urbes, Diocesosque postulârunt à Borgia, ita, ut Natali, qui ad inspicienda cum Canisio Provinciae Collegia permanere in Germania jussus fuerat, solicite exputandum fuerit, qua eloquentiâ persuaderet, ut postulatorum repulsa absque offensis acceptaretur. In tria duntaxat domicilia contensit Borgia, Spire, Olomucii, Heribpoli. Quò minus Augustana statio in Collegium excresceret, quamvis id maximè optaret Cardinalis Otho, causa erat, quod neque loci pro enigendo Gymnasio, neque certi censûs stabilimina in expedito essent. Probare tamen se stracuè, toti urbi pertexerunt Sodales: ex Luthenais ad Ecclesiarum revocatus est, Daniel Krecius, authoritate inter cives, opulentia & prudentia fama clarissimus, qui postmodum rebus tam Religionis, quam Societatis multum profuit.

Interea tertuerat quidem suggestum suum Canisius, neque passus erat, quamdiu Augustæ moratus est, ulla operositate se impediri, quin illis diebus, quibus concionandi motem ab ipso introductum memoravimus, semper ad populum dicere. Sed, quod non raro, vel Provinciae, quam regebat negotia, vel altiora iussa cogerent abire alio, bona Catholicorum veniam alii Sodales vicces ratis per supplebant. Commodavit aliquamdiu Dux Albertus iuxta in Aula Oratorem, Martium nostrum Stevartium; sed cum expertus esset, quantum viri dotti ardensque facundia ad profligandas heresies, videlicet extirpanda Monachii conferret, violens suos ipsius subditos tam utik Magistro destini, in Bavariam revocavit. Ejus in locum miserati Reginæ Genipontanae Hermetem Halbpaürium, quem sibi à Contionibus Confessionibusque habuerant, pliū, quæ ac eloquentem donec tandem hoc anno mente Octobri Româ advenit. Gregorius Roseffius, Landishoti Bojaris Inferioris urbe principe parte Italico progenitus. Hic Hermeti, paùlo post ad Collegii Spirensis, nuper fundati, regimen abeunti in Cathedre laboribus successus, tantumque in primis statim concionibus, quas mense Decembri exorsus est, sui audiendi aviditatem summis, infimisque injectit, ut eos ne post triginta quinque annos, quibus, rarissimo sane exemplo, continente, frequenter nusque ex eodem suggestu Orator fuit, fastidiosi operi. Canisio ipsi mutari fuere, non immittit labores. Partim quod Provinciam non iam vicaria, sed sua ipsius contra regendam denad suscipere iussus, partim quod extra Provinciam adiunctiones novorum Collegiorum ordinandas missus spenerit. Ac prædicta liberos scribendi à Pontifice mandata accéperit: accessibiliis mutationibus alia & qua prius Augustæ ex Mosis vitam eum morte consummatum Martius Liberata. Hunc Otho Cardinalis, cum ante biennium Triumviros è Gleto ad coram Dicefini inspiciendas misisset, unde ire in labores voluit, minimè infatuos: multos à flagitiis, multos à pravis hereticoorum opinionibus abdunxit. Rupta deca vena, tunc sanguinis viu magna effusisset, dilatâ Augustam trans hanc est spe recuperanda valitudinis & fertilita. Defuncti corpora & causa longe cum pro sepultura needum haberemus, ullungi Patritij conditoris, inscriptivo literant, quod Familiæ sue gentilium habeat rubro in amore cognitum, sub Templo Cathedralis porticu, quana obscuram Grettan appelland Augustanam & voce, ut etiadem Carolus Stengelius effevit, in concametationibus a Boevis tribui solita, in quibus merces aliquid adveniens, donec teneant, reddundantur. Forsan geminal illæ porticus seu Grettan, quæ templo Cathedrali adnexæ visuntur, reliquæ sunt Basilioe illius, ut veteribus nominabatur, scilicet edis meritorioris; ex eius ruinis templum ipsum surcosse crudelissimus Welserus. His Provinciæ sup. & p. Dec. III, quæ primum buti Nostri seruus

162.

Multæ Coller-
gia experta-
tur, aliqua
aceperantur.

163.

Canisio in
Cathedra Au-
gustana suc-
cedunt alii,
ac demum
Gregorius
Roseffius

164.

Martius Li-
berius Augu-
stæ moritur.

165.

Infectus re-
pulchro illi-
lungorum in
Gretta ob-
scura.
De reb.
Augst.

seius opinatur. Enimvero nihil æquè verisimile est, quām publicis negotiis
tortum ædificiis fornices quoque & cryptas fuisse adjunetas. Quid si divinare
licet, cryptam, quod vocabulum Romani à Graiis acceptum, subacta Rhæ-
tiæ, in Germaniam intulerint, quemadmodum apud Italos in Grottam ita
apud Suevos in Grottam degenerasse?

I 66.
Magnis ho-
spitibus ex-
hibiti Diling-
gebudores

Liberius Dilingæ præter Ministri officium, quod à Rectore in Collegiis pri-
mum est, scholarum quoque Præfectorum gesserat, Artium simul Magister ac
Professor, ut magna eruditio ac virtute conspicuus, ita magno etiam juventu-
tis Academicæ emolumento. Fuerunt & alii vii insignes in eadem Academia,
præ ceteris nominati duo Hispani Paulus Hernatus, ac Hieronymus Torrensis:
unde Cardinalis Otho majorem industriae consilii sui fructum cernens, solatium
que hauriens, multa tum Romæ cum Franciso Borgia coram, tum in Germa-
niæ redux pro Dilinganæ Domus incremento constituit: atque, ut exteris e-
tiam, quid Dilingæ proficeretur, innotesceret, post Comitiorum finem ma-
gnos eò hospites adduxit Cardinalena Commendationem, Electores Moguntinum
ac Trevirensim, & Cameracensem Archiepiscopum, quos sanè pro dignitate
habuit; ut namque luxum oderat, ita magnificentiam, quæ Principem Im-
perii diceret, haud negligebat. Præter decuriones equestres etiam Musas ho-
nori Hospitum decentiae jussit disputationibus, carmine Graeco, ac Latino,
eruditis emblematis, venusto Dramate. Fecimus id tantò studiosius, quan-
tò jucundius contuebamur Societatis in Germania Patronos præcipuos. De
Commendono ut silcam, deque Othono, quorum crebra grataque est ac e-
rit in his paginis memoria, Daniel Brendelius ab Homburg Elector ac Archi-
Episcopus Moguntiæ in hac sua urbe anno abhinc quinto Societati Collegium
& Academiam tradiderat, incitatus exemplo tum aliorum Principum, tum
vicini amicissimique Trevirense Archiepiscopi Joannis à Petra, qui idem anno
præcedente fecerat. Quos ambos aliquot jam antea annis prævenerat Maxi-
milianus à Bergis, qui ut primus ex Cameracensis Episcopis Archiepiscopus
fuit renuntiatus, ita primus Societatem Cameracum, Urbem Flandriæ nobilit-
fimam induxit.

I 67.
Ernestus Al-
berti Ducis Filio: agebat is etiamnam Ingolstadtum cum gemino fratre, arque
berti Boii filii sibi
lius sic Epis-
copus Frisiæ
genitus.

Sed & Bojaria novas Societati suelas ac patrocinia paravit in Ernesto Al-
berti Boii filii sibi
lius sic Epis-
copus Frisiæ
genitus.

itteris humanioribus insignem navabat operam, cùm Albertus Parens nuntium
acepit Mauritium Sandzellium Episcopatu Frisingensi, sex annis laudatissime
gesto sponte abdicasse, electumque successorem Ernestum suum. Itaque mox
legationem Romam mittit, utque Fruxinensem electio rata habeatur, postu-
lat. Obstatre potuisset ætas Ernesti, nec enim annum duodecimum exple-
rat, & passim coastabat, quām immotus insisteret Pius neoontibus Concilii Tri-
dentini Decretis, que Myram Episcopalem non nisi triginta annorum capiti
imponi suunt: verum ea tunc erant in Rempublicam Christianam Bojorum
Principis merita novis semper augmentis cumulata, ea Ernesti ipsius ad virtutem
proni indoles, perquam soleri insuper educatione, ac Parensum. Fratrumque
exemplis enutrita, ut, quod aliis ab hoc Pontifice sperare ausus non esset, Alber-
tus haud gravatè impetrarit. Primus duxaxat Ernesto gradus hæc dignitas fuit ad
altiora, pluraque condescendi cultus: nam & Antistes postea Hildesensis ac
Leodiensis denique etiam Gebhardo Trachefio, cui turpis amata præ spongia sua
Ubiorum Ecclesiæ placuerat, Coloniam quoque Archiepiscopus & Elector est
fabrogatus. Promeriti sunt Bojariae Principes, ut, ab Ernesto fastigii tam excelsi
decus, Familiæ suæ assertum, haedius velut hereditario conservarent nexu, cui
nempe diligentium amor juris quoque suffragia evicit, titulo tanto glorioiore,
quanto magis diuturno & haud interrupta per centum & quadraginta ac plures an-

I 68.
Act tandem
Archiepisco-
pus Coloni-
ensis
Iffelt de belli
Coloni.

Principis merita novis semper augmentis cumulata, ea Ernesti ipsius ad virtutem
proni indoles, perquam soleri insuper educatione, ac Parensum. Fratrumque
exemplis enutrita, ut, quod aliis ab hoc Pontifice sperare ausus non esset, Alber-
tus haud gravatè impetrarit. Primus duxaxat Ernesto gradus hæc dignitas fuit ad
altiora, pluraque condescendi cultus: nam & Antistes postea Hildesensis ac
Leodiensis denique etiam Gebhardo Trachefio, cui turpis amata præ spongia sua
Ubiorum Ecclesiæ placuerat, Coloniam quoque Archiepiscopus & Elector est
fabrogatus. Promeriti sunt Bojariae Principes, ut, ab Ernesto fastigii tam excelsi
decus, Familiæ suæ assertum, haedius velut hereditario conservarent nexu, cui
nempe diligentium amor juris quoque suffragia evicit, titulo tanto glorioiore,

quanto magis diuturno & haud interrupta per centum & quadraginta ac plures an-

nos

Inde bache-
aus tempore
ex Domo Ba-
varicæ & Co-
res Coloniens-
, & Socie-
tatis Patroni.

nos serie quinos jam ex Serenissima Domo Bavaria Archiepiscopos habet Colonia , & , quod gratissimo animo commemoramus , nostra quoque tum universa Societas , tum Germaniae etiam Superioris Provincia Tutores , Fautorésque summè beneficos , & vel eminus maximè clementes .

Et profectò singulare Divini Numinis beneficium fuit oportuna firmata que Societati in Principum virorum favore comparasse præsidia eo tempore , quo unicè indigebamus ; hoc namque anno , quem nunc attingimus , casus evenere , ex quibus , uti universæ Provinciæ ingens exortus est lucus , ita perquam gravia potuissent enasci detimenta , nisi concussam Societatis famam , atque indè plebis gratiam , & , quod consequitur , fructus spiritualis copiam non modicè decessuram Rectorum populi sapientia , & nihil immutatus favor sustentasset , suæq; restituisset integritati . Et quidem ex eo maximè loco prodiit hæc calamitas , ex quo minimè crederes , Collegio videlicet Dilingano , cuius pleaque tam prospero tamque secundo rumore haec tenus fluebant . Quamquam , si ad Patriarchæ nostri Ignatii , semper dura Collegiorum initia facilibus præ- optare soliti , monita respiciamus , ipsa hæc malacia tempestatem præfigiret . Ut rei narrationem ab origine deducam , in memoriam revoco , quæ nuper de multorum in Germania Principum Urbiūmque postulatis ajebam , Collegia apud se statui volentium : negari omnia haud poterant , quædam admittenda ratio , & ingens , qui sperabatur , animarum proventus suadebat . Hic enimverò hominibus opus fuit , qui ad varia cum fructu exercenda Societatis officia lingua vernacula aut possiderent , aut saltē citò comprehensi viderentur : ad hoc posterius præ ceteris idonei Angli sunt habiti , quod magna illis adhuc à primo in Britannias de Saxonie transitu hæreat lingua cum Germanis affinitas . Fuere , qui recipi peterent , multi , recepti etiam non pauci , qui viri evaserunt virtute doctrinâque eximii . Sed nempe evénit , quod priscis jam seculis contigisse historiæ affirmant . Uti namque inter illos Britones , qui à Divo Bonifacio ex Anglia exciti , maximo Germaniæ utriusque commodo populos recte credere , viverèque docuerunt , impostores aliquot irrepseré , qui se Legatos Apostolicos mentiti , plebem perversis opinionibus imbuerunt : à Sancto dein Bonifacio providè exterminati , ita sub Provinciæ exordia , cùm festinatio eam in delectu recipiendorum moram , quæ nunc est , & experientia haud semper admitteret , penetrarunt sese in coetum nostrum Angli quidam haud dum satis cogniti , in quibus pestiferum hæresecos virus callide dissimulatum latirabat .

Primus , qui venenum occultare diu haud potuit , Eduardus Thornus fuit , natus in Anglia , juvenis viginti quatuor annorum , acri ingenio & ore promptus : biennio propè in Societate ita se gesserat , ut sequius de ipso nemo quidquam timeret : alios potius suspicio tetigerat , Antonium Cleseleum præcipue , ac Simonem Demesium in Theologiaz studio scholasticos : cùm hi in publicis disputationibus nimis licenter pertinaciterque inapii Averrois doctrinæ sectatores se ostentassent , Theodoricus Canisius Collegii & Academiæ Rector pejus aliquid veritus , ac malo , si quod lateret , in tempore occursum , proficuum ad id fore opinatus est , si universis , quibus præterat , instaurandam ex Pii IV. Decreto Fidei professionem imperaret : oportunitatem mandandi hoc præbuit novorum aliquot Magistrorum adventus , qui in Gymnasio & Academia literas publicè docturi erant . Die itaque Magnæ Virginis in Cœlum Assumptæ convenire jubentur omnes in Sacellum Domesticum , fidemque profiteri Romano-Catholicam ex Tridentini Concilii formula . Præstant Religiosum hoc iuramentum pio ritu Doctores omnes ac Præceptores , tum reliqui , suo quisque

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. III.

N 2

171.
Eduardi
Thorni
transfigum
ad hæreticos.

MDLXVII.
170.
Calamitosi
eventus Pro-
vincie.

*Hist. Soc. p. 3.
Henric. Mo-
ras Prov.
Angl.*

*Welfensis de
reb. Boic.*

ordine: quo, dum Eduardus quoque evocaretur, cunctari ille primum, dein monitus, ad aram jurisjurandi praestandi causâ accederet, palam contestari, salvâ se id conscientiâ praestare haud posse, causam, cur nequiret, dicturum alibi: consternavit vox tam inexspectata universos: inter triste silentium disceditur ex sacello; dolor & miseratio hominis pervadit omnes; tum preces ad DEUM succipiuntur unanimi sensu, quod spes esset, juvenem, ut hucusque visus fuerat, minimè malum, subitis, si quæ animum obsecrassent, nebulis educendi: sed frustra. Theodoricum adit pervicax, ac protervè significat, nunquam se hactenus credidisse, neque adductum deinceps iri, ut credat vel supremam Pontificis in Ecclesia potestatem esse legitimam, vel Sanctorum venerationem, & quæ indè consequuntur, esse licita. Adhibentur revincendo errori remedia, quæ possunt, argumenta, rationesque evidentes. Perstat infelix, idque unum obstinatus respondet, aliter suum sibi spiritum loqui, à cuius instinctu recessurus nunquam foret, quidquid Pontifices, Concilia, Orbis universus contrà decernerent. Discesserat nempe ab impio simulatore Sanctus Spiritus, tot pulsus in Divinorum hactenus Mysteriorum abusu sacrilegiis. Deprehensum namque est, dum solertiùs in anteactam vitam inquiritur, vagum erronem, ac paupertate pressum famis duntaxat sedandæ causâ in Religionem sese penetrasse. Ubi nihil Dilingæ profici uterius potuit, tentandum esse vi sum est, an quid opis reliquum esset in Petro Canisio Provinciali, qui tum Angelipoli morabatur. Verum en! ad eum dum mittitur, nec eungi satis attenditur, Lavingam urbem eo adhuc ævo Lutheranam, nec Dilingâ paucis amplius stadiis dissitam, profugit. Enimvero digna res hereticis visa est, quam publica cum pompa celebrarent. Quarto nonas Novembris, convocatis in Aedem principem civibus universis, ipsoque Wolfgango Duce Neoburgico, cui Lavinga parebat, praesente, Ministellus primum è suggestu Germanica Oratione populo Eduardi facinus egregium, fugæc seriem enarrat, sequitur ipse Eduardus, ac altiore ex loco Latinè exorsus, Jesuitis primum, dein Pontifici & Romanæ Ecclesiæ renuntiat, Lutherique se addicit, tum Germanico iterum sermone tertius clamator transfugæ verba plebi interpretatus, maledictis Societatem ad ravim usque proscindit.

172.
Plausus Lu-
theranorum
ex hoc trans-
fugio.

173.
Triumpho Lutheranorum, nostrorum lucui, novum paulò post accep sit incrementum ex transfugio Balthasari Zugeri, natione Germani, Philosophiz studiosi, qui Dilingâ Monachium, ut Grammaticam ibi doceret, ablegatus, itidem Lavingam erupit, turpis Apostata. Mirum quām celsa ex luteis hisce testis erigere trophya laborarint Prædicantes Lutherici, Tilmanus præcipue Heshusius famosi oris æquè ac styli Prædicans, qui edito libro, quantum Societatis famam despiciatam, tantum geminam hanc metamorphosin populis reddere adnisius est plausibilem: modico tamen proventu: nam in primis Benedictus Moræus aliisque impudentem Tilmanum egregiè depexerunt; Catholici vero, atque inter hos viri Præcipes doluere quidem vices tale vulnus à Societatis degeneri prole nunquam hactenus perpessæ, verum, de amore illius ac estimatione nihil remiserunt, satis gnari, Ordinum Religiosorum sanctimoniam non è paucoru flagitiosa defectione, sed legum salubritate, ac cæterorum, qui leges servandas urgent, & opere ipso servant, numero longè ampliori metiendam esse. Quapropter & nos nihil reformidabimus, uti nunc, ita & deinceps scandala, memorare ad quæ DEI, ex malo bonum elicere soliti, permislu, ac naturæ pravitate interdum eventire necesse est, fideli calamo exprimere; neque enim Panegyricum adornamus, sed historiam, cuius primum officium est non famam captare, sed instar speculi res, ut in se sunt, representare. Habet perperam quoque gestorum cognitio utilitates suas: cautos facit nos posteros, ut malorum fontes obturemus, & si mala perturpant tamen, erudiamur, quibus remediiis deinceps

174.
Expedit hæc
memorare ad
cautelam.

ceps averti possint. Certè à Thorni Zugerique ruina ad hanc usque diem lex in Societate viget, ut à singulis Professio fidei emittatur. Limites quoque statuti sunt licentiosis, si quæ forent literas docentium æquè ac discentium ingenii, ne sedentur illam scientiam, quæ inflet potius, ac fastum excitet, quam ad salutem eruditat multos. Cæterum raras nobis paginas infuscabunt moestæ de foedifragis nñenæ: abibunt lustra, abibunt dimidia terè sæcula, quin funestum desertoris sacrilegi exemplum occurrat. Quodsi talet hæretici nanciscantur proselytum, quæ amabò, triumphandi exinde causa? constat experientiâ, quemadmodum ex aliis Religiosis Ordinibus, ita è Societate illos duntaxat ad heterodoxos transfugere, qui vel lupanar amant, vel suave Christi jugum oderunt, quod superbis nonnullorum ac sternacibus collis intolerabile videtur, dum interea centurias aliorum numerare facile est, qui Christum humilem matemque secuti cum magna vitæ sanctitudine & immortali fama in Societate perseverârunt, quin etiam pro vera Christi Romanæ Ecclesie fide vincula, carceres, cruciatus, & mortem sunt perpepsi. Adde quòd neutiquam par sit hæreticorum jubilus, ex paucorum accessu, quantus est lividus amaror, quo ad rabiem pñne cruciantur, ex tanto numero eorum, quos è summi æquè ac infimi ordinis conditione Societatis operâ ab Luthero Calvinoque ad Romanam Ecclesiam perduci propemodum quotidie vident.

Certè hoc ipso anno, quantum ex Thorni Zugerique adventu latata est Lavinga & Wirtenbergia, tantum, ac multò acerbius infremuerunt ex Udalrici Comitis Helfensteinii ad Orthodoxos reditu, & quidem in Urbe Dilinga, ex qua duo illi profugerant. Erat Udalricus Schvickardi, de quo ante biennium egimus, patruelis, ampliarum possessionum dominus, patre aatus Catholicus, itidem Udalrico, sed ipse ante decem abhinc annos vicini Ducis Wirtenbergici invitationibus nimiùm, quam par erat, obsecundans ad Lutheri partes desciverat. Virum cætera ingenio bonum & honesti amantem misera Deus angoribus primùm animi revocare in semitam cœpit: obversantibus continuò de Religione dubiis cùm solutionem à Prædicantibus quereret, in profundiores semper Euripos devolvi se advertit, quod præclari hi Magistelli inter assiduas lites de gravissimis capitibus, ex una eademque confessione Augustana responsa deducerent è diametro inter se pugnantia, quin & mutarent continuò, quæque uno dié probâscent, damnarent akero. Urgebat interim Petrus Canifius, quoties per negotia licebat, excurrere ad illum solitus, ac salutaribus stimulabat monitis. Obluctantem aliquamdiu, & surgere à lapsu cunctantem Divina manus erexit, dum lecto affixit gravi morbo oppressum & cùmque insuper diræ totius familiæ vexationes à sagis & veneficis accessissent, paruit denique trahenti tam fortiter DEO: Dilingam se deferri voluit, ubi ab Othoni Cardinali humaniter habitus trium ferè hebdomadarum spatio cum Patre Joanne Rabensteinio, qui Sancti Hieronymi Collegio prænat, animi rationes composuit, simûlque non modò à totius vitæ peccatis in confessione, verùm & ab hæresi, solenni publicoque ritu, fuit absolutus. Recuperata corporis, & quod majus, animi sanitatem, nihil priùs habuit, quam ut hanc etiam familiæ suæ ac subditis procuraret. Et filios quidem Udalricum ac Rudolphum protinus Ingolstadium ablegavit, sub Catholicis Magistris moribus simul bonis ac literis imbuendos: popularibus verò suis idoneos pastores conquisivit. Habiebat Udalricus Wilensteigæ vicino Wirtenbergia oppido, & arce, ædificiis, hortisque irrigatis, olim per celebri Ethico Wærini Sueviæ Ducis filius è stirpe Agilolfingica, ex qua Dilingani atque inde Helfensteinii Comites (ut suprà dicebamus) originem traxere, anno salutis octogentesimo sexagesimo nobile illic Benedictinis Monasterium condiderat,

175.
Rara hujus-
modi scanda-
la compen-
santur. Exem-
plis boso-
rum, & con-
versione hæ-
reticorum.

176.
Udalrici Hel-
fensteinii ad
Catholicos
reditus.
Series in
Comment.
Romar
An. Ingol.
P. I.

177.
Restituit fa-
cra & expul-
sos Sacerdo-
tes.

Bueellin.
Gesta Sacra.

quod deinde in Collegiatam, ut vocant, Canonicorum Ecclesiam conversum fuit. Ex hac Udalricus, ut suum in Lutheranismo fervorem Wirtenbergico probaret, Canonicos, ex reliqua Ditione Sacerdotes omnes ejecerat. Sed modò longè impensiùs curas intendit, ut, pulsis illegitimis possessoribus, legitimos restitueret, quorum quaternos ex Dilingana Theologiæ schola accersivit. Horum, uti & aliorum Sacerdotum operâ, sumptu autem suo non modico, brevi repurgata templo, repositas Divorum Imagines, ac subditos obsequenter ad pristina sacra redeuntes, magno cum gaudio conspicatus est. Viget etiamnum Wisensteigæ Orthodoxa Religio tantò firmius, quantò potentiùs Bojorum & Moeskirchiorum Principum, ad quos, extinctis Helsensteinis, Dynastia hæc emptione partim, partim hereditate devoluta est, vigilantiâ zeloque protegitur, & Canonicorum illic degentium sedulâ curâ conservatur, augerûrque. Infrenduerunt ad hoc factum sectarii, maximè cùm viderent perquam multos è circumiectis urbibus & vicina nobilitate, viri tam à prudentia morumque gravitate apud Imperii Ordines estimati, exemplo commotos, ad Orthodoxæ Matris Ecclesiæ sinum remcare. Hos inter Venerandus Gablerus fuit, in Tubingensi Academia Medicinæ Professor, atque medendi arte tota Suevia inclitus. Adfuerat hic morienti Petro Paulo Vergerio, qui ex Episcopo Justinopolitano infamis Fidei Sedisque Pontificiæ proditor, ex Italia unâ cum fratre pariter Episcopo, in eosdem Lutheri casses pertracto in Rhætiam, deinde ad Wirtenbergios Tubingam fugâ evaserat. Refert Surius portentosa quædam ac plena horroris narrata tuisse, quæ in Vergerii obitu contigerint. Ea certè, quæ Gablerus viderat, ita animum illius perfregere, ut, cùm Helsensteinii ad Catholicos transitum inaudiisset, mox illum sequeretur, vitamque deinceps duceret longè pientissimam.

178.
Gableri me-
morabilis
conversio.
Spondens Pal-
lav. Cœs.
Tridi.

179.
Haivodus &
Roffeffus
perorant in
Synodo Di-
lingana.

Exhilaratus magnopere hoc eventu Cardinalis Otho, recteque arbitratus, Helsensteinii & Gableri exemplum prævalere abundè ad compensanda, quæ ex perfidioso duorum Apostatarum secessu nata essent, offendicula, synodus Dioecesanam Dilingam convocavit, in qua modus statueretur, quo Tridentini Concillii sanctiones à Clero æquè ac Laicis in opus deduci possent. Ad Clerum in Aula Academica congregatum Latinam Orationem habuit Gaspar Haivodus noster gravem omnino, ac percellendis, ob munera, quo fungerentur, arduitatem, Sacerdotum animis uti perdoneam, sic re ipsa efficacem. Gregorius verò Roffeffus, Dilingam & ipse evocatus, uti jam urbem Augustam, ita nunc universam Sueviam sui famâ implevit, habitis coram Synodo Concionibus Germanicis, tanta cum eloquentia, ut omnes in sui admirationem raperet. Idem Augustanus ita jam occupaverat, ut iudicis magis stabiendi pro Societate Domicilii desiderentur tum cives, tum Patritii. Georgius ante alias Illsungus, qui in studia Marci, Joannis, Georgii Fuggerorum inter se patruelium summè pro Collegio nobis excitando laborantium, totus concesserat. Aurum in censu annuos, nova tecta, novum templum polliceri non dubitarunt, locum modò fundumque, in quo ædificari posset, nanciserentur, in quem sanè anni mox in sequentis principio majore quam unquam solertia cœperunt inquirere. Ceterum Dilinganis Sociis ex nupera, eaque dupli plaga adhuc dolentibus oportunum in prælens solatum, in futura tempora perenne præsidium attulit sanctoris transfiguræ adventus: Stanislaus Koska, ut mundi illecebras effugeret, atque in Societatem, tanquam destinatum ab ipsa Cœli Regina salutis suæ asylum, penetraret, hujus anni mense Augusto Viennâ profugerat. Sub initia deinde Septembribus Dilingam pervenit, ubi quam sancte ac patienter inter abjecta Ministeria nobilis

180.
Augustus
continuantur
curæ pro
Collegio
fundando.

181.
S. Stanislaus
Koska Di-
lingam ad-
ventus.

Es Viator lauerit, cum in ejus vita typis edita Bartholus, Sacchinusque me-
ntarent, pluribus hic recensere supersedeo, hoc addidisse contentus, vigore
adhuc in contubernio Divi Hieronymi Dilingano Beatissimi Hospitis cultum ac
venerationem, veluti Tutelaris incole; asservari reliquias, aram in Sacello Do-
mestico à quotidianis precatoribus frequentari, multaque ad Divum vota sic-
ri, multa exsolvi.

Interim Auguste Fuggeri curas pro nobis ardenter prosecuti, primū M.D.L.X.V.III.
quidem Sociis, licet neque suggerentibus, neque consultis, in eam cogitatio-
nem, spēnque venerunt obtineri forsitan posse, ut Patres ex Ordine Sancti
Dominici suum nobis Monasterium haud gravare cederent. Est hoc Auguste
ex antiquioribus cœnobii Dominicanæ Familiae in Germania, jam anno Chri-
stiano trecentesimo supra millesimum ac duodecimo, extintis, qui illud pos-
federant, Templariis, Patribus S. Dominici traditum, ut Carolus Stengelius
asseverat, stetitque inclytum usque ad fatalem diem illam, qua Clerum & Ca-
tholicos omnes à Protestantibus urbe pulsos fuisse haud pridem narravimus;
ex eo tempore, etiam postquam restituta fuere sacra, annis viginti nunquam
se ad pristinum splendorem revocare potuit cœnobiū, adeò fœdè ab iniquis
possessoribus deformatum laceratumque fuerat. Antonius quidem Fuggerus
iuxta ære ita refecerat diruta, ut habitari denuò commodè posset, velut no-
vi indè fundatoris nomen adeptus: sed inquilini & sumptus pro multis ale-
idis adhuc deerant. Itaque septeni dunctaxat numerabantur, quibus, si ad a-
liud Instituti sui asceterium transituri erant, victimum omnem ac vestitum libera-
liter suppeditaturos se pollicebantur Fuggeri. Verum enim verò, quò minus ef-
fectum res sortiretur, graves obstiterunt causæ, in primis, quòd Monialium
ad Divæ Catharinæ Confessiones, curamque Spiritus nec nos ex legibus no-
stris possimus suscipere, nec illæ videbantur admissuræ, utpote cui, a Patribus
Dominicanis hactenus salubriter impensæ, assueverant: dein prævidebantur
turbæ ingentes, litésque orituræ cum Lutheranis, è quibus primarii aliquot
cives, ut gentilitiaz sepulturæ cum reliquis è familia sua, adhuc Catholicis,
communionem sibi vindicarent, cippos sepulchrales suorum tumulis in æde
sacra imposuerant: demum eti Augustani Ascetæ consentirent in cessionem
haec, vix sperari poterat idem facturos & Romanos, longèque minùs San-
ctissimum Patrem Pium Quintum, qui ex coetu Divi Dominici ad sacram Se-
dem evexit, ut erat Ordinis sui ex merito amantissimus, ita sanè ejusdem
Domicilia non imminuturus, sed exspectatus esse videbatur potius meliora
tempora, quibus ad primum decorem reflorescerent. Et hæc causæ erant,
cur fauores nostros ipsi rogarēmus, consilium hoc, ut primum agitari intel-
leximus, ne urgerent diutiū. Providè omnino: nequa nos nostra opinio,
nequa Ordinem sua spes fecellit: præsens dies ostendit, in quam felicem, si
nunquam à saeculis, optabilemque statum Conventus Sancti Patriarchæ Dominici
Augustanus, incolarum numero, pietate, eruditione, sacrorum officiorum
multiplicitate, & gravitate, templi denique majestate, quæ novissime inducta
erit, ac pulchritudine efforquerit, perquam magno urbis ornamento, proven-
iente spirituali.

Caterum negotii hujus tractatio eti effectum, in quem Patroni inten-
debant, haud adepta sit, nequaquam tamen fuit infructuosa: lucem intulit,
qua innotesceret, quem senium non modo Augusta Catholica, sed Maximilia-
nus Cæsar, quem suo tamen nigro Albo inscribere audet hæresis, de Societa-
te, atque Religione Romano-Catholica animo conceptum habuerit. Rogave-
rant Fuggeri aliisque Augustani Imperatorem, ut, quæ de cogitatis suis pro
fundatione Collegi ad Curiam Romanam detulissent, Cæsarea etiam autho-
rita-

182.
Fuggerorum
de cœnobia
S. Dominicæ
consilium,
non tamen à
nobis accé-
ptatum.
Stengel. de
reb. Au-
gust.

183.
Litera Mar-
miliani Cæs.
pro Collegio
Societ.

ritate & commendatione promoveret; fecit prolixè literas & mandata gravissima dedit ad suum in Aula Pontificia Oratorem Savellum, in quibus, cum præmisisset, se, quæ mandaret, tam ex sua sententia, quæam etiam fratri sui Ferdinandi, & Alberti Boij affinis scribere: ita pergit: „ & quoniam satis manifestum per se est, quantopere ad DEI gloriam, & salutem, commodi-
 tatemque non incolarum duntaxat, sed vicinorum quoque Principum Catholicorum pertineat, Augustæ fidem Catholicam non penitus exterminari, illud addemus, nostrâ item & S. R. I. magni interesse avitam Religionem, quæ obedientiæ vigilantissima custos est, ibi perpetuò vigere, qua de re plura scribere hoc loco nihil attinet. Ajunt vero Augustani, facilius hac obtineri non posse, quam si Societas JESU stabile illic domicilium possideat, in quo non tehuiorū modò, ac infimorum, sed fortunatorum quoque ac primiorum civium filii, nepotes, & cognati ad incorruptam pietatem, ad omnem virtutem, & ad solidæ eruditio[n]is elegantiam instituantur, quo indè velut è Seminario exeant doctrina liberali, honestate morum, & Catholica Religione præcellentes viri, quibus & Ecclesia Augustana incumberet, & Senatus Innniti, & cæteri Ordines, Magistratusque florere; & universa demum Res publica farta tecta perseverare queat. Quæ cum ita sint tibi, Legate, præcipio, ut æquam hanc civium Augustanorum petitionem nostris verbis apud Pontificem diligentissime cures, ac separatim nihilominus cum Cardinale Othonem, tanquam Germaniae nostræ Protectore, mox ut Romam venerit, agendum tibi putes, quo ipse etiam pro virili sua hoc negotium ad optatos exitus provehere studeat. Id cum præstiteris, nihil erit, quod voluntas nostra amplius à te requirat. Calendis Junij. Et venerat quidem, ut fore Maximilianus scripserat, in Urbem Cardinalis, sed mox ipsemet expertus est, quod Franciscus Borgia coram monebat, nihil successus habitura consilia, quæ Augustani cepissent. Alias itaque vias iniire oportebat, quibus ad præfixum terminum pervenirent: Otho, Fuggeri, Illungi in eò consentiebant, quærendum Patribus fundum, qui urbis jurisdictioni obnoxius haud esset, ad perpetua evitanda incommoda, cum neque in Magistratu Catholici Societatis causa omnes essent multum solliciti, neque valide Protestantium factioni, quæ utique oppositura se erat, facile resisti posset. Impetrari aliquid potuisset à Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, Divi Mauriti honribus sacræ, in qua jus præsentandi, ut vocant, Parochi Fuggeriana Familia habet, concessum ab Leone decimo sub annum millesimum quingentesimum septimum Jacobo Fuggero, ob multa Ecclesiæ huic collata beneficia, sed Lutherani, quas ædes templo illi adnexas, ejecto, ut diximus, Clero, occupârant, necdum restituerant, unde nec sufficiens erat struendo Collegio Gymnasioque area. Sed & Abbas Benedictini Monasterii Jacobus Köplinus ad Sanctum Udalricum, rogatus, ut domos, quas in urbe habebat, præsentaneo are emendas daret, gratificari, quamquam maximè vellet, se posse negabat, quod nullam domum alteri quam civi vendere, antiquo statuto permitteretur, atque interea simul clanculum agi debebat negotium, ne, si innotesceret, ad versarii machinas, quascunque possent, opponerent. Ast non idcirco tem Dei palam agere destitimus: Præter Roseffium in templo Cathedrali, dixerunt mutatis vicibus in æde S. Mauriti quatuor nominati valde Oratores, Antonius Guisanus, Martinus Leibensteinius, Georgius Schornius, ac Paulus Hoffæus, quorum ultimus tantum sibi nomen conciliavit, ut Ferdinandus Archidux, quem ex Tyroli, & Albertus Bojus, quem Monachio Augustam iter detulerat, affirmarent, non optare se, ut ullum unquam præ Hoffæo dicentem è fuga gestu audiant, adeò hunc sibi ante alias placere. Addiderat nempe viri eloquentiæ ingens gratiæ pondus sincera & palam elucens animi demissio, ac minimè tucata modestia. Operæ sacræ fructus insigniter emicuit in duabus Virginibus patri-

184.
Frustra quæ-
xuntur ædes
in area Sancti
Mauritii.

185.
Et in ædibus
pertinenti-
bus ad S. U-
dalrici.

186.
Interim No-
stri ramen
fructuose la-
borant.

patritiae Nobilitatis, Sibylla & Margaretha, quarum haec ex Peutingeris fuit, nunc emortuis, illa ex Hörvvarthiis, qui in Boicam transgressi Comitum modò dignitate illustrantur. Habitárunt eae quidem in suis ædibus, sed vita species Monasticam æmulabatur: voto perpetuae Virginitatis Sponso Cœlesti adstrætae, novo exemplo civibus admirationi fuere tanto majori, quanto constantius in cœpto proposito perseverarunt. Suadebantur à propinquis nuptiæ, expectebantur ab opulentissimis simul nobilissimisque juvenibus: incassum per annos triginta duos indiviso amore solùm amare perrexerunt Deum, sóli per variæ Religionis, ac misericordiæ opera placere studuerunt.

Sed nihil æquè hoc anno Societatis nomen illustre, Lutheri scholam obscuram reddidit, quam eventus, quem narrare aggredior, planè memorabilis. Matrona ex Fuggerorum stirpe puellam, parentibus orbam simûlque pauperimant, miserata, priore anno alendam suscepserat, verùm, quod minùs providè actuū, sub cura Lutheranæ foeminæ, quæ concreditam sibi Margaritam (id puellæ nomen) perfidè omnino in lutum dejicit. Blanditiis, munusculis, promissis incautam urgere non absistit, donec Lutherò se addiceret, ac tota ex Lutheranorum ritu viveret. Verùm enī, Ultorem mature Deum! permittit; ut è styge hospes miseræ alumnae corpus insidere, torqueréque incipiat, dupliciti lingue sono uti coepit, naturali uno, sibique ordinario, elato altero, ac plus quam virili, quo rugire eam potius quam loqui dices. Cùm voce uteretur, quem natura dederat, nihil, quod contra decorum ac honestatem foret, proferebat. Sed nimis interstrepere mox horridi illi vociferatus, inter hos eructare obscenissimos cantus, propalare occulta aliorum delicta, evomere diras & execrationes in Catholicos & Catholicorum sacra, Luthericanam ex adverso sedam immensis prædicare laudibus: forte, dum aliquando insolentiùs impudentiusque bacchatur, tintinnabulum insonat, signum prætereuntis ante ædes Sacerdotis Catholicæ, sacram Viaticum moribundo deferentis, hoc ut illa audit, conticebat illico, tremit, frontem, manus, pedes, totum corpus contrahit, in extremum cubiculi angulum se abdit, è quo cùm tacente tintinnabulo præcepisset, paulò post audito, rursum ejus sonitu, pari trepidatione in priorēs se latebras recondit. Advertit hoc alia tuta præfens foemina Catholicæ, suadet matrifamilias, ut rem totam vires prudentibus doctisque exponat, rogetque consilium, pareat illa, sed non alijs consulit, quam, qui in cathedra Lutheri sedent: accedunt illi, Margaritam, re omni intellectu, sciscitantur, luberène sacram coenam ritu Islebico degustare: annuit, ac hiante ore, rabidam præsefert orexin; nil moræ, buccellam deponunt, sacra (non sacri ipsi) verba extemporales Hieromagiri inhalant, ac Margaritæ porrigunt, trajicit hanc fanaticæ per gulam quantocyus, nec satiata alteram quoque (tam famelicæ pietas erat) ac tertiam flagitat. Subin ad magis serios devénitur congressus, & veluti Lapitharum super mensam confurgunt prælia. Adoriuntur Cerberum novi Alcidæ, imperiose migrationeth indicunt, grynas, diras, adjurations accumulant. At quid orcus contraria? risus, impudentes jocos, probra etiam, & lannas regerit, & omnem assultum petulantii insultatio ne frustratur, quin ex eo die torquere magis puellam coepit stygius inquilinus, adigere ad horrendos clamores, jaclare tanta vi, ut quinque saepius robustissimi viri temporis eam haud possent, quin saepè omnes uno cum illa impetu humili affligerentur, trahelare penitus, licet multum fatagerent, & clam tenere haud potuerint rem hanc domestici, ut non ad Fuggeros deferretur, qui clientæ suæ miseri Nostros rogarunt, ut sacros contraria stygem Exorcismos ritu Catholicoco adhiberent: Haud solum quidem Societas multis ex causis anceps hoc opus facile in se recipere: sed cum urgeremur precibus, unus e Nostris Wendelinus Volkius, interiore quodam fiducia impulsu, fore, ut rem totam in magnum Ecclesiæ Orthodoxæ bônum felicitate evenerit Deus jubeat, multum animatus, negotium aggreditur, ac in Aede quidam Divorum Odalrici & Afræ. Fiunt ad Deum Divosque vota: proferuntur sacra

187.

*Energumenus
in signis libe-
ratio.
M. S. Collegii
Augustiani.*

188.

*Sacram Et-
charistiam
veretur de-
mon.*

189.

*Heterocli-
ta Luther-
ana, coenæ fa-
mes.*

Lipsana, recitantur adjurations Ecclesiasticae : & exiturum se quidem hospitio respondet hostis Tænarius, sed non antè, quām Patris Wendelini fratres adveniæ Augustam, ipsūmque templum intrâssent: nihil de horum itinere constabat Wendelino, mittit tamen domum nostram, monētque, ut si qui hospites advenirent, ocyus ad Sancti Udalrici Aldem juberentur accedere; & ecce, adveniunt eadēm horâ duo Socii, & è diversis quidem locis, Dilingâ unus, Monachiô alter, qui, cùm, ut jussi erant, ad memoratam Aldem protinus festinâssent, jāmque subirent limina, frendens cacodæmon adesse in clamat invisos sibi Wendelini subsidiarios, quorum præsentiam ferre nequeat: nec mora: erumpit ex Margarita, sibique ex integro restitutam & in columem relinquit, magno præsentium solatio & admiratione, nec, ut in hujusmodi eventis fieri primum est, absque notabili incremento ad famam eorum & existimationem, quorum opera in hoc negotio usui fuit.

I 90. *Paulus Hof-
fæus Provin-
cialis Petrus
Canisius ex-
currat Elva-
cum.*

Duo's porrò, quos memorabam, advenas, Augustam destinârat Paulus Hoffæus, quem Borgia Patris Canisij Vicarium Provinciæ Germaniæ superioris Præpositorum esse iusserat, Petrus ipse aut Dilingæ detinebatur, scribendis, quos Pontifex demandârat contra Centuriatores Magdeburgicos libris, aut abstrahebatur conficiendis extra Provinciam, imò & Germaniam itineribus. Elvacum Suevia urbem Otho Cardinalis, qui simul Canonici illic Collegii Præpositus ac Princeps erat, ab Lutheri secta, quæ ante annos jam viginti locum infecerat, expurgare cogitabat: eò igitur profectus Canisium comitem sibi adjutorémque assumpsit. Arduum hoc opus erat, quòd vicini Principis auctoritate, speratisque auxiliis niterentur Lutherani. Verùm modestiâ, lenitate, & affiduis, quas per Quadragesimam Petrus habebat, concionibus feliciter tandem effectum fuit, ut acceptarent cives positam à suo Principe legem, quâ sola post hac Religio Orthodoxa coleretur, ad quam, qui transire nollent, urbe migrarent, neque alias nisi Catholicus municipii jure unquam gauderet. Sed ecce, dum hæc prosperè aguntur, atque

I 91. *Calumnia in
Canisium de-
pulta.*

ita Sociorum Domicilio, Elvaci, de quo plura suo loco dicenda erunt, velut eminus initia parantur, trepidis literis Herbipolim ab Episcopo, à Canonicis ac Magistratu excitur Canisius. Collegii illius fundationi superiore anno adfuerat. Nunc rumor passim creditus, urbem, totâmq; viciniam occupârat, Canisium, agniti tandem Evangelii luce, ex cane migrâsse in ovem, quam Lutherani Pastores ingenti cum jubilo ovili suo gregique adjunxissent. Advolat illico Petrus, quò vocabatur, suggestum concendit, primùmque se esse Catholicum, obedientièque Romanæ Sedis filium, pro qua vitam & sanguinem millies profundere paratus est, disertè prolixèque contestatus, longa oratione demonstravit, patere sanè Lutheranis, modò animum adverterent, quām debili fundamento ipsorum Religio staret, cuius auctoritas & propagatio non nisi impudenti mendacio, & manifesta calumnia quereretur. Redux Dilingam, Cardinalem quoque eodem revertum

I 92. *Otho Cardi-
nalis Romam
iururus valedi-
cit Dilinga-
nis.*

invenia. Romano is se se accingebat itineri, quod antequam ingredetur, scallum, quod intra Collegii parietes habemus, solenni Ecclesiæ ritu Deo consecravit. Tredecim crania Virginum è Societate Sanctæ Ursulæ dono dedit, ut & Typographiam cum amplissimo libros imprimendi privilegio; post omnibus ad geniculantibus bene precatus, ipse pariter in genua se provolvit, petitisque precium piarum subsidiis tenerimè valedixit: madebant utrinque oculi, veluti præfago animo persentiscerent supremum hunc inter amantissimum Patronum & clientes aspectum amplexumque esse. Discessit Cardinalis Mensis Majo, quem aestate jam

I 93. *Canisius ad
primæ Procu-
ratorum Con-
gregationem
Romam re-
mit.*

adulta secutus est Canisius, ut coram cum Borgia de Societatis negotiis, cum sanctissimo Patre de Religionis in Germania adjumentis tractaret. Oportunus viri adventus Societati obtigit: statuerant in ultima Congregatione generali Patrés, ut tertio quoque deinceps anno in singulis Europæ Provinciis coetus quadraginta Patrum, qui vel Collegiorum Rectores, vel è Professis seniorès essent, convenirent, lectori unum (Procuratorem appellant) qui Romam profectus, tum Provinciæ suæ statum exponeret, tum cum ceteris aliarum Provinciarum, qui itidem Romam venissent, Procuratoribus dispiceret, num quid detrimenti passa esset Societas

dicta, aut causa evocaret, ob quam Congregatio generalis cogenda videretur. Primus hujusmodi Conventus Romæ sub Autumni exitum est habitus, ad quem, qui præviam in nostra Provincia Congregationem Augustæ celebrarunt Patres, Canisium nominarunt, cui Provinciæ negotia committerent, utpote, qui Romæ jam versaretur: tardius nimurum Borgiæ literas acceperant, quibus indicabat, ne quis Procurator eligeretur, qui simul Provincialis esset: Sanctum hoc fuit, ut eò major Provincijs libertas fieret, postulata sua ac necessitates explicandi. Sed de Canisio palam fuit, quām integer ipse, suorumque amans, quanta vicissim totius Provinciæ erga illum fiducia, quanta esset omnium propensio, ac de prudencia non minor, quām sanctitatem existimatio; quapropter, cū intellectus esset Borgia, munus Procuratoris Canisio delatum fuisse, licet Provinciali, tamen nec ipse, nec Procuratores ceterarum Provinciarum quidquam censuerunt mutandum esse. Habuit hīc Petrus occasionem suavissimo fruendi solatio ex aspectu Stanislai sui Kostka, habuit Stanislaus in Canisio, non solummodo novum ad virtutem stimulatorem, sed evocatorem quoque ad capienda virtutis præmia: ita certè eundem Beatus Juvenis ipse accepit, quippe, Petrus invitatus, ut Calendis Augusti tyrones Societatis, ad Sancti Andreæ, pia adhortatione instrueret, inter alia formam ecommonstrarat, quemlibet mensem piè auspicandi transfigendique, nimurum, ut quisque animo præcipiat, mensem eum sibi fore ulimum, quo se ad vitam sancte finiendam comparare habeat. Finita exhortatione Stanislaus Sociis, quibuscum audita, retractabar, disertè asseveravit, sibi hac dicta, sibi hoc mense moriendum fore. Voces, primùm haud alte in animam ab audiencibus demissas, vaticinium fuisse eventus probavit. Quod Sacchianus ac Bartholus, qui Sancti veram scripsere, ampliter enarrant.

Sed revocat calamum in Bojariam suam Albertus Princeps, qui majore indies nos clementia complectens non tantum studiis nostris uti perrexit, sed acres etiæ exemplo suo stimulus subjecit, dum ipsem et errantibus in viam reducentis manum admovit. Andreas Monachii erat urbis Consul ex pervetusta & inclita Patriciorum Ligulziorum stirpe. Is, dum peragre literas sectatur, hæresim signū obbibit, domumque refert: errores dedocendi curam in se ipsum Albertus recipit, fraudet, ut Stanislai Hosij Cardinalis & Episcopi Warmiensis librum de Controversiis Fidei diligentem attentione pervolvar: Non ita hebetis intellectus Andreas erat, ut doctrinæ solidissimæ demonstratam veritatem hanc agnosceret, non ita patversus voluntatis, ut agnitam præfractam repelleret contumaciā. Itaque Catholicum se professus, dignam hoc nomine ac pietate illustrem deinceps vitam egit, magno Familiæ, que Hosij librum, Alberti donum, hodie adhuc in sua Bibliotheca asservat, solatio, magno Alberti gaudio. Majus tamen fuit, quod ex integri Comitatū reductione idem Dux persensit. Est in visceribus Bavariæ satrapia Haga nomine, que ad Dynastas pertinebat ex antiquissimæ inter Bojos Fraunbergiorum stirpis ramo progenitos, inter quos Sigismundus belli pacisque artibus, queis eminebat, eam apud Maximilianum Cæsarem gratiam occupavit, ut is toparchiam Hagensem, liberum Sacri Romani Imperii Comitatum, hoc est, sibi subjectum Cæsari, aliisque insignem privilegiis, esse jusserit: Ea tamen conditione, ut, si quando Sigismundi posteritas deficeret, Dynastia hæc ad Bojariæ Principes devolveretur, id, quod non ita diu post evenit, Ladislao Sigismundi nepote absque liberis defuncto. Sed quod in Comitatu hoc pretiosissimum etat, male perierat. Ladislaus turbulenti vir & inconstantis ingenii, à Carolo Cæsare, sub quo in pugna Ticinensi haud ingloriè militaverat, ad Gallorum signa transiit. Ob quod dimidia bonorum parte à Carolo multatus fuit. Exin Alberto, quo tamen patrocinante in gratiam à Cæsare denuò receptus erat, tricas ingentes ac molestias facebavit, quām ob rem captus, & Monachii in custodia detentus est, donec eam multo ære redimeret. Legitimam quoq; uxorem Aemiliam ex Principe in Italia Carpensium stirpe repudiārat. Tam enormi mutabilitati longè turpiorem addidit, dum ipsi avitæ Religioni non renunciavit modo, verū etiam

194.
S. Stanislaus
ex Canisii
Sermoni
mortem sibi
prælagit.

195.
Albertus Boja-
ræ Princeps
Hæc, pro Re-
ligione.
Alleretor.

196.
Hagensis Co-
mitatus re-
ductio ad Fi-
dem.
Handis in
Genealog.
Bav.

Roman. His.
Acad. Ingol.

197. subdito in eandem sectam summi erat. Pro hinc ei servit venenati aliquando ortus lingua Galparis Franci, qui Orenti in Mastia inter Lutheranos natus educatusque, cæcus cæcos potenter facundia secum in eandem præcipitata rat fore, dicens miserantis Dei beneficio, quod prorogasset, agnoscens, & pedem ipse retraxit, & alios ex errorum lerna extrahete constituit. Hoc ut felicius agredetur, ad Angliopolitæ Academiæ Magistros se contulit; erat tum universitas Germaniae celeberrimam Ingolstadiensem Athenæum, quod in eo Professores Calparis Franci ad Catholicos transiit.
198. essent doctrinæ & virtute plurimum incliti. Inter Theologos eminebant Eisengrænius, & qui nuper Dilinga venerat, Hieronymus Torrensis noster, edito recente libro Augustinianæ Confessionis cum Augustina comparata, magnam solidissimæ eruditionis famam consecutus. Theodorus item Peltanus. Inter Jurisperitos celebrati fuere Everhardi ambo, Pater ac filius, ac p̄p̄ illis Raphaël Ninguarda Curiensis è superiori Rhætia, qui conspicatus, quantum ad laudabilem discendi æmulationem prodesset apud Theologos & Philosophos privatum Disputationum frequens tuis, eundem Studiosorum quoque Jurisprudentia solitis conventibus invexat. Philosophiam tunc explicabat Albertus Hungerus, quanti subinde vir nominis? Ex nostris Carolus Ursinus Romanus vetustissima complurium Divorum Pontificum, Cardinalium, Regum ac Principum procuratrix Aniciorum stirpe genuitus, ex qua hodie in Benedicto XIII. universa Ecclesia lucidissimum omnis Sanctitatis candelabrum admirabunda veneratur, ut que quam diutissime luceat, vota Deo facit ardentissima. Fuit Ursinus tum Religiosis virtutibus insignis, tum miræ humilitatis & modestiæ gratia, externis juxta ac nostris acceptissimus, quin & Principibus, tum generis agnati veneratione, tum propriâ viri modestiâ illectis, atque ad eum inviscentibus. Sed talet virus morbus nostræ Provincie, mors orbi invidit: curandæ valetudinis causa Romanum remissus, ibi paulò post diem supremum piissime obiit. Hac itaque celebritate cum floreret Academia Ingolstadiensis, maxima lñde consequbatur æstimatio, ut vel solum hoc Ingolstadii fuisse Academicum, eximia esset scientiæ præjudicium. Hujus obtinendi, atque exihi ad salutem animarum transferendi causâ, ut dictum, Francus in ædibus Eilengreinii octodecim menses versatus, transitionis suæ ad Catholicas rationes typo vulgavit, quibus etiam duos Germanos, ut fratris exemplum sequerentur, permovit, & palam insuper nec absque solennitate & complurium testium praesentia errores, quos male præcinerat, recantare decrevit. Tempus, modum, ceteraque sacræ hujus celebritatis pompam fuisse enarrat Rotmarus Annalium Ingolstadiensium parte prima. Nobis sufficiat dixisse, ad augendum solennitatis splendorem, tum alios etiam, tum duos nostris Peltanum, ac Torrensem publicè, clara voce ac singillatim professionis Fidelis formulam recitasse, ut eximerent nimis confertim affluent populo persuasum, quæ invaluerat, ritum hunc solennem ad solos, qui ex hereticis Catholicis fierent, pertinere; atque ut doceretur vulgus, protestationem hanc quanto saepius, etiam ab iis, qui ab incunabulis orthodoxi permansere, iteretur, tanto esse Professio Fidei introducta in Academiam Ingolstadiensem.
200. & Numini, cui juratur, magis acceptam, & juranti magis fructuosam. Albertus Princeps mirè ex hoc gavisus, nihil cunctatus est, quin missam recens à Pio Quinto Bullam illico publicari juberet, qua Pii IV. Decretum, de quo priore decenio diximus, in usum deduceretur, ut videlicet, antequam inter Professores Academicos quisquam reciperetur, aut aliquod honoris literarii Insigne impetraret, præstito rite Sacramento fidelem Ecclesiae Romanæ filium se esse, foreque sponderet. Convocati fuere ad id tam urbis Senatores, quam Professores Academicici, factaque mandati promulgatio à Rudolpho Clenkio Doctore Academico, nomine non minus Martini Schaumbergi, qui Diœceseos Antistes, & Academici Cancellarius, quam Alberti, qui loci dominus erat: reclamantibus quidem, qui frequenter Ingolstadium ventitabant, Scholasticis Lutheranis, sed consultius, ut sanè erat, vilum est minus tritici, purgari tamen, quam plus, sed loliis permixti congregare in horreum: probavitque eventus,

eventus, neque huius etiam detrimentum ex Lutheranorum abitu fuisse consécu-
tum; Catholici quippe parentes filios eò majore numero, quò futuri erant ab er-
roribus tuiiores, misere deinceps Ingolstadium: ex dissitis etiam plagiis, ipsaque
adèo extrema Sarmatia. Interea Hagensis Ladislaus senex admodum morte subla-
tus fuit, & Albertus Toparchus dominio potius, primas mox curas eò contulit,
ut novos subditos in semitam Religionis antiquæ revocare, quo intellecto Ga-
spar Francus, jam ex Prædicante Sacerdos, emixè, ut suum Princeps adhiberet o-
perem, flagiravit, exauditus, quas antea inflixerat, plaga curare coepit, & effi-
caciùs quidem, quòd priorem facundiam ad solidæ jam Theologiae eotem exacu-
set. Intra breve tempus, secundante tam justis conatus Numinis, ad sana pascua,
bonus nunc Pastor, redixit oviculas, quas antea, ut malus Mercenarius, male se-
duxerat.

*ad locum.
201.
Cordatus
Hagensis ad
Fidem Cæho-
licam reduci-
tur.*

Difficilioris negotii res fuit cum Inferioris denuò Bavarie populis, Maximilianus Cæsar meliora, ut putabat, quia mitiora, nescio quorum, secutus consilia, Austriacæ Nobilitati autonomiam, ut appellabant, seu libertatem amplexan-
dæ, quæ liberet, Religionis induxit. Avertere quidem ab hac mente Imperato-
re nisi est Albertus, testatus scriptis ad Pium Pontificem literis, obsecrando,
monendo, dehortandoque nihil se omisisse, quo Cæsare Majestatis animus ab-
iatis novatorum consilii atremissimum reddi posse existimat; certum namque si-
bi esse, tali indulgentia non tam sanari, qui insupererant, morbos, quæ pejori-
sémper opinionum & errorum sui viam patueri. Sed incasum laboris omnis ce-
cidit, itaque hoc potius curandum jam erat, ut Boarium suum servaret. Albertus,
redderetve indemnem. Denò enim, quæ Bohemiæ Austriaq; vicina est Boica,
reviviscere coepit suppressa ante annos quinque novandi præriso, & properè ob-
viandum erat gliscenti flamma, nō ulterius serperet. Mittitur quantocyus in tra-
duis illos Comes Schwärzenbergius, addunatur è Sociis duo: ille severissimis man-
datis atque etiam rigore, hi circumscriptio affidus, cohortationibus & probæ-
vitæ exemplis efficiunt, ut quam plurimi in Principis potestate & Ecclesiæ Romanæ
gremio persisturos se jurarent, staréntque etiam jurato. Parere nolentibus, non
generis, non offici ratione habita, migrandum fuit extra Patriæ fines. Ratisbo-
nam aliqui se receperunt, in Palatinatum Trans-Danubianum alii. Et horum qui:
dēm posteris saltum, lucis Divinæ claritas viam aliquando salutis commonistravit,
ut suo loco exponemus. Tantam pro subditorum animis optimi Principis vigi-
lantiam & studia, benignum Numen multiplici felicitate remuneratum fuit, do-
mesticā non minus quam publicā: nempe, ex ea etiam causa, quòd non mino-
rem quoque domesticorum, quam subditorum curam habuerit Albertus. Inter
tres filios, quos inde ac natura egregios, educatione etiam sanctissima ad omnem
summae fortunæ fastigio dignam virtutem perpolivit, Patris in Principatu futurus
successor, Guilielmus annum octauum vigesimum attigerat, sapientia ac pietate præ-
clarus, atque adèo vergentis jam in senectam patris curas levare summi idoneus.
Itaque conjugem ei quærendam ratus est Pater, qualem sibi surum, qualem & fi-
lius optabat sponsam, cuius videlicet præcipua dos pietas foret ac Religio: nulla ei-
rat inter Germanos, quam non sanguinis cognatio, vel hâc apud Aulam Boicam
gravius impedimentum, sacrorum diversitas, thoro arceret: itum ergo est
in Lotharingiam, petita, obtentaque Renata, Caroli Ducis tertii soror ex
Francisco Patre, Matre Christierna seu Christiana Regis Daniæ filia. De
nuptiis vicesimo primo Februarij celebratis, deque apparatu verè Regio, qui
peculiari libro & iconismis accuratissimè descriptus extat, nihil attinet dicere, nisi
optimi rem exempli fuisse, quòd pompis & oblectamentis, quibus hujusmodi Au-
larum celebritates transfigi solent, interjunctæ continuò fuerint pomeridianis æquæ
ac matutinis horis publica Religionis exercitia, templorum frequentationes, sacri-
ficia, vespertini in templo cantus, comprecationes, pulcherrimi omnino ludorum
profanorum interpositus. Quod Societas Monacensis Hymenæo huic decoranda
conferre justa est, tragœdia fuit, sed non nisi sacra, Samion videlicet, interlocus de-

*ad locum.
202.
Missio in Ba-
variam infe-
riorem itera-
tu.*

ad locum.

*Misericordia
Ratisbon.*

*203.
Guilielmus
Alberti Boii
filius dicit
Renatam Lo-
tharingiam.*

204.
Collegium
celebrati
nuptiali tra-
godiā sa-
cerdoti ador-
nat.

MDLXIX.

205.
Antonii Cle-
selii à Socie-
tate ac Fide
apostolia : re-
dit ad Fidem:
ad Societatem
non recipitur.

206.

Simonis De-
meli fune-
ritus interitus.

Christo humanī generis amatore , mortisque per mortem triumphatore amoenis expositionibus. Caterūm natus est Guilielmus in Renata planè adjutorium simile sibi , tum in omnibus ad commune patriæ bonum recte disponendis , tum particulatim etiam in minima Societate nostra protegenda , fovendâque : hujus rei multa posthac monumenta animo æternūm memori afferemus .

Alio statu res erat apud Oenipontanos in Tyroli Socios : quos Dilingant . . . per casūs tristies adhuc reliquæ conturbârunt. Memineramus ibi , Antonium Cleselium ex nimio erga Averrois dogmata affectu in fide vacillasse admodum , sed is ad maturè relipiscendum prodigiō eventu , & miraculo , nescio quo , se compulsum testatus , perstare in Societate permisus est ; quin & Sacerdotii recipere Ordines : quòd seriam miorum emendationem , actorumque detestationem tantam præseferret , quantâ majorem exigi debere moderatorum nemo putabat : itaque ad agendum cum populo eductus , cum nomen aliquod ex facundia sacra adeptus esset , cathedræ Oenipontanae admotus fuit. Stetit aliquamdiu in pulpito non absque laude , donec erumpendi clanculum occasionem natus , drepente videri desit , ad haereticos profugus , relictis , quas Ferdinando Duci inscripsit , literis , quibus Pontificiam autoritatem , solita perfidis hujusmodi ingenii impudentia , contumaciam est . Multa tamen & magna nimis optimi Numinis miseratione factum est , ut Cleselio ex ipsis tenebris , quibus se indies magis obsepiri vidit , lux oriretur , qui miseriā suā agnosceret. Defecrat sanè à Catholicis , sed , ad quam se applicaret sedam , rotabatur ambiguus : cùm videret , omnes , qui ab Romana Ecclesia dissident , consentire quidem in eo , ut Scripturæ sacræ effata , & ea quidem sola pro credendi regula assument , sed hæc ipsa oracula interpretentur dea , prout cuique libuerit , armaque cudant , quibus , ut Cadmæi fratres , mutuò sese jugulatum irent , ausus est rejecto omni alieno magisterio solum se sibi Doctorem statuere , & Scripturæ profunda penetrandi arrogare facultatem. At nempe hic primum assidue vertigines , hic undique ingruentes tenebræ , ut , quid negare , quid affirmare cetera haberet , nihil omnino perspiceret miser Scepticus , donec tandem misericordia lumen Patre lucis acciperet radium , ad quem temeritatis suæ perversâ impudenter clarè agnosceret , nullam sibi quietem fore , donec rursus , quod orthodoxi monente Apostolo faciunt , intellectum captivaret in obsequium fidei. Itaque factorum poenitens geminas exaravit literas ad Henricum Blyssermium Collegii Pragensis Rectorem unas , alteras ad Franciscum Borgiam , quas in Historia Societatis videre est , detestatione sceleris , imploratione veniae , parendi , quidquid juberetur , pollicitis plenas : Borgia reconciliationis modum Blyssermii curæ demandat ; is hominem Pragam advocat , illic , posteaquam coram Apostolico Nuntio , Archiepiscopo , virisque nobilibus , soleñi formula fidem Catholicam professus fuisset , absolutus est , non tantum ab haeresi , sed nexus etiam , quo Societati tenebatur ; quòd enim ingenii ad obsequendum haud proni , & suo arbitrio vivere ab aliquo tempore assueti esset , consultius visum est hominem relaxare à votis , necdum solemniter nuncupatis , cum spe , fore , ut sic sibi aliisque non inutilis evaderet : ac profectò ita evenit : Ut damna Religioni illata resarciret , vitâ in extremam usque senectam piè actâ strenue linguâ & calamo doctrinam ubique impugnavit haereticam , Catholicam propugnavit , longè meliore cum spe salutis , quā alter ejus in Theologia simul & Averrois dogmate sectando temerarius contubernialis , Simon Demelius , de quo ante biennium narravimus. Is præcedente anno ad Hieronymum Narratalem in Belgium missus , reducendus in veræ sapientiæ orbitam , spretis monitoribus , monitisque , Parisiis à Societate nostra secessit , odia adversus illam secum auferens non mediocria , quæ dum exsatiare scripto aggreditur , jámque epistolam vulgare parat , figmentis conviciisque refertam , quibus nec impudentissimus calumniator magis probrosa effutire posset , ecce tibi , Lovanii , quòd abierat , in horum suum malè fausto occursu incidit , à quo repente gladio obtruncatus in vestigio concidit .

Excubans semper pro Societate sua Dei bonitas efficit , ut Cleselii infame

tra nsq

transfugium Oeniponti ulteriorem post se pernicem haud traheret; Ferdinandus Archidux alium mox Concionatorem postulavit, & quidem è Societate, qui ad Au-
lam in templo Franciscanorum è suggestu diceret. Missus est Alexander Halle-
rus (Hollerum Boij , Suevi Hellerum scrisere , utrique malè , dialecti vitio) ex
provincia accersitus Austrica , doctus in primis probusque & rebus pro Dei glo-
ria , etiam post redditum ad suam Provinciam , in Austria Moraviaque , rurum
deinde apud nos insigniter gestis perquam celeber.

207.

Alexander
Hallerus
Concionator
Aulicus Oe-
niponti.

Ferdinandi verò Sorores urgere non desisterunt apud Borgiam acceptatio-
nem Collegii , quod Halæ moliebantur. Est Hala oppidum uno duntaxat millia-
ri infra Oenipontum , Oeno pariter adjacens , haud quidem magnum , tribus ta-
men rebus celebre , geminis nundinarum quovis anno Ferius , officinâ monetaria ,
in qua , ut plurimum , aquarum beneficio ex propinquis auri argentique fodinis
variae monetæ ingens copia artificiose celeritate cuditur , salis denique coctura.
Surgunt una circiter leuca dissiti præalti scopuli laxe turgentes , quod ut ad usum
erui possit , angusti in rupem usque medium perstringuntur aditus , rupes ipsæ suf-
fodiuntur ; excavantur depresso in profundum ad ducentos sàpè passus è saxo
gradus , pervenitur tum ad amplos fornices nullis suffultos columnis , ut horro-
rem subeuntibus incutiant , & inferorum quedam repræsentent circa vestibula ,
qua recisis intra ipsas cautes fragminibus oppalentur , his ex vicino torrente ,
qui providæ naturæ beneficio intra ipsa montium horum concava supremo ex ju-
go præcipitat , aquæ dulces defluper immittuntur ; stagnant hæ aliquam multo tem-
pore , simûlque salem omnem ex petris , quibus incubant , exsugunt , tum ubi
suctum affatim esse eximmerso halteris pondere deprehensum est , per canales
ligneos Halam usque deducuntur , ibique supposito amplis è cupro vasis perpe-
tuo igne tam diu feruefiunt , donec sal omnis probè decoctus in ima subsidat.
Indè sublatuſ , latè per Tyrolim , vicinásque Provincias distrahitur , tanto quæstu ,
ut soluta etiam aliquod operarum centuriis mercede , plusquam centena Philip-
peorum millia ærario inferri dicantur. Aër licet vicinæ alpes perpetua ferè nive
rigeant , in ima tamen valle mitis est , ut , cùm hyemes in Suevia etiam ac Bava-
ria ita ſeviunt , ut flumina rivique glacie constringantur , circa Halam tamen
nunquam congelentur , quod anno hujus ſeculi nono vidimus , quo bruma per
omnem pænè Germaniam erat rigidissima. Hanc urbem , ut ibi posthac habita-
rent , utque Societati in ea domum ponerent , elegerunt Reginæ Austriacæ : qui-
nas fuſſe diximus , ex his Duci Ferrariæ Joanna , Duei Henniræ in manus con-
venerat Barbara ; longè ex adverso à thalamis abhorrebat reliquæ tres , Marga-
rætha , Magdalena , & Helena . Fervidis precibus , adhibito etiam Anne Soro-
ris Alberto Bojo nuptæ patrocínio impetrârunt tandem à Ferdinandō Patre , ut
reliefus mundi vanitatibus liceret ſibi ſolis ; & ſoli in primis ſponſo ſuo Christo vi-
vere , cui anno abhinc quinto caſtitatis perpetuae voto ſe desponderant. Cogitabant
insuper ex Aula migrare Monachium , & vitam deinceps omnem in Ridleria-
no Monialium Franciscanorum coenobio tranſigere. At , cùm Ferdinandus Ar-
chidux frater , qui in Tyroli rerum potiebatur , intellexiſſet , velle eas qui-
dem posthac in Ridleriano contubernio vivere , ſed absque eo , ut Religioso-
rum Votorum nexu ſacro Ordini adſt ingerentur , nec ipſe , nec Maximilianus ,
jam Cæſar , nec Carolus Styriæ Dux , earum fratres aſtentiri voluerunt. De-
precati ſunt idipſum Provincie Ordines ; malè ſe , dicitantes , metuere Tyroli ,
ſi illæ diſcederent , quarum illuſtris pietas universæ patriæ fuſſet exemplo ſi-
mul , & præſidio ; fore profecto etiam intra Tyrolim locum idoneum , in
quo , quamcunque vivendi rationem mallent , uſurpare poſſent. Repoluuerunt
Virgines , Monachium ſe cogitâſſe uham ob cauſam ; quod illuc Soci-
etatis Collegium eſſet , ex qua aliquot jam annis conſcientiæ moderatores ha-
buiffent , magno animi ſolatio tantoque proventu , ut decretum haberent , alios
vita

208.

Collegii Ha-
lensis exor-
dia .
Merianæ
Topogr.

209.

Tres Regiae
Monachium
migrare co-
gitant.

vitæ, quam Deo uni consecratam vellent, Magistros haud adhibere. Hinc etiam esse, cur nec Religiosorum Ordinem aut Monasterium condere, nec jam conditum ingredi statuissent, ex eo, quod scirent, imperasse Ignatium à Sede Pontificia, ut vetarentur Societatis homines stabiliter se addicere audiendis Virginum Religiosarum Confessionibus. Quod si verò eo in loco, quem ipsæ habitatione delecture essent, domicilium Societati statueretur, in quo Confessarius quoque suus & alii, quorum opera spiritualis usui futura esset, habitare possint, nil se repugnare, quin in Tyroli persistant. Excepta est responsio pronis auribus, cogitatūque de Sede pro Sodalitatis nostræ Tyronibus locanda, sed mutato graves ob causas consilio aliud de Collegio struendo suscipitur. Agendum nunc de hujus acceptatione erat cum Francisco Borgia, scribunt ad eum Reginæ, scribit etiam Ferdinandus suo fratrūque nomine, ac postulata exponit, Borgia, ut erat pro Societatis incolumente pervigil, subveritus, ne hæc vivendi novitas aliquando monasticum in cœtum mutaretur, cuius spiritualem curam Societas, salvis legibus continuare haud posset, Socios quidem, si Reginis Collegium domum pro Novitiis fundare lubitum esset, missurum se appromisit, quin & Confessarios, sed tam diu duntaxat, quamdiu illæ vitali luce fruituræ essent, atque tum Confessarius, tum cæteris Patribus ædes pararentur à Virginum habitatione interjecto vel templi vel alterius ædificij spatio segregatae. Acquievere Principes conditioni: pro Reginis adornari coepit Halæ Domus monetalis, quæ tunc in superiori urbis parte salubriori aëri excipiendo oportuna visebatur: non procul inde pro Nostris ædes, quæ ad Schnebergios nobilitate in Tyroli inclitos pertinebant, coemptæ fuerunt, bis mille sexcentorum florenorum pretio, modico nimurum venales, quod spectris lemuribusque nocturnis infestas nemo labens habitaret: sed habitabiles brevi sunt redditæ adhibitis à Patre Lanoio, ex Austria reduce, & Collegii Oenipontani Rectore, sacris, quas hunc in finem Ecclesia paratas habet, adjurationibus: Atque permultum tam ad ædes has comprandas, quam ad cætera fundando Collegio necessaria suppeditavit Magdalena, ex divenditis margaritis & unionibus, gaudens magnoperè, posse profani luxus, & vanitatis supellecilia in templorum ornatus, & hominum Templis dicatorum alimenta convertere. Quod & Sorores non minori liberalitate præstierunt. Unius tamen margaritæ jacura luxum fecit tum Magdalena, tum Helenæ, sed condonari dignum, utpote quem naturæ pietas indixit; Margaritam sororem fato amisere. Trigesimum vix annum expleverat, cum gravi morbo tentari coepit: suafere Medici s. ut Halam deferretur in ædes salinarias, quod salubrissimum illic auram credentes: at neque aura, nec medicamen ullum profuit. Ad mortis deducta viciniam, expiatò Confessione animo, Divinisque morientium praesidiis munita, vivere desit anno supra millesimum quingentesimum sexagesimo sexto, duodecimā Martii. Cadaver defunctæ Oenipontum subiectum fuit, devehendum, ut suò loco reddemus, denuò Halam, ac penes geminæ sororis loculos, uti petierat, reponendum. Et verò margarita sane fuit hæc Princeps longè pretiosissima, si ullum apud veros estimatores virtuti pretium est: A teneris pietati innutrita, secum, aut potius solo cum Deo habitare consuevit: hinc orando Numini vacare perpetuam, genibus, dum preces funderet, semper humi, nec raro nudis super lapidem positus, fraudare gulam melioribus ferulis, ac parce cibum sumere parum erat, nisi etiam crebra adjungeret jejunia: erga omnes summissimè lenis, erga egenos effusè larga, sibi hyni dura & aspera, modestia insuper, ac deificatione cluebat admirabili, ut, cum in omnium oculis ferretur, sola ipsa omnium se minimum ferret, & despiciat dignissimam. Cum prima inter sorores jam ante decennium Christo Sponso se consecrare statuerit, merita esse existit mari potest, ut prima quoque ad Coelestis Regni nuptias evocaretur.

211.
Margaretha
Archiducis
obitus.

Vergebat

Vergebat interea ad finem ædificii labor, cum Magdalena dimissis jam ante ex aula sua viris, foeminis pariter, quæ tum viduæ, tum virginis erant, missionem indicit, ita tamen, ut si quæ in eam Congregationem, quath ipsa cum Helena sorore Halæ institutura erat, nomen dare vellent, admissum iri significaret, non jam ut famulas, sed servitutis uni Deo serviendæ socias. Protinus sex admitti petiere, nobiles partim, partim inferioris noscibilis fortis, inter quas puella ex Wallachia (antiquis Dacia fuerat) quam bello Turcico captam, Petrus Canisius orthodoxa fide Baptismóque haud ita pridem initiārat: neque tamen Halæ tam cito omnia parari potuere, ut non ad mensem usqué hujus anni ultimum differenda fuerit migratio. Festam Nicolai Halensium Patroni Tularis lucem delegerant, quâ primùm in Divi hujus Æde ad solenne Sacrificium comparerent. Pridie igitur sacra hæc Virginum decuria (nam aliquæ se interim priori numero aggregarant) Divino prius Epulo, inspectante cum ubere fletu tota urbe Oenipontana in Patrum Franciscanorum templo refecta, ac post ultimo in Aula convivio excepta, Halam descendit, ipso geminas sorores, multis Procerum comitantibus, deducente Archiduce, qui convocato tam Halensis oppidi, quâ rei salinariæ Magistratui, venerationem obsequiūmque erga Reginas, euram & charitatem erga venturos Societatis Patres, verbis gravissimis commendavit, imperavitque. Vale utrinque amantissimè dicto, Ferdinandus Oenipontum rediit, Virgines paratam sibi domum subierunt, maximóque, quod Superi benè verterent, animi solatio inhabitare coeperunt.

Juverit, opinor, paucis referre vivendi rationem, quam, uti ipsæ Reginæ exorsæ sunt, ultra centum jam & sexaginta annos illibatam, & nec vel minimum mutatam religiosissimè observant Regii hujus Parthenonis Virgines, Religiosæ quamvis & Moniales non sint. Habitum vestiuntur ex lana, coloris atri, quo nobiles olim Matronæ in luctu funebri utebantur. Postquam annum ad mutua, quid utrinque allubescat, aut displiceat, capienda experimenta transegerunt, quæ perstare decreverunt in Parthenone, votum castitatis perpetuæ servandæ Supremo Numini in Templo nunçupant: sed hoc unum: cui tamen ritè explendo adjumenta usurpat efficacissima: sponte assumptos corporis cruciatus, Divinorum Mysteriorum per frequentem usum, precandi, pia legendi, meditandique exercitium creberimum, mundani strepitus, otiumque fugam. Viris nisi vel Confessariis, vel Principibus, & Austriæ Familiaæ Agnatis, aditus in domum haud conceditur. Processus omnis è domo ad duo triâve audienda Sacrificia in templum Collegii, è templo in domum: bis, terve, non sèpiùs, in anno deambulationem in vicinum prædium instituunt, sed adunatae, tum liberæ ad sanitatem captandæ auræ gratiâ, tum ferè, ut commonestrent, claustro se non adstringi, Monialium instar, sed sua duntaxat sponte populi frequentiam non amare. Antistitiae obedientiam exhibit, qua perfectior expeti nequeat, sed ad hanc alio nexus haud tenentur, quâ voti, ut appellant, ad manus Antistitiae præstati, quodque ab eadem denuò relaxari queat. Pari obligatione paupertatem, quam Religiosi Ordines Deo solenniter vovent, illæ ad Moderatricis manus promittunt, sine ejus venia nec accipiunt quidquam tenuissimi licet munusculi, vel expendunt, neque penè se peculium ullum retinent. Rem tamen Divinam magnificè in publicum celebrant, statis concipis, pretioso ornatu, solennitate Sacrificiorum, Clericorum etiam; quos alunt, & Musicorum numero, inter quos quidem tubicines sunt, ac tympanotribæ, volentibus sic jam olim Magdalena fratribus, ut Parthenonis Regii titulum dignitatēmque tueantur, sed jubente simul Magdalena, ut ad solas potissimum celebritates sacras adhibeantur. Delecta hac constitutâque Congregatione, quæ viâ claustrum inter seculumque mediâ incessura erat, rogârunt Ca-

213.
Institutum Re-
gii Parthenon-
is Halensis.214.
Ordo viven-
di oninibus
comunitatis
usque in hanc
diem.

A. C.
MDLXIX.

nisiū Reginæ, ut ne quā deerrarent à recti orbita, leges, methodūmque præscriberet, quas, cùm Magdalena pro cœlesti, quā pollebat, sapientia, vi-
deret esse saluberrimas, servavit ipsa, ac cæteris, quas sècum habebat, Vir-
ginibus absq[ue] omni prosapia statu[m]que discrimine æquali penitùs tenore ser-
vandas proposuit: condixere prompto animo, quamvis inter cætera labores
domestici ac servitudines imperarentur, à quibus alias delicata nobilium fœ-
minarum manus haud modicè abhorrent. Et verò perseverarunt, tum æqua-
litas hæc, tum leges cæteræ in primævo vigore; etiam postquam effectum fuit;
ut Reginis fato furiætis, Regii Parthenonis Pia Congregatio, contrà, quām
initio cum Francisco Borgia transactum fuerat, indissoluta perseveraret. Quan-
do id, & qua ratione evenerit, cùm historiæ series eò nos deduxerit, intel-
ligemus.

Postridie, quām Halam venerant Reginæ, seu ipsa Divi Nicolai festa luce
subsecuti sunt duo Patres nostri, unus quidem à Reginarum Confessionibus,
Paulus Herkoferus, alter à concionibus futurus erat Joannes Rabenstein Di-
lingâ, ubi sancti Hieronymi Collegio præfuerat, accersitus; additi sunt tres
rei familiaris curatores: deducti rectâ sunt in ædes, quas ajebamus, Schneber-
gianas, supellestili domestica ab Reginis largè instruætas. Deductioni adesse
voluit Paulus Hoffæus, quem Franciscus Borgia, cùm Canisius ad perficiendas
quas jam informaverat, lucubrationes, Dilingam redeundi facultatem adeptus
esset, regendæ nuper Provinciæ præposuerat, sedulum negotii pro Confessa-
rio Virginibus dando cum Borgia transactorem. Oportunus omnino Virgi-
num Sociorūmque adventus Halensi Civitati extitit; quæ Illarum exemplo;

^{215.}
Religionis sta-
tus apud Ha-
lenses sub ad-
ventum No-
strorum.

horum labore indigebat quām maximè: si usquam alibi apud Tyrolenses
hic certè periclitata tunc est Religio. Urbanus Regum (Regii nomen subinde
fibi ascivit) longæ Argæ oppido ad lacum Acronium iatus, Joannis Ekii olim
clericis primū, promotusque ad Oratorium Poësinæ in Gymnasio Ingolstadi
exponendam, dein Augustæ, ut Carolus Stengelius asselerit, Religiosorum
Ordinem professus, ab hoc simul & Catholicorum cœtu defecerat, inde Luthe-
ri fermento Sueviam infecit, rursumque ejectus in Vallem Athesiniam seu in-
teriorum Tyrolin percepit, factusque paulò post audaciòt in Vallem Oen-
nam ipsamque Halam emersit. Ubi dogmatum novitate simplicem plebe-
culam ita dementavit, ut turmatim ad eum audiendum concurrerent, atq[ue]
interdum armata etiā manu, quid quid contrà Ferdinandus Cæsar ediceret;
in suggestum deducerent: sed ubi fortiori militum manu contra sē agi vidi-
simulque itetum à prædominantibus Augustæ Lütheranis eò invitatus est, ad
illos rediit. Glisebant tamen adhuc Halæ sub cineribus male suppositi ignis
fomites, ad quos penitùs supprimendos illicè strenuè laborari coepit. Reginæ,
quoad Templi fabrica perficeretur, profanis quidem diebus in Sacello Dome-
stico, quod nuperrimè Blasius Aliprandinus Brixinensis Episcopi Suffraganeus
consecrârat, rei Divinæ à Nostris haberi solitæ intererant, diebus tamen
Dominicis festisque omnibus pulcherrimo Religionis spectaculo ad Aedem
Parochiale delcendebant, ut solemnieribus Officiis, concionique assiste-
rent: suggestum concendit quinta à nostro ingressu die secunda Adventus
Dominica Pater Joannes Rabenstein, tantamque vim prima statim concio-
nantis facundia, fervorque habuit, ut ea adhuc luce libri variarum hære-
sue pestilentes, ducentorum facile aureorum pretio, comportati, & luculentis
flammis absimpti fuerint.

^{216.}
Incipiunt no-
stri Hale op-
taturi.

^{217.}
Prope Dilin-
gam Bissin-
genis Topar-
chie reducio
ad Ecclesiam.

Nempe piissimi Rabensteinii salutiferos conatus idem è cœlo favor comi-
tatus est in Tyrolim, qui eisdem ante menses aliquot aspiraverat in Suevia.
Transierat in hanc relicta Hassia jam olim sub Cæsare Maximiliano Conradus

Boine-

Boineburgicus, & omisso stemmatis hodiéque apud Cartos superstitis nomine, Bemmelbergicæ nomenclaturæ, ac nobilissimo inter Suevos stirpis avitæ termiti initium dederat. Ex hoc progenitus Conradus alter Bemmelbergius Vir apprimè Catholicus Bissingensem Toparchiam, haud procul Dilinga sitam, multo ære comparatam obtinebat. Lutherana eam secta viginti propemodum ab annis occupaverat. Nihil magis avebat Conradus Vir nobili animarum zelo plenus, quam, ut iis, à quibus censum ipse ac redditus accipiebat, longè majores, quas vera fides parit, opes redderet. Opem, operasque petit à Canisio, qui Rabensteinium misit, felici eventu; nam indefesso is labore effecit, ut è subditis in plures pagos divisis, paucos numeraret Conradus, qui non essent Catholicæ, quales adhuc hodiè perstant sub orthodoxis Dominis, Oettingæ Comitibus, ad quos Bissingana Dynastia temporum mutatione pervenit. Demum id quoque curavit ante abitum Rabensteinii solers pro Collegio sibi concordito vigilantia, ut, cum Nostris ex eo sub Paschales ferias in novam pro Societate domum; jam utcunque Othonis Cardinalis sumptibus perfectam immigrassent, aliqui tamen è Scholasticis in contubernio Hieronymiano relixi fuerint, qui diversorum cubiculorum, in quæ convictores dispergiti solent, præfecturam gratuitò administrarent; nam antea id munera externi obibant, non absque parentum onere, qui annuam his Præfectis mercedem pendere tenebantur.

In Bavaria tam Monachii, quam Ingolstadii res jam ibant è tranquilliùs, ac fructuosiùs, quo ordinatiùs. Albertus Princeps modò severitate, modò clementia oportunè usus, orthodoxæ fidei naviculam tutò satis loco constituerat: Ubi mitioribus remedii locum esse judicabat, Nostrorum studia impendi voluit. Monachii imprimis curatum, ut infames Pandoræ Pyxides, libri hæretici legentium oculis subtraherentur, in quorum vicem alia sanioris doctrinæ volumina coëmi Albertus suo sumptu distribuique in vulgus jussit: idem Landishutæ factum, quo profectus cum Renata Conjuge Guilielmus Alberti Filius, assumptum è Sociis unum, toto Quadragesimalis jejunii tempore Oratorem è Sacra Cathedra intra quamvis hebdomadem sèpiùs audivit. Sub Ferias Paschales Monachium reversus tum ipse, tum Renata, Aulaque universa conscientiam apud Nostros expiârunt: Collegii census eousque hoc anno aucti sunt ab Alberto, ut præter sedecim alios terni supradicatos Novitii alerentur. Operæ pretium visum est Francisco Borgiæ Virum ex Urbe mittere, qui unicè ad munus hosce Novitios ritè recteque ad Instituti normam educandos inacumberet. Fuit is Bonaventura Paradinus Hispanus, idoneus omnino, qui primævum Societatis spiritum, qualis in ipsius corde totus inhabitat, in Alumnorum quoque animos transfunderet. Augustæ incrementum cepere tum pii pro communi salute conatus, tum conatum fructuosi successus adèò quidem, ut perlatâ Romam usq; famâ, quam multos Gregorius Roseffius concionibus simul & integerimæ vitæ exemplis Catholicos ad probitatem, Acatholicos ad Ecclesiam perduceret. Purpurati quatuor Patres, causarum fidei Quæstores, missi diplomate amplissimam Roseffio potestatem fecerint, à quibuslibet non tantum noxis, sed noxarum quoque statutis ab Ecclesia poenis ac anathematis absolvendi ac vindicturis expediendi. Non eisdem, quibus Romana Curia, oculis industrias nostras contemplata est Augustana, et si in hujus maximè urbis commoda intentas. Fuggeri, cum vidiscent, quas hactenus pro introducendo Societatis Collegio januas pulsassent, omnes fuisse obseratas, ipsum adoriri decreverunt Magistratum. Literas itaque offerunt, in quibus, postquam modestè commemorassent, quanta sui Majores, Parentesque, ac etiam ipsi publico Patriæ bono, haud absque profusis sumptibus

arg.
RerSocietatis
in Bavaria.

219.
P. Bonaven-
tura primus
Novitorum
MagisterRomæ
venit Mona-
chium.

220.
Magistratus
Augustanus
negat Fugge-
ris faculta-
tem condendi
Collegii.

A. C.

MDLXIX.

præstiterint, subdiderunt, non aliud flagitare se ab Senatu testimoniis animi hæc omnia boni & æqui consulentis, quam novi beneficij universis civibus exhibendi facultatem: habere se in animo, Gymnasium scholásque publicas excitare, in quibus Augustana juventus cujuscunque fortis ac statu à peritis artium Magistris ad variam literaturam & morum imprimis honestatem, maximum juxta ac necessarium Reipublicæ præsidium, educaretur, & gratis quidem, ut pauperum quoque liberi, inter quos semper aliqui indole ac ingenio ad culturam, patriæ olim proficiam, idonei extarent, tam obvia discendi oportunitate frui possent: duo tamen esse, quæ peterent, primum, ut aream assignaret Magistratus, in qua postmodum & discipulis scholæ, & Magistris habitacula, quamquam non aliis, quam Fuggerorum impensis, pararentur. Deinde, ut Magistri, qui absque minervali civium pueris curam impensuri essent, ab onere civilium censuum ac vestigialium immunes forent: quod ex hac remissione decederet ærario urbico, sanctè compensatum iri ex Fuggeriano. De Societate nulla mentio studiosè facta est, quod sperarent Patroni, si semel potio, numerus Senatorum, inter quos erant, qui ab Ecclesia Romana abhorrebat in Gymnasi fundationem consenserent, facilius imperatum iri, ut Magistris scholarum è Societate, atque adeò Collegium admitteretur. Frustra & hæc querens adita. Qui è Senatoribus Protestantici erant, ex pervulgatis in urbe Fuggerorum pro nostra Sodalitate studiis, haud ægræ, quorum hæc consilia tenderent, subodorati, Senatorisconsultum evicerunt, quo, actis primùm Fuggerianæ Familiae gratiis pro veteri simul beneficentiâ, & novâ benevolentia, indicatum fuit, acceptari magna lubentia novum, quod offerrent, Gymnasium, ad Magistros tamen quod attineret, haud videri ex re ac dignitate Reipublicæ, ut jus eos diligendi penes alios, quam Magistratum sit. Religiorum certè Ordinum Alumnos, aut qui Germani haud essent, admissum nos iri; cavendum esse, ne quid turbarum aut detrimenti Respublica capiat. Magna protectò res, & admiratione digna, post tot repulsas nihil infractam fuisse optimorum Fautorum in Societatis incremento procurando constantiam.

MDLXX.
221.
Energumenos mura liberatio Oettingen Veteris.

Verùm æterno quoque Numinis grates dicendæ perennes, quod roborandæ huic constantiæ nova semper fulcimenta providerit. Gemino eventu ex devicto rursus tenebrarum principe illustrata fuit Augustæ Societas. Recepit domum suam Marcus Fuggerus honorariam Virginem Annam ex Nobili Benhusiorum stirpe, moribus cætera probam, uno improbabilem vitio, quod vel à primæ educationis neglecu vel consortio cum servorum fræce contraxerat, pænè antequam vitii gravitatem agnoscere videri posset. Dicta ferè omnia, absque ullo veri falsique discrimine, ut fidem inveniret, dejerando firmare consueverat. Annorum haud plus habebat, quam novem, cum iustus simul ac benignus rerum omnium arbiter ad aliorum terrorem, puellæ salutem, die quodam, sese demoni, ni vera diceret, pro more suo pessimo devoventem tradidit Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus salvis foret. Quaternis primùm ex orco hospitibus toties ultronea temeritate oblatum patut habitaculum: Accessere post triennium terni alii. Locarium haud aliud fuit, quam, quod exspectare ab his inquinis fas erat, perpetua Virginis crucimenti, perpetui tota in domo tumultus ac terrores. Utrique malo averruncando Anna, in eandem Sancti Udalrici Aedem adducitur, in quam ante biennium Margaritham, pariter Fuggerorum Alumnam, maligno infessam spiritu deductam fuisse diximus; adhibentur eadem sacræ adjurations, & eodem propemodum salutari effectu; Cacodæmonum seni migrare coguntur: ut septimus quoque pelleretur, nullo alias, ut apparebat, molimine exturbanus, illa effectit, quæ ubique stygii serpentis caput potenter conterit. Aspectabilem se puellæ præbuit Deipara, monuitque, ut si penitus liberari vellet, Oettingam Veterem adiret, ibi sacros Exorcismos vim quoque sacram habituros esse

Est

Est nempe Oettingæ Veteris in inferiore Bojaria Sacellum, in quo, ut suo tempore luculenter exponemus, Viginis Matris Imago ingenti populorum concurru colitur præsentaneo colentium fructu, & quotidianis ac saepe prodigiosis contestato beneficiis. Ubi, quod è cœlo venisset monitum, Marcus Fuggerus intellexit, exorat Petrum Canisium, Dilingâ ut approparet, sequè ad iter Oettinganum comitem præstet, & Exorcistam ad ejiciendum Orcinum carnificem. Simul & Sibylla Marci Conjunct & imprimis Bernhusia in comitatū eunt. Oettingam ubi perventum, duodecimo Calendas Februarii, sestam vesperi, decantatæ protinus in Sancto Sacello Litaniæ Lauretanæ : Altero die ibidem, Marcus, Sibylla, cæteri, qui cum iis venerant, omnes, confessione peccatorum facta, Divinum epulum è manu sacrificantis Canisii sumpsere : à prandio redditur ad Sacellum, simûlque ad preces ardenterissimas, easq; varias. Sed enī! dum in Litaneuticis invocationibus ad eas voces deveniuntur : Mater Dei, ora pro nobis : Dœmon hucusque admodum quietus, horribili voce exclamat, non passum se, ut Virginis auxilium imploretur, ac pueram momenta tanta vi humi affligit, afflictam rotat, ut vix quaterni miseram tenere possent, ne per omne pavimentum traheretur. Hic arma coelestia Canisius expedire incipit, reponit infernus tortor: prævisum sibi esse hoc in loco expulsum se iri hospitio suo, sed non antè, quām quater universè & vices Annam quām crudelissimè excruciatæ, septies quidem propter Virginis Parentes, septies ob heros Marcum & Sibyllam, quinques ob reliquam omnem Fuggerorum Familiam, quinques demum aliis ex causis, ita se in mandatis habere. Tum dicto citius sublimè elatam magno rursum impetu in terram deject, rapit, distendit tanta vi, ut licet quini omnem conatum adhiberent, vix impedire possent, ne penitus elideretur. Affertur demum è ligno sculpta Matri Virginis Imago, ac puellæ cervici imponitur : Hic Dœmon cruciatus quidem intermittere, at stridere simul, fremere, convicium facere Matri Numinis, conspuere circumstantes, debacchari probris in Canisium: qui nihil motus, percunctando instat, quando tandem cedere vellet occupato male hospitio : præcepto jam nunc: reponit, si tu me finas, ut tam atroci, qualis tu es, vexatore liberer : Cūm diceret Canisius, id non in te, aliōve homine, sed in Deo, Dei q; Matre situm esse : cras me expediā, clamat, nam morā mīhi opus est, ut præscripta ad numerum principiū hujus mei cruciamenta expleam : postera luce resumpta in Sacello pridianæ pietatis officia ad meridiem usque perducta sunt : ubi Litaneuticæ preces rursus implorare cœperunt Mariana patrocinia, rursum fremere dœmon, & puellam torquere cruciabiliter: Adjurationibus quiescere compulsus ridere incipit cætera Canisii mandata, ludit imperia, eluditque per horam integrā ; Auditur interim horæ pulsus duodecimæ, tum verò ceu ad signum, quo potestatem Deus concederet suam denuo levitatem exercendi, ita horribiliter, ac solito longè crudelius infelicem pueram septies in orbem gyrat, in nodum contorquet, per pavimentum raptat, ut, qui aderant, tremore & lachrymis pleni conclamarent omnes, nemoque esset, qui non in mille partes putaret disceptum iri. Sic humi prostrata manus denique exanimis Anna per quartam horæ partem, ac mortuæ similis: sibi reddita enuntiavit, spectabilem sibi adstitisse Matrem Misericordiæ, duobus stipatam Angelis: ab horum uno intellexisse, quinques adhuc discruciatum se iri: Cæterum velle Deum, ut omisissem jam Exorcismus jubeatur potius Superum hominumque hostis convicia, quæ in Deiparam hesternâ effutiisset, retractare, ac recitare subin quinques Orationem Dominicam cum salutatione Angelica, oscula demum septena telluri libare, signa submissionis, quam Angelorum æquè ac hominum Reginæ deberet. Nil moræ confurgitur ab omnibus, mediūmque Sacelli spatium deligitur, ubi palinodiam Sanctissimæ Virginis nequissimus capat: Stat ille omnibus aram spectantibus averload templi jam

222
Misericordiæ
causa.223:
Apparuit
Deipara
mandata.224:
Quæ dœ-
mon cogit
exequi, &
tandem ener-
gumenam de-
serere.

A. E.
MDLXX.

nuam vultu, jussus vertere à Canisio, & Numinis mandata exequi, heu! magnis vociferatur ejulatibus; heu! quantum discrutor, quanta perpetior! at, cernite mortales, nos æternum miseri obedire cogimur Deo, Deique Matri; quibus vos tamen audetis esse refractarii: simul puellæ brachia in formam Crucis distendit, procumbit in genua, ac voce eximiè clara: Pater noster, infit, qui es in coelis: tum hæc verba inteserit: ob primi Vulneris Christi JESU Redemptoris memoriam: atque ita deinceps quater cæterorum quoque saecorum. Vulnerum in eadem precatione meminit. In salutatione Angelica post verba: Ave Maria gratia plena: subjungebat: Tuam gratiam & misericordiam sentiant omnes in hac Aede præsentes: prosequens dein cætera ita finiebat: Sancta Maria Mater DEI, ora pro eis. Peracta prece Virginem Cœlestem, ut iactata priùs in eam probra recantaret, tam compositis exquisitisque verbis collaudavit, ut omnes in admirationem ac stuporem dederit. Instabat subin Canisius, ut excederet tandem, cui ille: vultu, sonoque aspero: an oblitus es, imperatum mihi, ut læsæ à me Virginis honori septena repandam terræ oscula fecit hoc refugis admodum labris, ut satis appareret, coactum facere, indè quinque ultimos carnificinæ furores effusurus in alium sustollit Annam immane quantum vociferans: cum finem facere non velle videretur, Canisius & ipse elatiore voce D E I, Deiparæ nomine supremum se imperare pronuntiat, emigret tandem immundissimus spiritus, vásque, Christi sanguine emundatum nec momento ultrà possidere antit. Atque en! tribuente Domino voci hominis vocem virtutis suæ, contice scit protinus Leo rugiens: pulsus, fugatusque, Annam reliquit liberam, simul & ipsam, & reliquos omnes, ita quidem gaudio perfusos, ut tamen ingens horror, ac trepidatio ex iis, quæ viderant, adhuc percusso teneret. Canisius hac affectuum salutari turbatione oportunè usus gravissima cohortatio ne originem, primásque causas aperit, quo pacto sibi Dæmon ius invadenda puellæ comparârit, tum admonet omnes quam contentissimè, ut quisque in vita præteritæ memoriam rediens & à noxis, & à noxarum poenis, quarum modo specimen vidissent, se se properaret securum reddere. Cesta sunt hæc coram testibus permultis, quorū, præter Fuggeros, eorumque conitatum sat numerosum, sexdecim ex pluribus nominatim allegat Martinus Eisengreinius, Ecclesiæ Oettingenæ hoc ipso anno creatus Præpositus, ibique tum degens, qui rei totius seriem typis editam posteritati commendavit: Addunt Collegii Augustani monumenta manuscripta: Annam Bernhusiam his malis cruditas vixisse deinceps ad mortem usque constantissimè piam, magnisque virtutibus conspicuam: accessit fructus, quod Annæ parens, in hæresi hucusque pertinax, divina adjuvante Gratia ipse quoque in verorum fæse filiorum Dei libertatem asseruerit.

225. *Alia energu-*
mēna.
Hist. Soc. p.
3. Eandem morum emendationem factam fuisse sperare juverit, quamvis id tabularia Augustani Collegii disertè haud enuntient, de alia puella, ut potè, cui ex integro ad Deum converti tanto magis fuit necessarium, quanto longius, quam Bernhusia à Deo recesserat. Susanna vocabatur, in Ursulæ Liechtensteinæ, cuius laudes in prima Decade meminimus, Georgio Fuggero nuptæ, familialio domestico degens. persuaserat Susannæ mortalium perditio Cacodæmon, ut in ipsis se dominatum, data Syngrapha, manu propria propriæ exarata sanguine contraderet. præcepit dein illius impulsu in nefanda flagitia, aufa etiam, quod horrescens refero, ore exemptam in sacra Communione Hostiam in sordidam cloacam dejicere: quid mirum! eodem momento patefactum immanni hoc scelere aditum Tyranno Stygio, ut, cuius animam ejus Saeculum, jam sibi mancipium fecerat, corpus quoque domicilium faceret? Erupit ex caverna, in quam divinissimum Sacramentum abjecerat, derepente flamma sulphurea, cuius afflato concidit exanimis: ad se reversa surrexit, maligno jam insessa spiritu: Advertit res heram Ursulam, quæ mox conscientiæ suæ arbitrum accersit. Wendelinum Volkium nostrum, illum ipsum, qui ante biennium, ut narrat

226.
Nefandum
eius Saecu-
gium.

narrabamus, ex trebro cum styge conflictu, & vires illius & dolos intelligere didicerat. Is facile deprehendit non solum Acherontici hostis præsentiam, sed causam pariter ac modum, quo ille tabulis firmatam possessionem hanc ad eptus esset. Illud potissimum intolerabile accidebat, quod occulta passim & procul remota propalare paulatim inciperet. Experimento quidem cognitum fuit, nihil prodere potuisse, quod ritè in Confessione fuisset expiatum, quin negasse etiam, quidquam de eo sibi constare: tam inviolabili sigillo Sacramenti hujus sanctitudinem tutatur Deus: Non ita de aliis male actis, justo Dei permisso, silentii retinens fuit dæmon, quæ palam faciendo saepe absentes in infamiam, saepe praesentes in ruborem insuper extremum conjiciebat. Diu consultantibus, omniaque incassum moventibus heris, ac Wendelino, ut tam hoxi stridulus coluber in paludem, unde erepserat, retruderetur, suadent tandem agriati, ut, quandoquidem Joannes Marci Fuggeri Frater, is, qui Kirchemium Castrum perelegans à fundamentis exstruxit, atque Ursula ipsa, Georgii coniux, in proximum autumnum Romanam ad Limina Apostolorum proficisci consti tuissent; Susannam quoque eò perducerent: multis jani in locis multa tentata fuisse remedia, quibus nihil effectum, nisi, ut saevius crebriusque torquere tur misera: spem tamen esse, ut in Sede Sanctitatis sedem suam mutare cogatur malitia omnis inventor. Acceptatur consilium, bona Hoffæ Provincialis venia Wendelinus quoque simul abit. Romanam pervenitur decimo quinto Calendas Septembribus: ut res auspiciiùs procedat, Pius Pontifex Maximus seriem omnem edoctus, oratur, ut toti negotio bene à Deo precari, felicemque successum efflagitare dignetur: non tam liquida erant omania, ut nihil ludibrii ac fraudis ab orco amplius timendum videretur: Pius ad auditam, quæ rogum, ac rogo atrociora merebantur, sclera cohorruit, indoluitque ubertim lachrymans, tentari tamen jussit, si quæ immensa Dei bonitas flecti se ad vota permitteret. Totius negotii executio Societati demandatur, cum amplissima potestate exorcismos, Sanctorum Reliquias, absolutionem ab Anathemate, & quidquid sacri valiturum esse crederetur, adhibendi: Locus actioni deligitur Pantheon olim dictus à Deorum Universitate, quorum superstitione adoratio à Marco Agrippa conditum dicatumque fuit, hodie Templum à fabricæ formâ Rotundum appellatur, Mariæ Martyrum Reginæ, horumque omnium cultui à Bonifacio Quarto Pontifice, sancte ingeniosa antithesi, consecratum. Frequens erat accusus hominum; è toto numero sedecim togantur, qui rei gerendæ signandæque in tabulis, testes adesse velint. Borgia primas adjurandi Dæmonis partes Sacerdoti domestico Germano injungit, qui nupè ex Provincia Rhénana venerat, simplicis obedientiæ ac profundissimæ demissionis virtute commendabili viro. Wendelinus atque alias quispiam sociate jubentur operam: Hi in id maximè incubuerunt, ut Susanna chirographum ab execrabilis possessore recuperarent; experientia quippe constat, nisi id fiat, fieri ex adverso, justi Numinis permissione, ut nunquam, aut ægrè dæmonis mancipatum penitus evadant ii, qui ultrortea, ac deliberata malitia hosti, & Numinis, & suo capitallissimo venundati sunt, ut faciant malum, facile postlimiò in pristinam servitatem, in pristina retrahendi flagitia. Et quidem integrò die primo nihil infringi potuit vaferimi spiritus contumacia: cruciare immaniter pergebat mancipium suum, & nuac simul ridere exorcismos, & jocos régerere abominandos, nunc longum omnem clamore, strepitu, terroribus variis ita concutere, ut totis artibus universi contremiscerent, diffugerent plurimi, cæteri horrore attoniti rei extum præstolarentur, qui denuo die altera talis fuit, qualem supplicibus votis, & Nostris oblatis, jubente Borgia, Sacrificiis orabant; In altum Susanna tollitur, crines sibi evellere, fœdè contorquere cervicem, peccus, & faciem crudeliter lacerare unguibus horrendum vociferans cogitur: tandem scheda sordida fasciæ involuta humi decidit: tollitur, legitur, agnoscitur in charactere manus, dum interim sibi reddita puella non quidem innocens, ut Veteris Testamenti Susanna à manibus lapidantium, tamen immunis & secura adstat ab unguibus dæmonum. Gratiae Deo laudésque dictæ in tota urbe Romana; Augustæ etiam missio apud Acatholicos, apud orthodoxos Numinis benigni collaudatio, piaque

227.
Sigillum Con-
fessionis etiam
Dæmoni clau-
sum.Hierarch.
Eccles. August.228.
Energumen
Romanum ab-
ducitur.229.
Adhibentur
Exorcismi:230.
Susanna libe-
ratur.

A. C.
MDLXX.

solutia consurrexere, cum liberam nunc, sibique ex integro restitutam Joannes Ursulaque reduxere, quam energumenam, ac Dæmonis miserabilem servam abduxerant.

Dilingæ Gregorius Roseffius eum unicè ob finem Baccalaureus Theologiæ in publico confessu, riuque Academicò creatus fuit, ne, cum is pro concione Fidei controversias tractans Prædicantes fortiter premeret; hi solidæ responsonis loco scientiam duntaxat objectarent Gregorio nulla dignitatis publicæ notâ, nulliusque Academizæ solenni testimonio fultam: Philosophiæ verò Baccalaureatum ornavit potius hoc ipso tempore, quām eo ornatus est Jacobus Pontanus, tum temporis Poëcos duntaxat, olim Magistrorum omnis literaturæ politioris futurus Magister.

Ingolstadii cœpta hoc anno à Societate doceri in Gymnasio publico Rhetorica, ejusque Professor Ordinarius nominatus est Rheinerus Fabritius Leodicensis, ac proinde inter Patres Academicos annumeratus. Amplia hæc quidem ac nova testificatio fuit judicii, quod Albertus Princeps de Sociorum doctrina habuit, at simul occasio recrudescentis offendæ apud externos Professores, eruptuæ in dissidia tanto citius, fortiusque, quanto magis alieno tempore mors supervenit Nicolai Everhardi, qui jurisprudentiam, & Joannis Agricolæ seu Peurle, qui attem medicam docuerant: fuerunt ambo cœtūs nostri plurimū amantes, eorumque potissimum consilio crepera Academicorum pax ita hucusque stetit, ut saltem in apertas lites haud diffueret. Firmius multo pacatiusque stabar Societas Monachij, unde & suo jam Instituto plenius vivere datum est, ita, ut tempus adesse vide-

retur, quo etiam exteris major quædam notitia daretur eorum Classium, quibus tota hæc Sodalitas dispescitur: statutus itaque dies est, quo terci simul publica Religionis vota emitterent. Actui huic præmissa est, ut leges imperant, triduana per urbem mendicatio: scipione viatorio, qualem sacri peregrinatores gestare solent, ac pendente ex humeris mantica conspicui, vicos domosque obire, ac per Dei Deiparæque amorem à civibus stipem corrogare cœperunt. Summa rei insolite & haec tenus nunquam visæ admiratio Monacenses cœpit, donec intellexerent, humilitatis id exercendæ, ac paupertatis, quam è Societate singuli propter haberent ultronæ studio fieri. Crediderunt hoc magna cum approbatione eō facilius, quod liberalius eadem die panem, fame, que hoc anno univeriam Germaniam premiebat, marcentiū gregibus distribui conspicerunt. Ubi quarta dies illuxit, sub redi Divina, adstante confertim populo, unus quidem vota quatuor nuncupavit solennia, tria alias itidem sollemnità, tertius tria Religionis ultima, quibus Coadjutor, ut appellamus, in Societate spiritualis formatus fuit. Potuerunt tunc, qui ad vovendi formulas aures, animumque diligenterunt, dignoscere, quo tandem sensu veritati consonet dictum illud, quod ex hac maximè Votorum diversitate originem traxisse videtur: quid sit Jesuitam esse, neminem scire, nisi qui Jesuita fuerit. Parat namque, omnes eos, qui vota nunc primū memorata nuncupant, in hoc esse pariles, Religiosi quodd sint, atque eam, quæ intet voventes intercedit, differentiationem nequam esse talem, ut quisquam aut concessis universæ Societati privilegiis promissisque à Deo præmissis excludatur, aut ex adverso communibus Religiorum obligationibus & legum, in quas jurarunt, violatarum poenis eximatur. Quodsi quis dicti, quod innuebam, sensum eō torqueat, disseminari in Societate clanculariæ Præceptiones, ac Monita, Generalia quidem, sed oceulta, quibus ad circumveniendos simplicium animos, propriaque, ac temporalia duntaxat, opum, honorumque aucupanda incrementa erudiantur, ne is, amabò, ulli alteri, quām male dicentia lux imputet, quodd improbi, mendacisque calumniatoris infame non men in se regeri audiat: ut qui viros prudentiæ, eruditione, ac sapè etiam genere, & opum, modò uti vellent, affluentia, conspicuos, ita tamen aut improbos, aut stupidos esse proclamet, ut vel non intelligent, in quam scelestæ impostorum latibula, specie larvâque pietatis ad nequitiam tegendam abuentium devenerint. Vel, si intelligunt, deliberata tamen malitia peritare in hac fraudum officina præoptent. Proferamus sanè monitionum harum, quas arcanorum nostrorum scrutatores, conjunctione profecto paradoxa, secretas simul ac Generales appellant, compendiariam summam, quæ hæc est: Christi exemplo tuam & alienam in omni virtute perfectionem cura: Hoe esse omnem Jesuitam, aut, qui non sit, Jesuitam non esse, docemur omnes, atque ad hanc Regulam efformamur à primo Tyrocinij die: ad hanc per omnes leges cæteras conformare non desinit Societas Alumnos suos usque ad vitæ diem ultimum. Quām reverenter porrò hi Mastryges tractant sacros & quæ ac profanos Principes, quām reverenter Principum ministros? illos, quodd non agnoscant, hos, quod Principibus non omni contentione suadeant, ne pestem adeo noxiā grassari sinant in Rempublicam.

FINIS DECADIS TERTIAE.

HISTO-

231.
Greg. Roseffius Theologæ, Jacob. Pontanus Philosophiæ Magister.232.
Ingolstadii incipimus docere Rheticam in Pedagogio Academicō.233.
Monachii prima mendicatio Nostrorum ante vota publica.234.
Falsa de Societatis Arcanis persuasio.235.
Vera Arcani universitatis explicatio.

HISTORIÆ
PROVINCIÆ GERMANIÆ
SUPERIORIS
SOCIETATIS JESU
DECAS QUARTA.

SYNOPSIS.

IN Tyroli Archi-Dux Ferdinandus, & Sorores Regiae in Societatem clementes. n. 1. Petrus Canisius Dilinge domi forisque frugifer. n. 5. Fuggeri pro Augustano Collegio solicii. n. 9. Principum Bojorum pietas; Beneficentia in Societatem. n. 12. Georgii Schorichii Missio Badensis & fructus. n. 17. Ingolstadii gliscere incipiunt turba ex Academia. n. 26. Carolus Peutinger ingreditur Societatem. n. 37. Terræ motus in Tyroli, & inde pii motus animorum. n. 39. Sociorum Oeniponti vexatio. n. 52. Othonis Cardin. Truchsesii obitus & elogium. n. 57. Nova Fuggerorum consilia de loco fundandi Collegii. n. 72. Egolphus Knæringius novus Episcopus Societati favet. n. 81. Controversie Ingolstadienses. Philosophia, & Gymnasium transfertur Monachium. n. 85. Nascitur Maximilianus Guilielmi Filius, Alberti Ducis Bojar. Nepos. n. 96. Seminarii S. Gregorii origo Monachii. n. 105. Diligentes eunt prospere; Augustæ in antiquo statu; Hale aperitur Gymnasium; Mors Helena Reginae. n. 114. Lucernensis in Helvetia Collegii origo. n. 128. Swikardi Helfensteinii confans in Societatem voluntas Oeniponti. Abitus in Bojariam. n. 136. Egolphus Episc. August. moritur. Marquardus Successor qualis erga Societatem. n. 146. Ingolstadium veniunt Gregorius de Valentia, & Lucas Pinellus Theologia Professores. n. 156. Monachii Jubilaum qua pietate celebratum. n. 163. Alberti Ducis Relgio in Thermis & Comitiis. n. 170. Maximiliani Cæsaris fama ob Religionem vindicatur. n. 175. Monacensis Gymnasii majoris fabrica. n. 187. Ingolstadii rursum nostri Philosophiam, & Literas humaniores docent. n. 190. Dilinge prima Sodalitas DEIPara in nostra Provincia. n. 202. Augustæ trice cum Mylio Prædicante Lutherano. n. 206. Archi-Dux Ferdinandus Oeniponti iterum Societati favet. n. 215. Lucerne Pefcis. Marcus Sitticus Altempsius favet Societati. Nostri abiturientes retinentur. n. 219. Swicardus Helfensteinius Domus Probationis Landspergensis Autor. n. 230. Lucernensis Collegii Fundatio absoluta. n. 240. Ferdinandi Archi-Ducis in Collegium Oenipontanum favores. n. 247. Monachii Collegium Convictorum. n. 254. Joannes Raffellus prodigiosa victima charitatis pro Paulo Hoffæo agrotante. n. 263. Convictus Ingolstadiensis Societati regendus committitur. n. 270. Sodalitatis Mariane Monachii primus Praefectus Joachimus Fuggerus. n. 275. Martini Hist. Prov. Germ. Sup. S. f. Dec. IV. R

tini Eisengreinii Ingolstadii Pro-Cancellarii mors & elegium. n. 286. Memoranda varia de Collegio Oenipontano, & Halensi. n. 293. Lucernates Sociis domicilium peculiare attribuunt. n. 306. Landspergam migrant Monachio Novitii. n. 312. Mira & improvisa occasio resumendi negotium de Fundatione Collegii Augustani. n. 324. Acta Monachii. n. 344. Alberti Ducis Bavariae mors, Elogium. n. 355. Distributio SS. Mensuorum introducta in Sodalitates Marianas. n. 366. Quorundam Novitiorum constantia in vocatione. n. 370. Joannes Kleklerus Societas Patronus moritur Oeniponti. n. 376. Hale Missio Bormiensis instituitur. n. 380. Lucerne struitur Gymnasium. n. 384. Friburgensis in Helvetia Collegii initia. Canisii adventus Friburgi. n. 385. Negotium de fundando Augustae Collegio, felici, & ferè prodigioso eventu terminatur. n. 407. Guilielmus Dux Gubernationem Bojaria pie à DEO auspicitur. n. 434. Ingolstadii Alexander Sluzensis in Lithuania Ducis Filius Schismaticus Romana Ecclesia aggregatur à Gregorio de Valentia postea Romam evocato. n. 443. Julii Priscianensis in Suevia labores frugiferi. n. 445. Sodalium Marianorum Oeniponti pietas. Excursus Tridentum & Bormium, seu Vallem Tellinam. n. 450.

A.C.
MDLXXI.

AT Contrarium evenisse conspicamur hactenus, nam, quales in Bojaria Albertum, in Suevia Othonem Cardinalem, & Fuggeros Comites experti sumus, tales esse in Tyroli perseverarunt Principes Austriaci. Ferdinandi Archi-Ducis favor ac liberalitate novi Collegii Fabrica eousque perducta fuit, ut sub Aëstatis initium ex domo conductitia in illud commigrarum Halæ in re licuerit, Rectore Gerardo Pastelio, qui, postquam Hoffæus post Nic-Societatem be-laum Lanoyum, anno non integro, nostro simul domicilio, & Cathedra Parochiali præfuit, eidem ad Provinciam gubernandam avocato, in utroque munere successit. Halense domicilium anno primùm superiore positum jam ita ambæ Reginæ Magdalena ac Helena dotaverant, ut sexdecim sustentari possent: Pauci ex his Sacerdotes erant, cæteri ferè Scholastici, qui partim Theologiæ, partim Philosophiæ Scientiâ intra Domesticos parietes eruditieban-tur: Eorum commodo Magdalena hortum suburbanum coëmit, uti & Bibliothecam florenorum mille pretium excurrentem. Nec satìs tamen vel sic munerari ex æquo sibi videbatur optima Princeps labores nostros, quibus intantam breve tempus pias consuetudines reviviscere in populo conspexit, præcipiè precandi pro Fidelibus Defunctis studium, Sacramenti extremæ Undicis usum, ac servata temporibus ab Ecclesia præscriptis jejunia, quarum rerum tanta inoleverat desuetudo, ut vix non memoria interciderit.

Literæ Fundationis pro Collegio Halensi.

Itaque nihil jam dubitandum rata Magdalena, quin, si semper persistura Halæ Societas, semper etiam profutura esset, plenam Collegii Foundationem, quam poterat, maturimè properavit absolvere: Literas unam cum Sorore Helena conscribit publicas, Fratrum etiam, Agnatorum, Affinium Principum, Francisci demum Borgiæ Generalis consensu firmatas, quibus perpetuò posthac futuro Collegio non modò suis ex pecuniis, quæ dottijs loco, & ex dividitis unionibus ac gemmis ad eas pervenerant, annuos, quantum opus erat, redditus in sustentationem assignant, verum in habitationem quoque illas easdem Aëdes, quas ipsæ modo incolerent, addicunt, ita ut quamprimum utraque Reginarum è vivis migrasset, immigrare in eas jus fasque esset Sociis, quin & Templum etiam, recens impensis Maximiani Cæsaris & Caroli Archi-Ducis Ducis Styriæ venustissime exstructum post ambarum mortem, cum omni penitus ornatu, & suppellectile proprium possiderent nostri, ea duntaxat conditione, ut, cum ipsi in Reginarum domum transissent, Virginibus cæteris, siquidem Halæ permanere vellent,

ex

ex ædes cederent, quas tantisper nostri inhabitârunt, absque eo tamen, ut Virginum curam spiritualem ex debito continuare teneretur Societas. Acceptata hæc, signatâque fuerunt legitimè, quibus velut auctarii loco novum Magdalena adjecit beneficium, duabus coëmptis Ædibus, quæ nostris contiguæ erant, ut nimirum, quantumvis in iis, ut quidem tunc opinari fas erat, non diu hospitatui essent, interea tamen ampliora haberent spatia charitatis, & minora hospitii incommoda. Cæterum, quî factum sit, ut postea tam Virginibus, quam Sociis antiqua statio conservata atque his etiam sacra Virginum, seu Regii Parthenonis procuratio ad hanc usque diem altiore imperio demandata fuerit, ipsæ eventuum vicissitudines ad enarrandum nos pervehent. Interim Collegio quoque Oenipontano sua Ædes sacra accessit: Hujus ædificandæ curam modumque Ferdinandus Archi-Dux Patri nostro Georgio Crispo commiserat, sumptuum verò maximam partem Nobilitas Oenipontana, ipséque Archi-Dux Ferdinandus ex-solvère. Vicesima sexta Julii, quam diem Oenipontani auspicatam habent, Festo nimirum sanctæ Annae, novum hoc Templum sub Divino Sanctissimæ Triados Titulo ac Praefatio consecravit idem ipse, qui novem antè mensibus Templum Halense Parthenonis Regii Divinæ Puerperæ Elisabetham Visitantis honoribus sacraverat, Blasius Aliprandinus Episcopi Brixinensis Joannis Thomæ Comitis Spaurii Suffraganeus. Primam ipso Encæniorum die concionem habuit P. Paulus Hoffæus Provinciæ Præpositus, planaque, & admodum grata oratione, confertis ex diversa statuum conditione auditoribus Societatis Institutum non absque secunda admurmuratione explicavit. Subinde Hala novam Cathedram, Oenipontum novum concionatorem accepit. Halæ quidem concio, quæ hactenus à Rabensteinio in Templo Párochiæ habebatur, in novum Parthenonis Tem- plum translata fuit, populo tam audiendæ doctrinæ avido, quam ut opere ipso expleret, prompto, & Rabensteinum, quocunque dicturus iret, turimatim subseqüente. Oeniponti verò, cùm Alexander Hallerus in Austriacam Provinciam suam revocatus fuisset, dicendi munus suscipere jussus fuit ipse Petrus Canisius, intermissio non nihil scriptionum studio: Elucubrârat jam contra Centuriatores primam de corruptelis Verbi Divini partem, quam Ferdinando Archi-Duci inscripsit, ut cui linguam, eidem & calamum dedicaret. Ægrè Dilinga Canisium dimisit, ægrè Canisius dimissurus Diligam fuerat, nisi dudum, quæcumque vellent Moderatores, ipse præ rebus omnibus malle ex animo & cum voluptate assuevisset. Privata Petri vita publicum Dilinganis, domi juxta forisque, virtutis theatrum extitit. Communem ubique vivendi ordinem, communia ministeria culinæ ac triclinii prensans, in vietu nihil, nihil in vestitu singulare admisit, quin viliora semper ambiit. Erga Theodoricum Domus Rectorem licet Fratrem, eâ submissione ac reverentia se gessit, ut tyro haud posset magis. Cùm ratio, legesve cessationem à scriptitando indicerent, sola mentis corporisque refocillatio erat confitentibus aures dare, dare sacras instructiones rudibus, explicare Catechesin, aliorumque vices dicendi è suggestu supplere, cùm interim haud modicum temporis surriperent plebeii, ac nobiles, qui in animæ negotio consilia petitum ventabant. Illustrissima inter Suevos Familia vulgatis scindebatur dissidiis. Mater à Filiis multas se passam injurias, filii in matre novercam omnia sibi attrahentem experiri se querebantur. Conciliandis discordibus plures jam operam luserant; Id denique impetratum, ut partes litis arbitrium Canisio deferri paterentur: Nec ille abnuit tot Numinis offendas tollendi causâ: Ad matrem pri-mùm, deinde ad filios se confert, & auditō, quid utrosque premeret, quid quererentur, ac postularent, tam dextrè mutui amoris obstacula sub-

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. IV. R 2 movit,

2.
Novum Tem-
plum Collegii
Oenipontani.

3.
Consecratum
P. Hoffæus con-
cionante.

4.
Cœptum con-
cionari Hale in
Templo Parthe-
nonis.

5.
P. Canisius Con-
cionator in Aula
Oenipontana.

6.
Post elaboratam
primam partem
contraCenturia-
tores.

7.
Et sanctæ vite
data exempla,

8.
Graviteram dis-
sido inter ma-
trem ac Filios
sublatō.

movit, ut, quantam inter parentes liberosque esse decet, charitatem tam firmam, tenerisque reduceret, & imposterum, velut nihil unquam

9. Secunda Con-
gregatio Pro-
vincialis. contentionis intercessisset, quam conjunctissime viverent. Redierat tem-
pus, quo altera Provinciae Congregatio habenda fuit; Augustam itaque
(nam illuc multis ex causis Conventus hic indictus fuerat) eundum fuit Pe-
tro, quod etiam ex eadem Dilingana statione comitati eum sunt tres Pro-
fessi alii, Theodoricus Petri Frater, Alphonsus Pisanus, & Gaspar Haivo-
dus, Theologiae hic Polemicæ, ille Scholasticæ Professores. Et Canisius
quidem paulo post, ut memorabam, Oenipontum abiit, uti & Alphonsus

10. Hoffæus datur
sonilium de
emendis Augu-
stæ ædibus Wel-
dianis, sed im-
probatur à Fug-
geris. Halam valetudinis curandæ ergo. Hoffæus Provincialis Augustæ
aliquamdiu substitutus, exploratus, quem successum habitura essent nova
Cardinalis Othonis Consilia; Scriptum ab hoc Româ fuerat spem fortassis
densum nomen hodie adhuc retinent, præsenti pecunia obtineri possint,
& acceptari in Collegium; Certè eum, quem in Aula sua habeat, Wel-
dium venditioni neutquam refragari. Joannes Fuggerus Marci Frater,
postquam omnia inspexisset, haud videri respondit Cardinali multum spei
huic cogitationi inadficandum. Weldianam domum pro Domicilio Reli-
giose, Templo, Gymnasio angustam nimis esse, atque eo sitam loco, in
quo explicari in ampliora spatia haud posset, præterea, quamvis, qui nunc
in Aula sit Weldius, consentiat, metuendum tamen esse, ut ne cæteri ejus-
dem stirpis perpetuæ harum Ædium à Familia sua, quæ antiquo eas jure
possedit, abdicationi vehementer se opponerent, demum ut hæc omnia
fiant, aream tamen omnem unâ cum Ædificiis subjectam esse juribus, one-
ribusque urbicis, quæ vel maximè evitanda semper visum fuisset. Alii
itaque & alii itentidem loci fuerant indagati, in quibus stabilis sperari
posset habitatio, ubique in iritum. Mitiora proin exspectanda erant tem-
pora, quæ dum venirent, (ut sanè venerunt,) providere interea de sub-

11. Hieronymus Fuggerus legat
Societati decem
Millia floreno-
rum. Hieronymus Joannis ac Marci Frater
moriens Societati, si quando struendi Collegii copia panderetur, jam nunc
decem florenorum millia seponi, atque interim census ex hac summa nume-
rari testamento iussit, quod equidem Fratres Hæredes exsolutis quovis Anno
florenis quingentis, usque dum post gemina lustra Templum Collegii ædi-
ficari coepit, pari fide ac liberalitate præstiterunt, in piis fundationes

Stengel, de Re-
bus Augustanis. profecto mirè profusi, nam hoc ipso Anno hi ipsi Fratres Augustæ Nos-
cromium pro pauperibus, ut domus epigraphæ habet, Syphilide morbo
immedicabili laborantibus, & Weldenæ Fuggeriano pago pro Monialibus ex
Divi Francisci Ordine, quas Dux Wirtenbergiæ Protestanticus Welero op-
pido suo expulerat, impensis admodum magnis statuerunt.

12. Principum Ba-
varia in nos fa-
vor. In Bavaria Principes exemplis pietatis in publicum, & amoris in So-
cietatem certare inter se lætabantur. Guilielmus Primogenitus Landishuti

13. Guilhelmus Prin-
cipis exempla
pietatis Landis-
huti. ferè, quam Bojariae Inferioris Urbem Principem esse jam diximus, cum
Renata Conjuge morabatur: Illuc perquam sæpè unum ex Patribus, Domi-
nicum Menginum, Monachio excivit, à quo ipse simul ac Renata & à
noxis absolutionem, & Divinissimum Evcharistiae Sacramentum reciperent,
mirante Aula ac populo, primùm quidem Principes, dein seipso, quod
tam novo & insigni Religionis exemplo se ad paria facienda contrà, quam
haec tenus assuissent, pertrahi viderent, sed illustrius longè spectaculum edi-
dit Guilielmus, tantoque celebratus, quod pauciores ejus Spectatores esse

14. Præcipue in Pe-
regrinatione
Duntenhusana. voluit. Æstate media, ac medios inter calores, ut piam ad sacra loca
peregrinandi consuetudinem, quam plurimum refixisse cernebat, resufci-
taret, ipse Duntenhusum Religiosus peregrinator se contulit. Est Dun-
tenhusum locus in Bavaria, Alpes Meridionales spectans, Comitum olim
Sedes,

Sedes, qui inde nomen trahebant, sub jure nunc Principum. Templum illic est pervetus, Cœlitum Reginæ Sacrum, mortalium jam olim contra calamitates humanas patrocinia quærerentium accusu celebre, Beihartingenium sub Regula sancti Augustini Canonicorum administrationi commissum. Huc inquam Guilielmus processit pietate singulariter memorabili;

præter conscientiæ, quem dixi, arbitrum, paucissimos assumpsit comites,

Caballum duntaxat unum, quo tamen nunquam usus, comitum, si qui

eundo lassarentur, unicorū descendendum reliquit, pedes ipse semper incedens.

Vestem gerebat plebejam, Palliolum ex corio injectum humeris, baculum manu, eo prorsus ritu ac habitu, quo vel Romam Sanctorum Petri ac Pauli, vel Compostellam Divi Jacobi Sacros Cineres veneratum profici-

scuntur Christiani: Nemo obviantum facile Principem agnovit, at poenè

nemo etiam non audivit clara voce DEO, Divæ Virgini, Sanctisque aliis

varias preces persolventem; Hæc itineris levamenta erant. In ipso Tem-

po postridie & solenne curavit Sacrum fieri, ac Divino Epulo Religiosissi-

mus hospes frui posse sumo sibi duxit solatio, &, ne omnino discederet

asymbolus, magnum auri pondus ad Thavmaturgæ Matris aram obtulit;

Videri possit ita Guilielmum in hac peregrinatione cœlestibus deliciis ine-

scatum fuisse, ut quod frequentius iis refici posset, per omnetm deinceps vi-

tam quam creberimas hujusmodi pias excursiones tum ipse institueret,

tum à Subditis fieri procuraret, more, in hoc usque ævum propagato.

Cum dies Verni aliquas in agrorum cultura inducias permittunt, nihil so-

lennius Rusticanæ Bojorum Plebi, quam has Ferias deducendis ad varia

Templa suplicantum agminibus transfigere. In solam certè Aedem Dun-

tenhusianam quovis Anno centenis minimum processibus ordinatae phalan-

ges inter sacros cantus & sublimè volantia vexilla Divinam Matrem vene-

raturæ ex remotis etiam locis adveniunt. Albertus Guilielmi Parens Mo-

nachii lætari se plurimum fatebatur, cum præter alios sumptuum in Socie-

tatem fructus audisset, triginta Hæreticos eo Anno ad Ecclesiam retractos,

& ex Gymnasio quindecim Juvenes ad diversorum Ordinum Cœnobia di-

gressos fuisse, qui numerus hodierno quidem longè minor, eo tamen tem-

pore insolenter magnus habebatur. Pro Societate quoque diversis ex plagis

collecti Tyrones educabantur, quorum numerus ad quaternos supra vigin-

ti ascenderat.

Quapropter Albertus fore ratus, ut brevi non ea, quæ hactenus, ope-

rariorum penuria esset, unum saltem aliquem concedi sibi postulavit, quo

etiam extra Provinciam uti posset. Philibertus Badenæ Marchio Regis

Galliæ Caroli Noni castra aduersus Hugonottas fecutus, ante biennium in-

felici ad Montem Curtium pugna ceciderat, unico relicto Filio Philippo,

quem ex Mechtilde Alberti Boii Sorore genuerat: Orbati utroque Parente

Pupilli (nam Mechtildis sexto ante anno obierat) ac decennium vix

egressi tutelam Maximilianus Cæsar Avunculo demandavit. Is edoctus,

errores Luthericos in Marchionatu haud tenuiter invaluisse, ut Philippo

sancius aliquando regimen pararet, Comitem Christophorum Schvwarz-

zenbergium, ætate quidem Juvenem, sed virili prudentia, atque animo

in primis Catholico instructum in ditiones eas ablegavit, cum mandatis, ut

omni conatu, quas invenisset, Hæreses extirparet. Petiit ab Hoffæ quo-

que, ut una mitteretur Georgius Noster Schorichius. Meminerat nempe

Princeps, quam impigrè is & efficaciter in evellendis agri Straubingani

zizaniis ante quadriennium collaborâsse. Vix Badenam cum Schvwarz-

bergio venerat Schorichius, ac protinus sancto operi manus admovit,

quibus sanè strenuis opus erat, Religione vix non penitus collapsâ: Inter

primas curas fuit sanos ludorum, & cathedralrum Magistros introducere;

*Mariæ Canisii
in Prefat. Brun-
ner, &c.*

15.
Inde in Bavaria
mos Processio-
nun Sacratum.

*Gumpenberg. in
Arlant. Marian.*

16.
Monachii Con-
versi Hæretici,
ingressi Mona-
steria Novitii
Societatis.

*Georgii Schori-
chii Missio in
Marchionatum
Badensem.*

18. Sex profani verbi pro Divino venditores ex ditione proscripti, vocati ex Restitu^t Ca^d aduerso animarum postores legitimi. Schorichius manè plebi adulteræ Do^t thedræ Magistri Catholicis, di^c trinam Catholicam è Sugestu exposuit, à meridie pueris puellisque in disciplina Monasterii: Quamvis paulatim ad hanc patres quoque ac matres familiâs gregatim confluenterent. Terna Monasteria sese ad Religiosam denuo vivendi disciplinam reformarunt, Generali partim Confessione peracta, quod in uno à tricenis, partim ejurata Hæresi, quod in altero à vicenis factum est.

Tertio cum Abbatis titulo præsidebat Sacerdos, invitatis Monachis, è quorum Religione haud erat, perperam obtrusus: Jussus est exesse, redditaque coenobitis potestas digniorem è suo numero eligendi. Inveteratæ quædam malitiæ deserto ante octo & quadraginta annos claustro propugiosum diu, publiceque flagitiosum vitæ genus duxerat: At Schorichii tandem dexterritate permota est, ut lubens ad Moniales suas rediret, pauculos, qui superessent, dies, annosve deplorandis seria pœnitentia sceleribus impensura. Ut compendio dicam omnia: Schyvarzenbergii autoritas ac prudentia, Schorichii nota in vulgus pietas, & facundia, utriusque demum industria, & animi firmitas imperterrita, afflante Divino Numine effecerunt, ut toto Marchionatu Badensi, quatenus ad Philippi Marchionis jura pertinebat, subiit omnes, si duos in Hæresi obstinatos excipias, vel in Fide Catholica

19. Ab eo tempore perstarent, vel ad eandem sese referrent. Perstitit adhuc biennio Schorichius, ut res benè constitutas melius firmaret, abiit subinde ex hoc mundo accepturus mercedem perpetuam, morte tamen, ut vehemens ac pervulgata erat suspicio, è toxicō porrecto violenta. Schyvarzenbergii vigilancia impeditivit, ne quid ulterioris nocumenti, quamvis multa tentarentur, Catholicæ rei officeret, dum interea temporis Philippus Princeps in Avunculi aula, & amitinorum convictu, deinde in Ingolstadiensi Academia, Martini Eissengreinii, cui commissus fuerat, curâ tum in cœteris virtutibus tum in zelo tutandæ Religionis firmiter adolevit, eundemque immaturo fato sublatus patruelibus suis transmisit imitandum, ex quibus progenitus

20. Ludovicus Badensis Philippi Nepos. Ludovicus Wilhelmus, Imperialium Exercituum Supremus Ductor & immortalis gloriæ heros, quantum nostra ætate Orthodoxæ Religioni in Hungaria profuerit, senscere multis cladibus domiti Hæretici, & immanni ad Salankemenum clade, aliisque in locis profligati Turcæ æternâ Victoria gloriâ testabuntur.

Albertus Bojus spem suam, de Schorichio, tam feliciter impletam gavisus, consilia, quæ ipse salubriter conceperat, etiam aliis impetriri studuit.

Albertus Dux Carolus Austriae Archi-Dux Maximiliani Secundi Cæsar Frater, atque ex suadet Carolo genero Fundationes Collegiorum. Testamento Ferdinandi primi Patris, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Princeps, hoc anno Calendis Septembribus cum Maria Alberti Filia nuptias celebraverat, de quibus jure ambigas, sanctioresne fuerint, an feliores:

Sanctitatem quidem utriusque conjugis planè eximiam passim in libris posterorum memoriarum commendatam leges; Felicitatem usurpamus oculis ad hanc usque diem ex Imperiali folio in Abnepote Augustissimo Carolo haud interrupta serie Germaniæ bono, Ecclesiæ defensioni (utinam perenni quod vovet Orbis fanior) gloriofissimè regnantem. Gener Carolus à Socero medium exquisivit Fidei Orthodoxæ, quam in suis ditionibus multum labefactatam dolebat, in statum pristinum restituendæ: Suasit Albertus perquam impensè, ut, siquidem id vellet, non Græci modò, Collegium (quod Carolus jam sua sponte moliebatur) verum ubicunque demum in Provinciis suis posset, Societati poneret. Nec segnius, quod suadebat aliis, in suis

21. Consilium de condendo Landishuti Collegio. ipsius dominiis effectum voluit Albertus: Hieronymus Natalis & præ illo Hoffæus consultum fore putarunt, si locus circumspiceretur, in quo non nullis è Societate oportunitas fieret, solumque hoc munus imponeretur, ut libros

libros scriptitarent, ad hæremon confutationem, assertionem veritatis Catholicæ. Hanc eorum mentem mirificè probavit Albertus, móxque ad id Collegium obtulit Urbem Landishutanam. Et Collegii quidem fundatio ob multas, quæ intervenerunt, remoras, diu successum non habuit, juvat tamen afferre testimonium sensùs, quem Albertus de Societate fovit in pectore, & literis demonstravit, quibus à Borgia Socios pro Landishutano Collegio petiit: Harum hīc initium pono: „Cūm novo subinde merito, „nova virtutum dignitate gratiam, favorēmque nostrum sibi demereatur „devota Salvatoris Societas, æquissimum arbitramur, ut ad omnem illius „commoditatem, ac honorem, eò plus studii & patrocinii conferamus, quò „totum ejus Institutum Ecclesiæ Catholicæ utile magis, & necessarium co- „gnovimus: ac nostra certè Bavaria restitutæ avitæ pietatis, quam calami- „tates præsentium temporum non nihil labefactarant, magnam partem So- „cietati debet. Nos ipsi ita eam diligimus sincerè, ut nihil tam cupia- „mus, quām plura ejusdem Collegia, & eorum, quæ jam erecta sunt, „majorem & autoritatem, & dignitatem. Quod ultimum hīc memorat Princeps, ad Ingolstadienses Socios pertinere videtur, novo scilicet opere de Bojaria benè meritos. Diximus, ante triennium, à Maximiliano Cæ- fare majoris mali sollicitudine abducto Nobilitati Austriacæ Confessionem Au- gustanam amplectendi libertatem fuisse concessam; Hoc anno Illustrium, Generosorum, ac Nobilium in Austria, non item Ecclesiarum, aut Ur- bium nomine, librum typo vulgārunt hi nobiles, quem, barbaro vocabu- lo Agendam & Amussim Veritatis appellārunt: Metuebat Albertus, ne Cæsar, qui novo Evangelio portam aperire jam compulsus fuerat, facilitiori negotio ad librum hunc comprobandum pertraheretur, unde procul dubio noxiōrum rur- sus dogmatum appetentia excitari posset. Ab Anglipolitanis itaque Theolo- gis, quorum celebre in Germania nomen erat, judicium de libro Albertus pe- tiit; Data fuit censura, qualem Opus merebatur: Quin & Hieronymus Tor- rensis noster, summatim quidem, luculenter tamen ob oculos posuit, quām tortuosa hæc regula esset vitæ juxta Evangelii veritates agendæ. Non opus fuit ulteriori deliberatione, Decretum illico severissimum prodiit, quo Amus- sis hæc Bojariæ finibus proscripta fuit, evictūmque, ut nec à Cæsare unquam approbaretur. Jam & humaniorum quoque literarum scholæ discentium pro- fectu plurimūm inclaruerant, unde multum gloriae accessūrum Academiæ, Magistris autem ex merito deberi videbatur, ut ipsi quidem inter Professores Academicos, scholæ verò in Pædagogium, inque illius nomen, jura & pri- vilegia adscriberentur. Factum id est hoc demum anno, missò Principis diplomate, quamquām non absque invidia & litibus, quæ magno cum strepitu nobis motæ, longas sequente lustro integro faceſſiverunt molestias.

Et primi quidem anni, qui infuscatus est, mensibus, ii, qui hactenus in Pædagogio fuerant Magistri externi, capita conferebant duntaxat & consilia: Suspicionibus videlicet novis, ac, timoribus agi cœperunt, ne admissis in ju- rium Academicorum communionem Jesuitis, ipsi paulò post penitū exesse juberentur. Quam causam id metuendi habuerint, scrutari non lubet: No- strī certè id solū curabant sedulò, ut partes quidem sui munieris explerent, non verò, ut aliorum commodis officerent. Quodsi ex inæqualitate profes- tū in nostris, & externorum discipulis, sumptuum item, qui in illas no- strasve scholas fieri debebant, notari etiam potuit solertiæ discrimin in tra- dendis literis, ac in impensis faciendis disparitas, culpæ id nobis verti haud potuit, multò minùs prohiberi, ne parentes, quos vellent, liberis suis Ma- gistros præoptarent. Interim augebatur tamen damni, quod imminere suspicabantur, avertendi sollicitudo; Conquirebantur, qui in partes, & studia iarent, Patroni etiam inveniebantur non pauci: sed differre adhuc visum est

pugnæ

22.
Alberti sensus
de Societate ex
literis ad San-
cum Borgiam.

23.
Idem petit Cen-
suram Theolo-
gia Ingolsta-
dienſis de Agen-
da Austriacæ.

24.
Quæ ab Hiero-
nymo Torrensi
confutata ab Al-
berto prescribi-
tur.

25.
Noſtri Magistri
Scholarum una
cum Scholis in
Academiam re-
cipiuntur.

A.C.
MDLXXII.

26.
Ingolstadii gli-
scere incipiunt
novæ turbæ.

27.
Et conquisito-
nes Adversario-
rum contra nos,

pugnæ classicum, donec probabilior in publicum titulus præliandi sese offerret: Quapropter aliquamdiu turbarum nihil intercessit consueto laborum cursui, quin novi etiam splendores accessere, qui utinam livoris oculos haud de-

28.

Augentur ex novo everberassent. Versabantur in Athenæo gemini ex antiquissima inter Defensione The- Suevos stirpe Fratres Comites Montfortii, Philosophiæ studio navantes ope- sium quas pro- ram, Joannes & Georgius, quorum hic postmodum Cameræ, ut appellant, pugnant duo Comites Mont- quæ tunc Spiræ, nunc Wezlariæ est, Supremus Præses renuntiatus, obiit fortii.

absque Prole; Ille in sua adhuc posteritate illustrissimè relucet. Ambos, cùm insigniter profecissent, Paulus noster Vizanus in arenam Publicæ Disputatio- nis produxit, unum decimâ septimâ Augusti, tertio Septembris alterum. Depugnavit uterque tanta cum laude, ut magna apud omnes admiratio, plau- susque sequeretur, longè magis pugnandi peritiæ, quam pugilum nobilitati ex merito impensus. Secunda hujusmodi publicorum speciminum fama per- movit Albertum, ut Collegii Ingolstadiensis, contra quod machinationes ad- versæ paulatim in publicum erumpabant, defensionem serio suscipere, men- témque suam de norma, qua Nostri Juventæ Academicæ bonum procurabant,

29.

Et ex novis Sta- palam facere statuerit. Decretum expeditur ad Professores Academicos ju- ratus Principis. benturque, ut, si qui ad Philosophiam addiscendam accederent, Decapi Philo- sophici ac Philosophiæ Professorum judicio relinquant, admittendusne sit quispiam, & ad quam scholam; Retinendusve in Pædagogio, quin ei postmo- dum liceat ad aliam classem, quam cui attributus fuit, transire pro lubitu: Item, ut, qui Theologiæ aut Artis Medicæ studia capessituri erant, Philo- phiæ curriculum emetirentur integrum. Ut poenæ leviorum delictorum, præ- fertim in Pædagogio, decernerentur à Professoribus, graviorum à Decano, simul tamen & ab Rectori. Ut exercitia scholarum publica, disputandi, declamandi, aliisque dandi profectus specimina redimere deinceps haud li- ceret pecuniâ; Ut denique Magistris externis perstare in Pædagogio fas li- berumque esset, gubernatio tamen ejusdem, quantum ad disciplinam, do- cendi methodum, Scholarum & Scholasticorum partitionem, tota penes

30.

ac denique ob exemptionem nostrorum à certa jurandi formula. Societatem resideret. Flagitaverant nostri, veniam legis de juramento, quod præstare jubentur Professores in Academia, de hujus bono, & emolu- mento, quantum & ubicunque possent, promovendo. Anxietates hoc iusjurandum apud nostros in Conscientia, tricas excitavit apud extraneos in Academia. Si qua in consultationibus causa offerebatur, in qua grassanti licentiae frene videbantur ponenda esse, id quidem faciendum, ut animo sentiebant, jurisjurandi obligatione devincti, liberè dicebant nostri, at se- verè nimis, ut ajebant alii: Quæ res offensarum causa erat, & quiritatio- num, metusque, ne Juvenes parcitiis nobis curandos animos crederent: Non secùs ac Medicos horremus, qui ferro nimis igneque utuntur. Agnovit petitionis nostræ æquitatem Albertus, itaque iisdem literis immunes nos ab hac lege imposteriorum pronuntiavit, ut, quos sati ad Academiæ salubria con- filia prospicienda Instituti proprii regulæ communisque animarum zelus obli- garent. Atque in hanc solam demum exemptionem consensere cæteri Patres

Academicorum Protestationes contra hæc De- creta. Academici, contra reliquas omnes Sanctiones protestati, quaternos è suis Monachium ablegarunt, ut agerent omni operâ, ne Decretum hoc effectum fortiretur. Quo eventu, sequenti anno intelligemus.

31.

Fuggeri cogi- tant Societatem introducere in Georgii Faiglini. Fuit hoc olim Xenodochium temporibus jam Sancti Udal- Collegium San- Cruci, cuius origo describi- rici, à Walgero viro nobili, & opulento fundatum, atque ab ipso S. Udal- rico redditibus locupletatum. Sed Udaliscalcus Comes Eschenloënsis, lauda- tissimus Augustanorum Episcopus anno supra millesimum centesimum no- nagesimo quarto, translatis in aliam urbis partem inquilinis, Regulares eò

Stengel. de Rob. Augst.

Divi

Divi Augustini Canonicos introduxit. Vixerant hi prius in Collègio, quod Otto Calatinus, ejusque conjunx Catharina itidem Calatina (Marescalli Papenheimii hodie appellantur, ex Romana nobilitate antiquissima oriundi) prope Muttershofum Vindelicæ pagum fundârunt, indè ab Antistite Conrado, Comite Luzelsteinio Hammelbergam locum Augustæ vicinum, ac denique, ut ajebam, in urbem ipsam fuerunt transportati. Mansit loco vetus à Xenodochio nomen Sanctæ Crucis, & magna Religio à Thavmaturga Evcharistia Sanguineæ Carnis speciem præ se ferente, quæ in ejus Templo à quinque jam seculis prodigiose benefica asservatur, colitürque, ut Historiæ series, quam paucos ante annos Augustinus Imhof loci Antistes prælo subjecit, solidè non minus, quām venustè conscripta testatur. Mortuo Faglino, cùm haud plures quaternis in Collegio superessent, ac dubium foret, an & quem Præpositum eligi oporteret, Fuggeri protinus Nicolaum Elgardum Romam miserunt, ut exponeret Othoni Cardinali, occasionem denuò oblatam videri parandæ pro Societate habitationis, si quatuor superstites Canonici ad Collegium Divi Georgii, quod itidem ejusdem Ordinis Augustæ visitur, cum omni quidem suppellestile ac redditibus transferrentur, solo Patribus Domicilio ad habitandum relicto. Placuit Othoni consilium, placuit Alberto etiam Duci in Bavaria, & Archi-Duci Ferdinando in Tyroli: Sed dum Borgias, an acceptet, deliberat, aliis curis, ac demum morte intercipitur. Vitam quoque, uti sanctissimam duxerat, pari Sanctitate claudit Pius Quintus Pontifex, itaque simul & negotium, quod Cardinalis, Fuggeri, Illsungi urgere cœperant, sufflaminatur primū, denique, ubi anno sequenti Everardum Mercurianum Borgiæ suffectum cernemus, etiam omnem hanc cogitationem, quam Everardus utpote invidiosam improbabat, omissam videbimus. Media nihilominus tempestate Socii opus in agro Domini fecerunt strenue, ut operarios conducere plures oportuerit; Tres erant Sacerdotes, totidem Fratres adjutores: Aucti laboris, & augendi laborantes occasionem dedit Christiana Regis Daniæ Filia, & Guilielmi, Junioris Bojorum Principis, Socrus, quæ in oppido Fridbergensi sedem aliquamdiu posuerat: Huic enim ex urbe Augusta, quæ uno dunat milliari Fridbergâ distat, sæpius operam nostram exposcenti, ut decesserimus, neque ipsius pietas, neque nostræ observantiæ debitum permisit. Ad Divi quoque Mauritiæ Cathedram evocatus rursum est Dilingâ Martinus Leubensteinius, cuius haud dudum in eodem suggestu degustata facundia novam reguſtandi famem excitavit. Ab Augustanis vicissim receperunt Dilingani Carolum Peutingerum nobilibus olim Peutingeræ in Boaria Dominis, dein Augustæ inter Patritios adscriptis progenitum, quem Academia illa protinus hoc anno Societatis Tyrocinio instituendum submisit, futurum brevi in variis Cathedris insignis eloquentia, insignis inter domesticos parientes Sanctimoniacæ Exemplum. Monachii, Halæ, Oeniponti publica Patriæ mala etiam nostros exercuerunt. Monacensem urbem mense Augusto pestis iterum invasit ex fame bienatio grassata. Clausæ fuerunt Scholæ triduo antè Calendas Septembres, harum quinque Magistri recepti in ædes nostras Augustæ: Novitii cum Patre Paradino Moderatore Halam missi: Concionator, & Sacerdotes perstiterunt in Collegio cum Fratribus. Facile cogitatu est, quantus his diu noctiisque labor incubuerit, at simul major solito messis fuit: Plurimi certè claram palamque Hæretici ad Orthodoxos periculoso hoc tempore reversi, exemplo suo comprobârunt, quod à Melanchtone dictum ajunt, vivere cum Lutheranis jucundius esse, securius mori cum Catholicis: Nostros hæcclues reliquit, si non intactos, vivos tamen, ac paulo post universè desit.

Quas animorum ad pietatem motiones apud Bojos pestilentia, has apud Tyrolenses jam antè excitaverat terræ motus, adeò vehemens, ut eum Monacenses, & Augustani quoque non leviter senserint. Nimirum uti Numinis

Terræ motus in
Tyroli ex vice-
ni Alpibus.

33.
Urgetur nego-
tium Rothæ.

34.
Sed morte SS.
Pii V. & Franci-
isci Borgiæ suffla-
minatur.

35.
Missio Fridber-
gensis ad Chri-
stianam Gui-
lielmi Principis
Socrum.

36.
P. Martinus Leu-
benstein iterum
concionatur ad
S. Mauritium.

37.
Carolus Peu: ina-
ger Dilingam,
Indè ad Societä-
tem abit.

38.
Iterum pestis
Monachii, No-
strorum in eas la-
bores & fructus,

39.
Terræ motus in
Tyroli ex vice-
ni Alpibus.

Bonitas in illis Alpibus humano usui reposuit Thesauros Salis ac Metallorum, sic Divina Nemesis in eodem velut Armamentario condidit instrumenta iræ, ex improviso de promenda, cùm Thesaurorum abūsus plectendi, aut etiam (quod tamē benignitatis potius est) præpediendi videntur. Fissuras in circumpositis rupibus, seu venas dixeris, latere certis indicis compertum est, sulphure, nitro, alumine infartas, ad quas cùm flamma, ex subterraneis ignium receptaculis continuò proserpens perreptaverit, aptūmque sibi pabulum devorare incepit, superinsidens terræ moles, non secus, ac succensis cuniculis eluctante in apertum vi flammæ & Aëris, succussa agitur haud raro

40.

Præferrim Oeni- cum strage ædificiorum, ac telluris hiatu multipli. Pridie nonas Februarii Oenipontum, Hala, Vallis Oenana universa tam immani concussa est motu, tamque frequenter intra dies quadraginta repetito, ut *St.*, qui scribat, exsternatos indigenas credidisse, extremum mundo diem imminere. Multa ædifica penitus collapsa, multa fœdè lacerata, ipsius, quod Archi-Dux habitabat palatii pars prostrata est: Collegii fabrica, quòd nova esset, ac humilis

41.

Secuta indè mo- parùm omnino damni sensit. Agnovere cives percutientis DEI manum, & suma emendatio. passim seriam correctionem morum, qua valde indigebant, suscepérunt, collachrymantes ad servidas conciones, quēs Petrus Canisius populum ad vitæ perperam actæ reformationem incitare non destitit. Intra trimestre ter deni abdicata Hæresi salutem in Ecclesia Romana quæsiverunt, librique Hæretici Socii fuerunt traditi, ut in flamas conjicerentur. Institutæ comprecationes Publicæ, ductæ Supplicationes piæ, quarum ipse Princeps Antesignanus, remota etiam in loca pedes peregrinatus est, Eleemosynâ denique subventum, tanto præsentiore subsidio, pauperum catervis, quanto major earum conflusus, quòd ad has calamitates permagna etiam annonæ caritas supervenisset. Collegio extrema cum egestate conflictanti bis mille florenos misit Archi-Dux ac trecentos insuper florenos pro instruenda Bibliotheca, quam à Doctrinæ Sectatoribus pari minimum cum annona pretio æstimari æquum est.

42.

Seminarii Sancti Nicolai initia. Etiam ad pauperes Scholasticos magna benignæ liberalitatis pars fese exporrecta. Nicolaus Lanoyus, jam ante quadriennium, cùm secundò Collegii Rector esset, pro indigis literarum Alumnis tantum stipis vel ostiati circumiens à ditioribus Nobilium, civiumque corrogaverat, ut primùm quidem dispersos variis per urbem locis, dein in unum collectos contubernium, alere complures posset. Hoc anno Archi-Dux ciborum, quæ ex Aulae mensis supererant, reliquias assignavit tantas, quantæ tricenis videbantur sufficiatræ, attributa etiam certâ panis quotidiani portione. Atque ab his sponte Raderos, Gretserus, &c.

43.

Ex hoc prodire Raderos, Gretserus, &c. Halæ eadem, quæ Oeniponti, gesta sunt, nempe quòd easdem pariter miserias experta fuerit. Illud singulare, quòd à Dominica Palmarum, usque ad primam à Paschate Dominicam septingenti, magno ea tempestate numero, in Templo nostro, seu quod idem tunc erat, Parthenonis Regii, Ecclesiæ Legi non de Confessione tantum, sed communione etiam Paschali satisfecerint, facultate ad hoc ab Antistite Brixinensi concessa, cui id quoque adjectum, ut singuli, quibus tum Divina Esca impertiebatur, clara prius voce Fidei Catholicæ Professionem ederent, quod subinde Magistratus eodem tempore in Æde Parochiali fecit, illustri prorsus, quia ultroneo, publicæ Religionis exemplo. Perfecta jam fuerat infra Templum Crypta Sepulchralis: Itaque, uti viva petierat, Margaritæ Reginæ, cujus ante sex annos defunctæ virtutes paucis nuper recensuimus, cadaver stanneo loculo inclusum, vicesimo Maii Halam nave deportatum est; Ubi in Ædem Parthenonis.

44.

Halæ septingen- ti Communica- tes in Nostro Templo ex spe- ciali Facultate Episcopi. Halæ eadem, quæ Oeniponti, gesta sunt, nempe quòd easdem pariter miserias experta fuerit. Illud singulare, quòd à Dominica Palmarum, usque ad primam à Paschate Dominicam septingenti, magno ea tempestate numero, in Templo nostro, seu quod idem tunc erat, Parthenonis Regii, Ecclesiæ Legi non de Confessione tantum, sed communione etiam Paschali satisfecerint, facultate ad hoc ab Antistite Brixinensi concessa, cui id quoque adjectum, ut singuli, quibus tum Divina Esca impertiebatur, clara prius voce Fidei Catholicæ Professionem ederent, quod subinde Magistratus eodem tempore in Æde Parochiali fecit, illustri prorsus, quia ultroneo, publicæ Religionis exemplo. Perfecta jam fuerat infra Templum Crypta Sepulchralis: Itaque, uti viva petierat, Margaritæ Reginæ, cujus ante sex annos defunctæ virtutes paucis nuper recensuimus, cadaver stanneo loculo inclusum, vicesimo Maii Halam nave deportatum est; Ubi in Ædem Parthenonis.

45.

Margaritæ Re- ginx Cadaver tumulo inferen- dum ex conta- Margaritæ Reginæ, cuius ante sex annos defunctæ virtutes paucis nuper recensuimus, cadaver stanneo loculo inclusum, vicesimo Maii Halam nave deportatum est; Ubi in Ædem Parthenonis.

thenonis delatum, omniūque conspectui expositum fuit. Non modò integrum adhuc, incorruptum, & absque omni tetro odore corpus repertum est, verùm etiam à mortua insigne castitatis, quam prima è Sororibus DEO voverat, exemplum prodigiosè editum. Adstabant tumbæ ingenti numero populus, Clerus, Nobiles, Sorores Magdalena ac Helena, Frater ipse Ferdinandus, cùm Aulicorum quispiam præcipius, memoriae, an piæ curiositatis causa? ausus est demortuæ genas, quæ nusquam adhuc marcuerant, dito contingere: Mira res: Subito in omnium oculis, & admiratione erubuit, atque ita profectò memoriam sui tantam impressit posteris, ut nunquam ejus recordari possimus, ut non virginalis simul verecundia, quâ vel posthumâ effulgit, memores simus. Romæ Calendis Maji migravit ad Cœlitæ, inter quos publico ab Orthodoxis cultu honoratur. Pius Quintus cui, cùm post dies non amplius tredecim Hugo Cardinalis Boncompagnus magna plorūque voluntate successisset, Plenarias Jubilæi pro more Indulgentias ad impetrandum salutare Ecclesiæ Regimen publicavit. Halæ, qui eas lucrari satagerent, inventi sunt centum & triginta, quem numerum nimis quām, ut hodie quidem videtur, pusillum erubescerem referre, nî scirem ex monumentis, inde ab Urbani Regii malitiosa fabulositate inhæsisse plebi persuasionem, ut Indulgentiarum nomen, ceu æris emungendi titulus, contemptum vulgo, quin & odiosum esset: Juverit tamen hæc reducere in memoriam, ut præterita cum præsentibus conferentes, grates agamus Numini, Germaniæ verò gratulemur, quòd tanta pristinam ignorantiam, socratiāque subsecuta sit Sacerrimi Indulgentiarum Thesauri æstimatio, atque aviditas, ut, cùm antè duo Secula ægrè per centurias recenserentur, qui tanti boni participes effici vellent, nunc per multas chiliades vix numerari possint. Quid porrò mirum, quiddam fuliginis hæreticas adhuc deterendum fuisse Halæ Civibus, cùm, ut idem in claustro suo fieret; operam nostram expetierit Antistita Monialium, quarum Schvvazii vicino Halæ oppido Aurifodinis celebri asceterium est: Cùm idem pro illis & Reginæ petarent, profectus eò est Collegii Rector Matthias Lachnerus, qui felice prorsus eventu alias ab Hæreti, alias aliis difficultatibus expediti, occlusis licentiæ portis, solique pietati referato aditu, quâ Cœnobium illud, magis, quām opum famâ, etiam nunc inclarescit.

Redierat circumacto anni círculo Quadragesima vicinūque Pascha. MDLXXIII
Nostræ, memores, quantum profuerit superiori Paschate ab iis, qui ad Sacram Synaxim accesserint, præviam Fidei Professionem exegisse, ut idem hoc anno facere liceret, ab Episcopo Brixinensi petierunt: Cùm ægrius visideretur consentire, suis Reginæ adjunctis precibus, facile, quod rogabatur, impletarunt, salutari, quem sperabamus, effectu ampliter consecuto. Salutarius quiddam & diuturnius molitæ sunt Halensium bono Serenissimæ Principes, dum Mense Octobri suis sumptibus ædes Collegio obversas compararunt, ejusque sumptibus Scholas in iis apparari jussérunt, juventuti post exactam hyemem literis latinis erudiendæ. Ut Magistris quoque provisum magis foret, Bibliotheca Collegii coëmptis libris quadringentorum florenorum pretio ab iisdem Reginis aucta fuit. Ast Oeniponti diversa cœpit esse hoc anno scenæ facies, cui mutationem Nasus induxit. Fuit is primùm Oenipontano- opificio Sartor inter Ordinis sui Religiosi Fratres Laicos admissus: Improba sedulitate ad nocturnas lampades, ac memoriae stupenda felicitate, latinè primum loqui didicit, tum Superiorès etiam disciplinas complexus est, ita, ut anno supra Millesimum quingentesimum quinquagesimo nono Academorum Theologorum numero Anglioli fuerit adscriptus. Accessit mira facundia, sed quæ in facetias primùm, post in effrenem dicacitatem degeneravit, vulgo tamen haud ingratam, quòd eam in Hæreticos principiò examinaret.

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. IV.

S 2

cueret.

46.
Jubilæi Indulgentia quo tunc Halæ in pretio.

47.
Utique nunc in majori.

48.
Schvvazii Moniales adjutorum.

50.
Regina ibidem Gymnasium moluntur.

51.
Et Bibliothecam augent.
Rer. Mar. Annal.
Acad. Ingolff.
Hist. Soc. P. 3.

cueret. Oenipontum missus cùm semel, iterúmque in suggestu apparuisset, gratiam apud Aulicos, per hos apud Archi-Ducem invenit. Nasí commodò factum, quòd Canisius hoc ipso anno à Pontifice Romam evocatus, indeque reversus, non Oenipontum, sed Ingolstadium, ac dein Landishutum ad Principem Guilielmum abierit. Impositus Canisii loco in pulpitum Nasus exerere protinus cœpit animi in Socios malignitatem: Privatim, publicè ridiculos facere ipsos, ridicula ipsorum ministeria, illiberalibus, quos in promptu habebat, jocis serio efficere, ut paulatim invisi redderemur Aulæ, Nobilitati, magnæ plebis parti; Triumphantibus Hæreticis, & Monachorum Papalium pugilationes, cum insultatione celebrantibus. Collegium ex adverso vix non omni defensione nudatum stabat: Gerardo Pastelio Rectori, qui quidem Oeniponti gratiâ valuit, ad Collegii Græciensis nuper fundati gubernationem evocato successerat Wendelinus Volkius, Aulis ùsque incognitus, ita nec cognosci ambiens: Romæ Franciscus Borgia Præpositus Generalis, elapsò Octobri, omnium luctu extinctus fuerat, qui utique Societatis res apud Principes Austriacos, tūm veterum necessitudinum titulis, tūm sanctitatis famâ tueri insigniter, in Germania præsertim, ac promovere potuisset; Hoffæo Provinciali ad novi Generalis electionem Romam eundum fuit, nec antè Julium reverti licuit: Sed & ipse Petrus Canisius, ut indicabam, eodem tempore literas accepit à Gregorio Pontifice, quibus

53. Et Canisius ho- Romam ire jubetur, his inter alia verbis: „Volo desiderii mei Germaniam nificis Literis „adjuvandi adjutorem te esse, cùm sciam, quantum ad rem industria tua, Romam evoca- to, ubi Collegio „& sapientia valeat: Ac in Urbe quidem plurimum Germaniæ Petrus Germanico pro- profuit, cùm eniñ Collegii Germanici res Oeconomica eoisque defluxisset, fuit. ut vix duodecim sustentari possent, efficaci oratione permovit Gregorium, ut nova fundatione proventus augeret, qui tanto Alumnorum numero, qua-

54. Sed tandem no- tum hodie videmus, alendo satis essent. At nempe Oenipontanis interae- bis silentibus ip- Sociis, præsidio humano destitutis, sola supererat patientia, ac fortitudo si auditores Na- sum fastidiunt, in silentio, & spe, quam in D E O, suâque innocentia reposuerant: Nec & amovent. frustrâ, et si namque modestia nostra, ac taciturnitas aliquamdiu Nasum eò provexerit, ut procaciùs adhuc & petulantiùs nobis insultaret, ipsa ta- men hæc protervia, & mordaces tam parùm emunctæ naris facetiæ, plebi etiam, nedum politioribus, fastidio esse cœperunt, rectè tandem arbitratæ, indignum esse Sacri Pulpiti majestate, ut non nisi acerbis simul, & plus quam Mænopicis dicteriis continuò personet. Itaque de eo dimittendo con-

silium suscepit Archi-Dux, idque Thomæ Brixinensem Episcopo indicavit, quod ut fieret tamen absque æstimationis jactura, sapiens Antistes hominem ad Cathedram Brixensem invitavit, ubi sub oculis auribusque Ecclesiastici Præfus modestiùs simul loqui, ac vivere, ut Religiosum decet, condidi- cit. An verò ex his Satyris nihil inhæserit Ferdinando sequioris in Societa- tem affectus, ita, ut deinceps faciliùs irritabilis foret, ex iis, quæ alias di- cemus, licebit arguere. Certè mali quidem nescio cujus Magistri vera ta- men est præceptio, jubentis calumniatorem audaciâ uti, semper enim hæ- rere quidpiam: Et longè magis, si ludibriorum pipere, & scommatum si- napi condiantur cavillatio.

55. Funestiora memorant Fasti nostri, qui Augustâ veniunt, ac Dilingâ, Augustanis So- mortem videlicet Eminentissimi Cardinalis, & Episcopi Augustani Othonis eiis ac Dilinga- Truchsesii, qui Romæ quarto nonas Aprilis, cùm redditum in Germaniam nis acerba mors Cardin. Othonis pararet, ad abitum è vivis evocatus est, ad Superos utique, ita nos omnis, Romæ defuncti. quam traduxerat, vita confidere jubet. Virtutes magni hujus in Ecclesia & Imperio Principis, cùm permulti præstantes historici ac ferè temporum, Ciaccon. Spon- das. Aucto- rius.

56. queis vixit, æquales, memoriae prodiderint: Pauca inde, & compendiò Elogium Cardi- duntaxat h̄ic delibanda sumimus. In eo Rhætiæ Primæ tractu, qui Algoja nalis Othonis. nuncu-

nuncupatur; amplis latifundiis dominatur in plures ramos divisa antiquissima Stirps Waldburgiorum, magnis multisque heroibus inclita. Truchsefiorum quoque, seu quod appellationi Germanicæ Latini Interpretes substituerunt, Sacri Romani Imperii Dapiferorum nomine insigniuntur ab infrendis desumpto dapibus, in mensam Imperialem inferendis. Primaria hæc in Imperio dignitas est, & soli Bavariæ Duci, qui Imperii Elector est propria; Unde & Archi-Dapifer appellatur. Is quoties Imperatoriæ Majestatis specimen publicâ solennitate populis ostentatur, Pomum, quod vocant, Aureum antè Cæfarem præfert, & accumbenti primus dapem apponit. Quodsi absit Archi-Dapifer, munus id jure hæreditario exercet, qui ex Waldpurgiorum Stirpe est natu maximus. Ex hac prosapia natus est Otho Patre Guilielmo, & Sibylla Comitis Sonnenbergii Filia, annô post millesimum quingentesimum decimo quarto, die itidem decimo quarto Februarii. Adolescens varias Academias, Germaniæ, Burgundiæ, Italiæ obiit, ubique politiorum juxtâ ac severiorum disciplinarum profectu planè excellenti. Inter Canonicos primùm Cathedrales Augustanos, tum inter Tridentinos, Capituli Decanus, dein à Paulo Tertio Romæ inter Cubicularios Pontificios adscriptus est. Mox ejusdem Pontificis Internuntius ad Conventum Principum Norimbergæ habitum, ibidem Episcopus Augustanus unanimi consensu eligitur, alteroque statim anno Cardinalis à Paulo creatus, postmodum à Carolo Cæsare bello Smalcaldico rei frumentariæ Summus Præfectus est constitutus, ac subinde in Aula Romana Germaniæ, uti & Collegii Germanici, Protector, ac in supremo Inquisitionis contra Hæreticos Tribunal Assessor reuniantur est. Ad Elvacensis quoque Ecclesiæ Principatum, & Frisingensis Ecclesiæ Præposituram electus, denique à Pio Quinto Prænestinæ etiam Diœcesi præesse jussus fuit. Hæc magnarum, quas gessit, dignitatum decora majoribus longè virtutibus est promeritus. Vitæ morumque integritatem, cuius ipse servantissimus fuit, in alios propagare intentabatur summoperè, cùmque ad id basis ac fundamentum sit vera Religio, incredibile dictu est, quanto ejus firmandæ, ubi etiamnum stabat, restituendæ, ubi defecerat, studiò flagraverit. Huc ejus crebra ad Pontificem ac Principes itinera, huc congregatae Clericorum Synodi, huc labores spectabant indefessi: Odia idcirco Protestantium, arma, spoliationes, exilia non semel perpessus. Nihil tamen inde infractus, quid agere ultra pati que promptiusque foret, symbolo expressit, quod præter Insignia gentilitia sibi peculiare, ceu monitoriam quotidie tesseram, delegit, Pelicanum, qui pullos proprio sanguine alturus, rostro pectus fodit, adnexo Lemmate: *Sic his, quos diligo.* Singulari tamen cura pueritiae juventæque in literis, ac pietate educationem, tum ubivis locorum, tum Romæ præsertim in Collegio Germanico fovit, promovitque, uti & Dilingæ, ubi nonnunquam trecenti Adolescentes in Orthodoxo, quod exstruxerat, Musarum contubernio simul degebant. Peculiaris in egenos beneficentia, in plebejæ conditionis mortales humanitate fuit. Rescius in Vita Cardinalis Hosii Othonem pauperum non amicum tantummodo, sed amatorem nominat, neque tam Sacri Romani Imperii, quam Xenodochiorum fuisse Dapiferum dixeris: Adeò, ut de vietu illis prospectum foret, solicite invigilabat. Nullum ita vile mendicabulum fuit, quod à conspectu audientiæ arceret, aut absque ope dimitteret; si quando plebeii, occurrentis in publico Principis Celsitate territi, de via declinare, ac subducere se properarent, amicè inclamans fistere jussit, cur fugerent, sciscitans, patrem filii, quos ipse queritaret tam amanter. In solis cultûs Divini operibus magnificentiæ potius Principalis, quam humilitatis sectator esse videri potuit. Quam Confraternitatem primariam Convalescentium Romæ nominant, cùm ibidem

59.
Et dignitates
Ecclesiastice.

60.
Religionis in
Othonc stu-
dium.

61.
Juventutis bene-
educanda cura.

62.
In pauperes
amor & affabi-
litas.

63.
Magnificentia
in cultu Divino.

Hierarch. Eccles. Augstante. magna cum laude & ejus incremento gubernasset, eandem Augustæ recens erectam confirmavit, voluitque, ut quotannis ejus Sodales ad Montem Andecensem, qui Sanctus vulgo ob plurimas Divorum Reliquias dicitur, sacra peregrinatio institueretur, laudata pridem Matthæi Raderi venusto epigrammate, atque in hoc usque tempus, aliarum Sodalitatum accessu solennissima, simul ac piissima. Anno post initum Episcopatum quinto, cùm Imperator Carolus à celebri ad Albim contra Protestantes victoria Augustam venisset, Cardinalis, novo, & hactenus in Germania non viso spe-

64. *Novo exemplo* etaculo, Augustanos in Parasceve ad memoriam mortis, quam Servator mundi oppetiit, sanctè recolendam animavit, dum ejusdem honori Cenotaphium in medio templi, apparatu regaliter lugubri, erexit, ac in illud Sacrosanctam in Hierotheca Evcharistiam intulit; Cæsare, Principibus, Aulicis, populo ad pompam hanc, sacro non magis luctui, quam Religioni accommodatam præsentibus. Magis attonitos cives habuit eadem nocte pia cohors eorum, qui ut ex Divi Pauli mente & exemplo supplerent, quæ de-

Sepulchrum Christi exigit. sunt passionum Christi, aut crucibus è ligno ponderosis onerati humeros, aut aculeatis ferro flagellis in nuda tergora fævientes, ab Æde Patrum Dominicanorum flebili ordine ad usque Templum Cathedrale processerunt, cujus limina cùm attigissent, prostrati in genua, usque ad Sepulchrum Domini perreptarunt, progrediente obviam cum Clericis Othoni, ac Musicis Cæsareis composita ad pios mœrores threnodia accinentibus. Augustior, &

65. *Et Punitentium Processionem instituit.* forsan æquè, Augustanis saltem à multo tempore, insolita fuit celebritas publica, eodem anno instituta, luce Theophoriæ sacra. Fuerat Otho Divinissimo huic mysterio addictus cultu longè devotissimo: Specimen ejus præclarum Bononiæ edidit, ubi ex Urbe in Germaniam transiens, equo vectus Sacerdotem, qui Christi Corpus ad ægrotum deferebat, obvium habuit: Hoc viso Cardinalis, protinus dimissò sonipede positis primò humi genibus Numen supplex adoravit, tum, ut erat ocreatus, Sacerdotem ad humilem infirmi casam, rursùmque, data priùs ægrotanti aliquot aureorum

66. *Cultor SS. Ev. charistæ.* Festum Theophoriæ Augustæ inovat. stipe, ad templum reducem purpuratus pedissequus est comitatus. Ut proinde ad parem Supremi Pastoris cultum oviculas suas condocefaceret, atque aberrantes etiam ad vera Pascha revisenda adduceret, occasione, quam Cæsar præsentia, nuperæque complures victoriæ offerebant, utendum arbitratus, Theophoriæ solennitatem apparatu, quo potuit, maximo adornavit. Ferculum Evcharisticum ipse gestavit, stipantibus ad latera hinc Frederico Palatino, inde Joachimo Brandenburgico Electoribus, neccdum vel Lutherum amplexis, vel apertè professis. Conopeum, sub quo Evcharistia portabatur, è quatuor perticis suspensum portarunt totidem magni Princi-

Hierarch. Eccles. Augstante. pes, Maximilianus Austriae Archi-Dux, Henricus Dux Brunsvicensis, Albertus Parens, Guilielmus Filius Duces Bavariæ. Sequebantur Carolus Cæsar, cum Rege Germanorum Ferdinando Fratre, post hos Sebastianus Heussensteinius, & Adolphus Comes Schaumburgius, hic Coloniensis, ille Moguntinus Archi-Episcopus & Elector, Principum deinde ingens caterva, ac primæ Nobilitatis ex Germania, Hispania, Italia, Belgio, quam pluri-mi, ardentibus singuli instructi cereis, atque in classes suas ordinatè distributi. Et sanè celebritas hæc à prima illa, quam Otho instituit, cultus Evcharisticæ instauratione, si non majestatem, quam tunc habuit, religiositatem tamen pristinam in præsens usque tempus conservavit, tantò spectabilius, quantò quisque Orthodoxorum, qui Theophoram comitantur, satagit venerationem latentis sub panis schemate Numinis oculis Lutherano-

68. *Amor erga Dei param.* rum patentiū contestari. Pietatis Othonianæ erga Deiparam perpetuum & insigne monumentum exstat Sacellum apud Halos, quod in Æde Laurena magis impensis erexit, perquam venustis picturæ plasticæque operibus commen-

commendabile: Illuc etiam vestem auro, & acu phrygia intertextam, illuc monile aureum, centum & quinquaginta unionibus ornatum, ac numisma pendulum margaritis gemmisque pretiosum intulit, Augustanæ verò Ædi principi Hierothecam dono attulit, Græcis characteribus pervetustis notatam, in qua tum aliae memorabiles Divorum Reliquiæ, tum pars Zonæ, recondita est, qua Mater Virgo præcincta, & Fasciarum, queis Christus Parvulus à Matre Virgine involutus fuit. Obiit piissimus Princeps, sup提mis omnibus Sacramentis ad mortem instruclus, anno ætatis undesexagesimo: Magno bonorum omnium luctu, Gregorii maximè Pontificis, qui adhuc in Bononiensi Academia Jurisprudentiæ Professor Truchſesio discipulo gloriabatur tam sibi charo, quam ob modestiam, & indolis compositissimæ suavitatem in amoribus fuit Alexandro Farnesio, Christophoro Madruccio, Stanislao Hosio, studiorum Sodalibus, quos omnes Otho in purpurato dein Ecclesiæ Senatu Collegas habuit. Cadaver, donec aliquando in Germaniam referri videbimus, depositum tantisper fuit in Æde Sanctæ MARIAE de Animabus, quam Romæ suis usibus propriam habet Natio Germanica.

Epitaphium appositum hoc erat: *Othoni Cardinali Truchſesio, Episcopo Auguftano, Sacri Romani Imperii Principi integerrimo, omnibus propter excelsas animi dotes, virtutem, clementiam, prudentiam, pietatem, Religionem, affabilitatem, ingenium & morum præstantiam amabilis.*

Quam multos habuerit laudatores, intelligere est ex testimonio Scriptoris Acatholici, ita loquentis: Fuit Otho ob Religionis Catholice zelum & prudentiam civilem apprimè à Pontificiis Scriptoribus commendatus, Gretsero Speculum Præsulum sui temporis, Jovio Musarum hospes, Germaniæ decus, Sacri Senatûs ornamentum est dictus. Ad Gretseri verba quod attinet, innuisse is videtur librum, quem Claudio olim Jaius noster à se ex Divinæ Scripturæ, Canonum, ac Doctorum verbis concinnatum, titulo Speculi Præsulum insignem, Cardinali miserat. Hunc Otho non solum typis imprimi curavit, sed in seipso ita morum sanctitate expressit, ut non jam librum, sed Othonem contueri satè esset, si quis Speculum Præsulum consulere, ac vivam perfecti Antistitis imaginem videre cuperet.

Afferebamus ista hactenus, ut in domesticis quoque monumentis ampliò extaret memoria Patroni, cuius nunquam satè commendabilem in Sodalitatem nostram affectum ac beneficentiam exteri etiam mirabundo stylo prædicarunt. Est, qui ab eo in Dilingani Collegii, Convictûs, & Academiæ incrementum post statutam illic Societatem quinquaginta aureo-rum millia expensa numeret: Est, qui in libro de Vitis Pontificum & Cardinalium hæc legenda offerat: Res Societatis ut suas tractabat, eadémque cura, solitudine, lætitia, mœrore, nihilo seciùs, atque sua in re, prospero, adverso statu nostro commovebatur: Quodsi ad ea, quæ hucusque Provinciæ nostræ historia enarravit, respectare lubeat, deprehendemus ab eo tempore, quo Otho Truchſesius Episcopali Mytra exornatus fuit, annum nullum præteriisse, quo non ejusdem eximia in Societatem beneficia memoranda occurrerint. Quid quod inter negotia, quibus postremo anno fese impedit, quanquam vix non tempore, neutiquam tamen curâ postremum fuerit, quod Societatem contingebat.

Diximus anno superiore, extincto Cœnobii ad Sanctæ Crucis in Urbe. Augustana Præposito, consilium Othoni datum à Patronis nostris, ut, quan- doquidem Romæ esset, translatis ad Divi Georgii, paucis, qui supererant Religiosis, cum eorum supellecstile, ac redditibus, vacuam duntaxat (nil amplius) sedem Societati relinquendam à Pontifice impetrâret: probavit magnopere, quod consulebatur, Cardinalis, móxque datis ad Regulares illos Canonicos literis petiit novi Præsulis Electionem differri, quoad ipse, quid

69.
Luctus aliorum
in ejus morte.

70.
Sepultura & E-
pitaphium Lau-
des polthynæ.

Imbos. Notis.
Rom. Imper.

71.
Ejus amor in
Societatem.

Ciaccon.

Othonis de Cœ-
nobio S. Crucis
consilium.

Hist. Soc. P. IV.
l. 1. n. 81.

73. quid veller, prescriberet clarius. Subsoluit Adversariis, quid agitaretur, ita que partim hortatu, partim auctoritate perficiunt, ut novus crearetur Praepositus. Intempestivos creatio haec motus tum Romae tum Augustae exi-

74. tatura timebatur, jamque diversa a partibus agitari incipiebant consilia. Urgentibus no. Verum cessavit omnis agitatio, postquam Roseffius datis ad Mercurianum bis ipsis penitus Societatis Generalem literis edocuit, praestare, ut invidiosae petitioni finis omittitur. Histor. Soc. P. III. imponeretur, ipsique rogaretur Pontifex, ut ab invidioso negotio urgendo L. 1. tum ipse, tum Otho desisterent. Fecit hoc Mercurianus, & impetravit, Archiv. Coll. Augstani. quamquam non sine aliqua Sanctissimi Patris repugnantia.

Ceterum duo hic addidisse juverit, primum de Literis Pontificiis, unis quidem Societatis commendatione plenis, quibus causae de Collegio Augustano accurata cognitio Praefuli Frisingensi committitur. Alteris ad Fuggeros & Illungos, scriptis hoc anno decima tertia Martii: quarum prior pars haec est:

GREGORIUS PP. XIII.

75. Literis Griseo-
III XIII. ad
Fuggeros & Ill-
lungos.

**Dilectis Filiis Marco, Joanni Hieronymo Fuggeris,
& Georgio, Joanni Achilli, & Maximiliano Illungis.**

„Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem: Laudamus, „quantum possumus, neque tamen sati dignè laudari posse intelligi- „mus vestrum sanctæ & incorruptæ Religionis studium, ardentissimumque, „quem in illis literis perspeximus, quas ad Venerabilem Fratrem nostrum „Cardinalem Augustanum scripsistis, sincerae, Catholicæque Fidei Zelum, „quem, ut debemus pari ardore amplecti, & fovere, sic nihil est, quod „nos Christo gratius facere posse intelligamus, quam prædam diabolo ei „ore eripere, ipsumque suis ultrò avulsis membris Christo restituendis atque „adjungendis concidere, & conficere. Hæc omnia consequentur Divinam „illam vestram cogitationem de Jesuitarum istic Collegio, & Schola, ac „Seminario, ingenti vestro sumptu constituendo. Nihilque longius nos „habemus, quam dum hoc tantum, tamque præclarum istud restituenda, „retinenda, propaganda, tam apud multos corruptæ, atque desperitæ Reli- „gionis initium videamus, cui quidem vestræ optimæ voluntati, si quid „quod DEUS prohibeat, obstiterit, vos certè facti ipsius fructum refereatis „ab eodem, cui voluntas, & conatus pro facto est. Huic primæ Literarum parti subjungit in altera Pontifex; Cupere se de negotii totius statu plenè erudiri; relatum sibi fuisse: metuendum esse, ne, si recens electo Præposito vetus Augustæ Collegium in gratiam novi introducendi eripiatur,

76. graves tumultus, atque etiam seditiones exsurgant, quarum nec ipse autor Fructus inversi haberi vellet, ac Societas ipsa quidvis aliud pati mallet. Alterum, quod Confessio.

mirari subit, est ipse, de quo hactenus sermo erat, Praepositus; initio statim aditi munericis Sacri Ignatii Exercitiis animum excolere ultrò aggressus, atque in iis, quanta officii, quod suscepisset, ritè explendi obligatio foret, profundè contemplatus, seipsum ita ad mores tanto statu tam sublimi dignos ex integro conformare, simûlque ita gubernare subditos cœpit, ut nemo jam esset, cui non haberetur vir planè religiosissimus, qui non modò primus Insulæ Pedique gestandi privilegium à Clemente Octavo concessum Templo invexit, sed & huic & Collegio suo primævæ Sanctitudinis

77. Præpositi ad s. Crucem cum Societate con- junctio.

disciplinam per septem regiminis optimi lustra conservavit. Intimam quoque amicitiam protinus cum Societate contraxit, intellecto videlicet, tum Fuggeros consilia hucusque pertractata non nisi optimo zelo suscepisse, tum Nostros ab iis urgendis seriō pacis & concordiae studiō abstinuisse; Itaque Antonio

Antonio Beirero (hoc namque illi nomen fuerat) primam originem debemus sanctæ, ac semper hactenus continuatæ necessitudinis inter duo Augustana in Urbe Collegia, Sanctæ Crucis unum, & Servatoris in cruce mortui alterum. Quin is, qui hodiè ad Sanctæ Crucis præest, Augustinus Imhof ex vetusta Patriorum Familia virtute eximia parique eruditione conspi-
cuus, quemadmodum novis ædificiis, novoque splendore Collegium suum, ac Templum imprimis, potius fundasse denuò, quam instaurasse dicendus est, sic veteri suæ suorumque cum Societate conjunctioni nova semper incrementa & instauraciones superaddit.

78.
Usque in præ-
seus tempus
conservata &
aucta.

Porrò, quos mœstos reddidit Cardinalis obitus, eosdem valde intentos fecit, ut ad ea, quæ Numinis de nobis ordinare placitum foret, animos componeremus. Dumi Roseffius Augustæ, duo Theologiae Professores Dilingæ Cardinali demortuo meritas laudationes in Parentalibus ex Cathedra dicunt, & Jacobus Pontanus epicedia typis vulgat, Adversarii nostri vix non in circulis propempticon occidunt, quo fausta scilicet omnia, modò abeamus, imprecantur: Et abituros utique jactabant Augustâ, Dilingâ, totâ Sueviâ, postquam sublata esset, quæ sola nos tenuisset, anchora. Evenit tamen aliter. Post senas ab Othonis morte hebdomadas Ducum Bavariæ, Archi-Ducis Ferdinandi, Maximiliani Cæsaris, ipsius demum Gregorii Pontificis commendatione electus est Augustana Ecclesiæ Episcopus Egolphus, nobilissima apud Suevos Knöringiorum satus propagine, vir apprimè, ut literarum intelligens, sic literatorum amans, quorum commodo magnis sumptibus Ingolstadii Bibliothecam fundavit: Forma, & eloquentiæ copia insigne ornamentum addebat castissimis moribus, & Religionis promoven-
dæ studio. Partes Societatis hactenus semper defenderat: Unde alterum nos in Egolpho Othonem habituros, ut quidem jam se dabant initia, sperabamus, si vires diu ac vita superstes fuissent. Sacrosanctam Theophoriæ Qui Dilectam lucem notabilem Dilinganis fecerat Jacobus Remus, litato ad aram primo veniebas.

81.
Sermones de no-
bis post Othonis
obitum,

82.
Spes in novo
Episcopo Egol-
pho Knöringio.

83.
Qui Dilectam
veniebas.

84.
Salutationes no-
stras benevolè
acepit.

85.
Controversia de-
Academia. Pro-
testatio contra
Decretum in-
scio Principe
editum.

Ingolstadii cò res deducere fuerunt, ut discessionem, quam nobis Augustæ imperatum iri nonnullorum malevolentia vanè minabatur, pacis, & golstadienes in concordia, causâ sponte elegerimus. Quaterni, quos anno præcedente ab externis in Academia Professoribus Monachium allegatosuisse diximus, impetrarunt primùm, ut causæ cognitores mitterentur; Deinde id studiosè egerunt, ut, quos ad audiendas partes Albertus Princeps miserat, invidiosis contra nos querelis præoccuparent, unde factum, ut mandatum concipere-
tur, quale Adversarii optarant, Hoffæus Provincialis acceptare non poterat, Instituto nimis quam contrarium. Itaque citato itinere, antequam causæ arbitri Ingolstadio abirent, Monachium provolat, Ducémque submissè edocet, quam durè nobiscum Anglipoli actum fuerit, quamque Societas salvis legibus, imò etiam Academiæ commodis, in ea, quæ decreta fuisse, consentire neutquam possit. Iniquè tulit Albertus, nomen suum &

86. Autoritatem præfigi imperii, quæ ipse nunquam cogitâset, proin Acta re. Perturbato inde scindi jubet. Perturbavit hæc res maximopere Simonem Ekium, qui Frater Joannis Ekii Theologi, de quo tam multa nobis memorata fuerunt, Duci Cancellarius erat: Is cætera nobis plurimùm favens, in hac tamen controversia, nescio, quibus persuasionibus inductus, una cum Berbingero & Vendio Aulæ Consiliariis, Ingolstadii præsens sententiam contra nos tulerat. Invisenti ad se Hoffæo gravissimis verbis afferuit Ekius; decessurum se potius, & officio, & Aula, quām retractare, quæ in pleno Senatu Angli-

Perturbato inde scindi jubet. Perturbavit hæc res maximopere Simonem Ekium, qui Frater Joannis Ekii Theologi, de quo tam multa nobis memorata fuerunt, Duci Cancellarius erat: Is cætera nobis plurimùm favens, in hac tamen controversia, nescio, quibus persuasionibus inductus, una cum Berbingero & Vendio Aulæ Consiliariis, Ingolstadii præsens sententiam contra nos tulerat. Invisenti ad se Hoffæo gravissimis verbis afferuit Ekius; decessurum se potius, & officio, & Aula, quām retractare, quæ in pleno Senatu Angli-

87. Hoffæus innuit poli constituta, jámque etiam publicata essent. Ad has voces Hoffæus, modum compo- qui nôrat, quām firmus in exequendo foret Ekius, si quid factum se nendi turbas, asseruisset, quāmque simul non nisi mediatè quidquam affereret, extem nostrum Angli- poli discessum. porali, quod præmeditari non poterat, prudenti tamen, ut res docuit, consilio respondit: Absit enimverò longissimè, ut tantum molestiæ aut amaritudinis, quantam officii abdicatio testatura esset, unquam tibi facef sat Societas; quem, ut beneficium semper Patronum habuimus, ita, porrò ut habere liceat, peroptamus. Satiùs omnino, satiùs est causâ nos & loco cedere, dum eo tu loco perstes, ex quo solita in nos tuitionis & amoris fluenta derivare possis. Explicare dein pergit, commodum videri compo- nendis turbis remedium, si Philosophiæ & Pædagogii Scholæ quamprimum Ingolstadio Monachium transferantur: Posse id fieri absque novis prorsus impensis, quando terna illa florenorum millia, quæ Princeps alendis Socii Ingolstadiensibus destinâset, Monacensis deinceps Collegii ærario inferan-

88. Hoffæi consi- lium primùd Ekius, dein Princeps appro- bar ob novas caufas. Quām prorsus inexpectatum Cancellario hoc responsū, tam penitus approbatum fuit. Proinde pollicitus: se consilium hoc, velut domi suæ na- tum, expositurum Principi, re ipsa eidem non solum suasit, quod Hoffæus suggesserat, sed persuasit etiam, ut is in eandem abiret sententiam, præfer- tim, quod intellectisset, novas iterum lites moveri à Parochis ægrè ferentibus, quod novus, qui Halâ venerat, Collegii Rector Joannes Rabenstein matutino tempore conciones haberet in Sacello Academicō, nostris usibus attributo: Delatis primùm ad Aulam Eystadiensem, dein ad Monacensem querimonius, cùm illa taceret, hæc potius probaret, quod illi improbatum volebant, perrexit quidem Ecclesiastes jure Societatis uti, quo certè proper loci angustias multam ex Templis aliis auditorum copiam avertendi peri- culum haud creabatur, facile tamen apparebat, novas semper occasione

89. Albertus mo- dum ostendit, quod abitus Ingolstadio com- modè fieri pos- sit. Albertus quietem Socii procurare avidus, indicari Hoffæo per Cancellarium judet, ut, quandoquidem in Urbem ad novi Generalis electionem profecturus esset, rem cum eo, qui electus foret, ipse transigeret; quod si is consilia Hoffæi approbasset, opus fore supplici libello Monachium mittendo, quo Generalis discessum ex urbe Ingolstadiensi concedi suis flagitarer, & flagitandi causas exponeret: Curaturum dein Principem, ut, salva autorita- te sua, & servato in tribunalibus causas tractandi ordine, totum negotium ex voto nostro conficiatur, minore strepitu, majore Consiliariorum assensu. Everardo Mercuriano (is nāmque ad Societatis Clavum pluribus Electorum suffragiis recens pervenerat) Hoffæus necessitatē atripsiendi, quod proponebat, remedii tanto facilius persuasit, quod graviores identidem turbas Anglipoli nuntiabantur. Reinerus noster Fabritius Eloquentiæ Professor, atque jam nupero Principis Decreto Corpori Academicō adscriptus, Decani officio, servatis ritè vicibus, præpositus fuerat. Is cùm Senatus Philosophi- ci Patres ad consultationem pro more vocalasset, nomina duorum, quorum unus linguam Græcam, alter Aristotelis Compendium explanabat, in Di- plomate, ad Conventus Senatorios indicendos edi solito, omiserat, partim, quod exemplum in monumentis Academiæ non extaret, Compendii quippe Aristo-

90. Interim alia tricæ cum De- cano Philoso- phiz. Anglipoli nuntiabantur. Reinerus noster Fabritius Eloquentiæ Professor, atque jam nupero Principis Decreto Corpori Academicō adscriptus, Decani officio, servatis ritè vicibus, præpositus fuerat. Is cùm Senatus Philosophi- ci Patres ad consultationem pro more vocalasset, nomina duorum, quorum unus linguam Græcam, alter Aristotelis Compendium explanabat, in Di- plomate, ad Conventus Senatorios indicendos edi solito, omiserat, partim, quod exemplum in monumentis Academiæ non extaret, Compendii quippe Aristo-

Aristotelici exponendi munus novum omnino in Academia erat, partim, quod Academiarum Cancellarius hac de re consultus nihil innovandum respondisset. Verum illi ambo, quos omisso dicebam, gravi se injuria affectos conquesti, Decretum a ceteris Athenaei Doctoribus extraneis auferunt, quo Philosophiae Studiosis nova libertas data est, cujuscunque vellent, Magistri Scholas frequentandi: Minæ etiam illi indicæ sunt, qui ad hoc impediendum jurisdictionis suæ terminos moliretur extendere. Ostium hacconcessione magnum apertum est juvenili licentia, nec tamen, quamquam saepius petita, impetrari poterat coercitio. Interim nihilominus urgebantur Reinerius, Paulusque Vizanus, ut postulatis novi Professoris, qui nimurum Aristotelis Compendio explicando recens constitutus fuerat, annuerent; Cumque hi ad Cancellarii responsa, & Principis expectandam sententiam provocarent, ecce tibi, Vizanus, & Fabritius, hic Decani officio, ac Senatu, ille Senatu, saltem, contumaciam causâ exclusi pronuntiantur. Ne quid tumultuosius consequeretur, Torrens, ac Fabritius Monachium abeunt, de totius rei causa Principem edocendi. Multis agere opus non erat: Supervenit quippe tempori Hoffæus, ex Urbe redux, qui consolatus Nostros solum id respondit Adversariis, brevi rem quietè compositum iri. Accedit subinde Ekium, qui totus jam priorem in nos animum resumpserat, offert per hunc Principi supplicem, quem si expectaratur, Everardi libellum, quo Nostris migrandi Ingolstadio venia orabatur. Nec mora: Adlaborante potissimum Elio Senatus Aulicus in id, quod petebamus, unanimi suffragio consentit, rogandum tamen Principem, ut Anglipoli quidem nos abire permittat, haud tamen alium in locum, quam in urbem Monacensem, Philosophiae ibi docturos studia, uti &c, quæ in Pædagogio docuimus Ingolstadii. Enimvero hoc ipsum erat, quod ut non tam suâ unius absoluta potestate, quam Senatus quoque consulo statueretur, Albertus optaverat. Dum hæ turbæ nos agitant, dum de iis sedandis agitatur, perreximus tamen progressui non literarum solummodo, sed spiritu quoque nos impendere. Quadragesimos numeravimus hæremon laqueis extricatos, inter hos unus Artium Magister Uxorem totamque Familiam Norimbergâ Patria sua Anglipolim transtulit. Alius, & ipse Norimbergensis, indole eximia Adolescentis Romam missus est, inter Collegii Germanici Alumnos recipiendus. Unum è Nostris Cœlo transmisimus, Carolum Sibenburgium, juvenem annis Scholasticum, sed eximia probitate jam veteranum, cuius in Matrem suam, ut appellabat, Societatem liberalis amor tam universæ Provinciæ, quam Collegio multa in supellecibili libraria, atque etiam vietu, subsidia peperit. Advenierat præstitutum abitioni ex urbe Anglipolitana tempus pridie Sancti Michaelis, cum præmonitis sat multò antè Patribus Academicis, ut, quos vellent, Magistros conducerent, Discipulis quoque Scholarum nostrarum valediximus. Factum id est amanter omnino, verbis ita conceptis, ut nihil amarulent in quemquam saperent. Commovit plerosque tenerè ultimus hic affatus, ad lachrymas usque, & ex ipsis Academicis Professoribus, cum cernerent rem ultra, quam credebant, progressam, nunquam eò deductam fuisse optabant. Nec reliquæ civitatis motum satís quis explicit? Sed nempe committendum sibi haud arbitrata est Societas, ut, quæ ubique pacem evangelizaret, ipsamet inter perpetuas lites, easque irritatis jam partibus inevitabiles degere cogeretur; Saepè enim, qui præjudicio affectus, aut ignorantia laborant, in aliis jura sua in diversas partem tuendi necessitatem, litigandi pruriginem interpretantur, quæ, cum meritò culpanda sit, semper aliquid de existimatione, ad fructum spiritualem tantopere necessaria, defricat. Soli itaque duo Professores Theologiae Ingolstadii præesse in Cathedra Academica solito more, ac ternis etiam Disputationibus publicis eodem adhuc anno præsidere perrexerunt: Discipuli vero Nostrates Halam partim, partim in Italiam ad Theologica Studia absol-

91.
Hoffæo Roma
reverso abitus
Nostrorum In-
golstadio de-
cernitur.

92.
Acta interea
Anglipoli pro
animarum la-
ture.

93.
Valedictio &
abitus Nostre-
rum

94.
In diversas par-
tes.

venda fuerunt amandati: Noveni Philosophica intra parietes domesticos

95.

Magistro Paulo Vizano ad finem usque triennalis Curriculi continuârunt.
Plerique tamen Fabritius Rhetorices, & Ferdinandus Alberus Logices Magistri, cum ceteris Magistris ex Pædagogio, uti & cum suis discipulis, qui de Societate erant, Monachium profecti sunt. Unde factum, ut quinquaginta jam incolæ in uno habitarent Domicilio, angustè quidem, memores tamen dati à Sancto Augustino moniti, si angustiantur vasa carnis, dilatanda esse spacia charitatis, qua cum tranquillè modò fruerentur, tantiesse credebant, quilibet habitationis incommoda tolerare.

96.

Nobis Maxi-
millianus Guia-
lioni Filius.

Quanquam nec solita defuere, tum publica, totique patriæ communia, tum etiam domestica. Decimo quinto Calendas Majas Alberto Duci Nepos, Guielmo Principi Filius est datus, tanto Bojariæ, Imperii, Ecclesiæ bono, quantum olim Maximilianum admirabimur, nominis mensuram non expleturum tantummodo, sed egressurum etiam. Ut gratum se DEO exhiberet Avus, munificus in DEI Templa, servosque exstitit: Ædem Lauretanam Cruce aurea genimis pretiosè distincta exornavit: Ut donatoris nomen dignitasque lateret, donum obscuro homini deferendum commisit. In varios Religiosos, à quibus preces ad DEUM pro recens genito expetebat, variè beneficus, nobis pro Advenarum, quos dixi, numero censum auxit: Cumque magno suo gau-

97.

Gymnasi Mo-
nacensis incre-
menta.

dio cerneret, ex novorum Professorum accessu, quibus etiam Nostri in Dia-lectica novem, totidem in Rhetorica operam dabant, juventutem nobilitate, profectu, ac numero vehementer augescere, Procerum quibusdam negotium dedit, amplioris areæ pro ædificando Gymnasio inquirendæ. Ex eo quippe, quod intellexerat Princeps, plurimum populo placuisse alacritatem nostram, qua, vix superioris anni pestifero morbo remittente, Scholas denuo aperiri urseramus, sapienter judicavit, haud suffectorum locum, in quo tum literæ tradebantur, venturæ indies majori discipulorum multitudini. Severiorum quoque disciplinarum Magistri, ut properè specimen darent, neutquam se Monachium venisse, ut in umbra desides confideant,

quarta ab adventu hebdomade seu Novembbris die tertio Theses ex Universa Philosophia proposuerunt, ad quarum disceptationem eousque insolitam ingens concursus extitit: major ad actionem Scenicam, quæ Divos Barlaam & Josaphat exhibuit, majori etiam in vulgus plausu, quod ad palæstræ severiores docti solummodo viri, ad orchestras verò comicas populus etiam inter eruditionis arbitros admissus, suffragium, saepe plus quam par est, plausibile ex oculis duntaxat, & mimorum venustate conferat, unde, qui Actionem Scenicam eruditè simul ac bellè instruunt, à doctis æquè, ac vulgo æstimationem consequuntur. Compendiosior ad animorum emolumenta, ad quæ demum omnis applausus à DEI Servis referri debet, semita fuit, qua Auditores in Templis concione & Catechesi à vitiis abducti, ægri & moribundi in nosocomiis ad Christianam morborum, mortisque tolerati comparati, Hæretici in urbe ad veram Matrem Ecclesiam reduc-

98.

Zelus Alberti
pro Religione.

fuerunt; Horum quod hoc anno quindenies haud plures numerentur, cau-

sa est Alberti in Bavaria ab omni Hæresi emundanda magnanimus & con-

stans fervor, quo Monachii præsertim in pertinaces heterodoxos solertissime

inquiri, &, si qui invenirentur, quamprimum exterminari jussit, mulcta-

recessit ipsiis Magistratibus, si hac in re negligentes fuissent, aut exorabiles. Hæ-

reditatem zeli pro Religione, ac ceterarum virtutum laudabiliter præfesti-

nans, vivo adhuc patre, uscepit Filius Guielmus: Landishuti utpluri-

mum degens, quantò Bavariæ inferiori vicinior, tantò pietatis publicæ,

privataeque exemplis erat utilior. Præscio conscientiæ Moderatore, qui

Collegii simul Monacensis Rector erat, dispertierat lege inviolabili cuius-

que diei horas, quas DEO, publicis negotiis, sibi privatim, haberet im-

pendere.

100.

Guilielmi Pie-
tas Landishuti.

tae Landishuti.

Digitized by Google

pendere. Quatuor minimum horis preces ad DEUM fundebat flexis genibus: Tum ad negotia regiminis, præstandamque omnibus, quantum poterat, audientiam se conferebat. Quod reliquum superfuit temporis, piis voluminibus legendis, ac præcipue Vitis Sanctorum, quas à Surio conscriptas Lingua Germanica vulgari parens Albertus curaverat, insumptum est.

101.

Pari Sanctitatis studio Renata conjunx totam se tradidit, tanto solis Exercitiis spiritualibus intentior, quanto à seculi negotiis remotior ac suapte sponte fuit alienor, unde & viro eò magis placuit, quanto magis unius DEO placere studuit. Cùm fluente anno Monachium ascendissent' ambo Conjuges, Guilielmus quidem ad aram nostram Calicem pro Sacrificantibus ex auro solidō, cum pretiosissimo velo, Renata verò octo vestes pro Sacerdotibus, unam ex aureis filis, cæteras acu pharygia pulcherrimè contextas obtulerunt. Qua temporis occasione usus Princeps Albertus ut sui erga Societatem affectus specimen daret, structæ in triclinio nostro suis impenitus mensæ cum omnibus Liberis, Aula, & nobilitatis flore conviva assedit.

Ac Renata Con-

jugis.

Utriusque mu-

nificentia in no-

strum Templum.

Quanquam verò non defuerint amici alii, iisque in Aula potentes, qui suo etiam suffragio res nostras commendatas Alberto facerent, monstravit is tamen, et si hi decessent, suo unius judicia se se impelli ad fovendam, amandamque Societatem: Patuit hoc post mortem Simonis Eki, quem Dux Cancellarium, ac primæ admissionis Ministrum, nos verò studiosissimum defensorem Patronumque habuimus. Primum is Februarii diem sequente anno sibi ultimum aspexit, vir, quantum Joannes olim ejus Frater Thæologiæ, tantum ipse rerum politicarum scientia usque excellens, utriusque insuper cum Christianæ vitæ dogmatis jungendæ tam gnarus, quam sedulus, Justitiæ cultor, & Religionis Catholicæ eximius, redivivus denique fuit, non tam Germanus, quem nominavi, sed ille quoque Joannes Ekius, quem pariter Cancellarium Guilielmi Ducis à Fidei defendendæ studio olim laudavimus. Opulentare sese, quamvis oportunitas è præcipuis munib[us] esset maxima, designatus, mediocres, quas habebat, dicitias liberaliter iu egenos, Delique cultum erogavit vivens, legavit moriens.

103.

{Moritur Patro-

nus noster Si-

mon Ekius :

Ejus Elogium.

Ad Collegium Monacense quingenti aurei testamentō pervenerunt. Subtractâ hac columnâ stetit tamen emensis Serenissimæ Domus in nos favor, perrexitque veterem clientelam novis semper firmare beneficiis: Causam sciscitantibus, viris etiam Principibus, sufficientem utique esse reposuit, quodd Societatis potissimum operâ Orthodoxam Religionem in Bavaria sua conservatam hactenus fuisse agnoscat. Quam laudationem uti jactantiz causâ non afferimus, sic potiore titulo in modestissimum Principem refundimus, qui magnanimô suô & constanti zelo pro subditorum animis ab æterno exitio servandis incensus, ad restinguenda hærescon incendia ilorum industriâ uti voluit, qui omnia, quæ fecerant in pio hoc opere, suis ex legibus facere debuerunt. Boni subinde Domini & nimiū quam clementis fuit, non tantum servis suis euge acclamarè, sed re ipsa filiorum loco habere, Patrem certè se nobis semper fore disertis verbis professus, amantissimè se talem præstitit: Et quoniam nihil nobis magis optatum esse cognoverat, quam, ut in bona juventutis educatione laborem cum fructu ponendi occasionem, ubiunque possemus, nancisceremur, desiderio huic plurimum velificari studuit. Expertus est hanc velificandi lubentiam Joannes Baptista Confluentinus noster, Ordinarius in Aula ficer Orator: Is quadringtonos à Duce florenos impetravit, quibus aliquot adolescentes indigos, sed literis discendis idoneos, unas in ædes collectos alere datur.

104.

Etiam absque

aliena comen-

datione amat

Societatem Al-

bertus, & cur?

105.

Seminarii San-

cti Gregoriū

origo.

106.

Vivendi in Do- peres illi, pauculique Scholastici habitârunt, donec successu temporis latè, longèque celebre exurrexit Seminarium, cuius statum, ut hodie est, con-tracta in unum obtutum narratione conspiciendum damus, quòd gratius id legentibus fore arbitremur. Principum liberalitate ac favore, qui nonnunquam ad pauperculos hosce adolescentes invisere, quin ad illorum domum sumpturi epulum transfire dignati sunt, factum est, ut aliorum quoque excitata benignitas tantum denique stipis contulerit, quantum in præsens

107.

Principes, & alii erga Semina- rium benefici. ad septuaginta Alumnos sustentandos commodè sufficit. Præcipue, post Principes, qui peculiari diplomate suam ex Aula eleemosynam quotannis largiendam, & clientelam perpetuam stabilièrunt, beneficii fuere. Franciscus Kallius, Episcopi Frisingensis Vicarius Generalis, qui & ipse olim in Seminario hoc educatus fuit, ac Joannes Remus Consiliarius Ecclesiasticus: Ambo sat opulentam Domui huic hæreditatem ex aße legârunt. Complectitur Domus præter Alumnos, multos alios, quorum parentes, disciplinæ filiis impertiendæ causâ, pretium pro convictu solvunt. Præter hos facile triceni alii, quos Alumnos Secundarios vocant ex Convictorum, cæterorum Alumnorum, atque Collegii reliquis de mensis quotidianas sportulas recipiunt. Ita nempe Scholastici pauperes, nam ab his domus hæc nomen sibi lege inviolabili proprium retinet sub Divi Gregorii Patrocinio, pauperibus aliis Literarum Studiosis subvenire gaudent. Amplum est ædificium, quod inhabitant: Absque splendore, non absque commoditate. Sacellum adjunctum est venustum, Magnæ Matris honoribus consecratum, in quo ad quotidianum Missæ Sacrificium tam incolæ, quam alii ex vicinia assistunt. Regendæ juventuti Sacerdos è Collegio præst, cujus gemini in Officio Vicarii stabili habitatione in Seminario degunt. Ratio victus est, qualis honestæ fortunæ familiis usurpatur. Libri, lecti, etiam medi-

Educantur ad cinæ, si qui ægrotant, variisque alia gratis suppeditantur. Musicam, Lite- ras, Pietatem.

108.

in hoc contubernio spectantur: Primùm, ut rei Sacræ, quæ in Divi Michaëlis Templo haberi solet, ad aras ministerio, ac præcipue Musicâ, uti & Gymnasio, atque etiam Congregationibus deserviant, unde nullus inter Alumnos recipitur, qui non instrumento musico, aut voce canendi artem vel calleat, vel condiscat, quod sanè faciunt magna cum peritia, & absque periculo à moribus male dissônis, quod cæteroquin adolescentes, rei Musicæ sectatores, non raro incurruunt. Quin & alterum, ad quod educantur, ingens ornamentum, maximo suo commodo adjungunt, doctrinam & eruditioñem: Ad hanc cùm vigili semper curâ stimulentur, habeantque per multa, temporis, librorum, magisterii subsidia, perquam frequenter publicos honores in Theatris literariis, publica profectus consequuntur præmia. Sed ante omnia laboratur, ut virtutis culturam pueritia hæc juventusque recipiat: Otium, intemperantia, lites omni proscribuntur severitate. Preces ex adverso quotidianæ, & inter has crebræ pro iis, qui sunt, erantve, dum viverent, in Seminarium benefici, frequens Sacramentorum usus, spiritualium lectio Voluminum, aliæ exercitationes piæ suas horas habent, suosque dies. Rectè dixeris, vestibulum hoc esse Monasteriorum,

Educatio hæc ex quo, cùm permulti varia Religiosorum subeant Tyrocinia (& subierunt pro omni deinceps statu utilis. jam complures centuriæ) nullo negotio ad omnem vitæ coenobiticæ disciplinam aptari sunt faciles, ut, quibus obedientia, silentium, alterna nunc solitudo, nunc socialitas dudum facta est tolerabilis. Qui verò Clericalem vitam amplectuntur, (quorum hactenus fuere plures, quam trecenti,) aut Laici manent, plerumque imbibitum omnigenæ honestatis amorem retinent, atque insuper Apostoli monitum, ut omnia secundum ordinem fiant, ut plurimum servant, ut potè, qui diurno actionum ordini à teneris assueverunt,

109.

verunt, secundum quem si disperciatur vivendi ratio, vix fieri potest, ut bona non sit, unde etiam factum, ut permulti e Gregoriana Domo in populari non minus, quam sacro statu ad præcipua officia, solo probitatis & doctrinæ adminiculo pervenerint. Longiusculus in hac descriptione fui, cum enim plura per Provinciam Juvenum contubernia, ad Monacensis Seminarii normam, quantum fieri potest, instituta visuri simus, gratius lectori futurum autumabam, si eorum gubernatio, leges, fructus etiam, & publica emolumenta uno ex loco inspicienda, estimandaque proponerentur. Ut vero cæteræ pariter Juventuti Scholasticae, plurimum jam numerosæ, de ampliori Scholarum commoditate prospiceretur, ampliores pro illis ædes suis impensis conduci Albertus jussit, donec novi Gymnasi strutura hoc anno copta absolveretur. Petrus Maffetus recens iniciatus Sacerdos singulare magisterium suscipere jussus est, quo alterius Præceptoris in Rhetorica discipulos seorsim etiam lingua Græca erudiret. Inter alia literarum exercitamenta memorabilis omnino venit magnifica tragœdia, Constantinus Principum jussu, Civitatis ac totius viciniæ oblectamento exhibita. Biduum tenuerunt hæc Augustalia, Theatrum imprimis erectum, amplitudine visendum & artificio, subsellia Nobilitatis, quæ primaria plurimaque spectatum aderat, sericis pannis instrata: Plures quam mille fuerunt, qui personas in hoc spectaculo egerunt, vestium splendore insigni: Quadringenti ex his equites veteri Romanoru[m] armatura instructi: Cum devicto ad pontem Milvium Maxentio vicit. Constantinus Quadriga sublimis per triumphales arcus Urbem invehernetur, triumphalis etiam pompa cæteræ; qualis olim Romæ, species fuit repræsentata, stupescente primùm, qui spectabat populo, postea etiam tenerè præ sancto gaudio complorante, cum Diva Helena inventam Servatoris Crucem, stipatione ad pietatem juxta, & magnificentiam adornata, Monachio, velut alteri Jerosolymæ, inferret. Tantum apparatus ludis, sed planè religiosis, impepsum, nunquam eatenus Monacenses viderant. An videbunt imposterum? Admiratio summa & plausus consecutus est undique. Principes ipsi voluptatem ceperunt maximam, conspicati, quam fructuosè collocarentur sumptus facili hucusque in Gymnasium; Munera largè distributa in Actores, in Autores, verò, seu compositores tragœdiæ auctius favor, ac estimatio. Erne- stus, quem, ut Frisingenses, ita nuper Hildesienses Canonici Episcopum elegerant, iter Romanum ingredi non sustinuit, antequam ad Collegium cit. veniens, & clementissimum vale diceret, & pias Sociorum preces expo- sceret: Dominicum verò Menginum Collegii Rectoram, Frisingam evoca- tum; aliquot dies detinuit, ut tum sacram apud eum Confessionem depo- neret, tum piis commentationibus velut spirituale in longinquam profe- tionem viaticum præpararet.

Ingolstadii quies inter Nostros quidem, cæterosque Academicos fuit, sed quæ in Scholarum languorem abire incipiebat, quapropter movere se paulatim cives, quibus, cum grave accideret, filios non nisi expensarum incremento in Pædagogio alere, carere autem emolumento, quod ex con- victu extraneorum, parcus nunc adventantium, hauserant, indignari cœperant illis, quos discedendi Sociis necessitatæ imposuisse constabat. Diligæ ex adverso ob discipulorum accessionem dilatare Scholarum spatha opus fuit. Concionatoribus ternis Gaspari Haivodo, Joanni Rastello, & Gregorio de Valentia, nuper Româ missis Catechistam se junxit Christo- phorus Rosetus, hoc nomen sibi asciverat, ex Rosenbuschiorum nobili inter Bavarios stirpe, Convictus Sancti Hieronymi Rector. Augustæ perfectum, ut quaterni supra vicenos disputationibus ex pulpite, & privato congressu vici, agnitæ Catholice Fidei veritatem palam amplexi profesiique fuerint.

Confuse-

110.
Gymnasium am-
plius conduci-
tur.

111.
Professor pecu-
liaris Lingue
Græcae.

112.
Descrip[ti]o Tra-
goediarum, cui titu-
lus Constanti-
nus.

113.
Serenissimus Et-
nestus Romam
abiturus valedi-
cit.

114.
Ingolstadienes
cives absentiam
Sociorum do-
lenter sentiunt,

115.
Dilingani Gym-
nasii incremen-
tum.

116. Consuetos pro animorum salute labores magnâ, si unquam, industriâ pro Auguste adhuc secuti quidem sumus, at, si non eo, quem optabamus, fructu, illorum, pertinaciter impugnari so- qui adversabantur, pertinaciâ, factum est: Quaternos potissimum fuisse cetas.

ex Georgii Illsungi querelis liquet Joanni Fuggero expositis. Effecerunt obstinata horum consilia, ut non modò omnes Patronorum pro fundando Collegio molitiones in irritum caderent, verùm etiam perquam multi à nostro sese usu retraherent. Annus itaque totus majorem metendi ex tolerantia, quam seminandi utilia occasionem attulit.

117. In Tyroli Oenipontanum & Halense Collegium inter prospera, & ad Hale apertum versa alternârunt. Scholis, quas Halæ anno superiore ædificari coeptas di- Gymnasium, & ximus, hoc anno datum est initium: Plures tamen, quam ternæ necdum exhibita Tragœdia fuere. Archi-Dux Ferdinandus Sorori Magdalenaæ Gymnasiæ erigendi potestatem dederat, Mercurianus Generalis Magistros è Societate addixit, quod ut perpetuum esset, decreto Principum fancitum fuit. Addidit Magistratus Civicus exemptionem ab omnibus tributis, ac promissum suppeditandi quidquid lignorum in annos singulos necessarium foret. Laudem, quam Juventus Halensis à gratia Actionum in Scena hodiedum conservat, jam tum sibi comparavit, cum primam in Scena Tragoediam exhibuit Joannem decollatum; Gemini quippe Archi-Ducis Filii Andreas & Carolus cum tota ferè Nobilitate & Aulæ, Quæsturæque Consiliariis Spectaculi fama permoti, magna aviditate Halam descenderunt, majore cum Actionis laude Oenipontum redierunt. Scenam aliam ac verè lugubrem Mors

Regine Hele- aperuit. Tertio Nonas Martias febris calida Reginam Helenam extinxit. az Mons, & Magdalenaæ Sororis curarum & beneficentiarum in fundando Collegio munificientissimam adjutricem; Minor Sorore annis undecim, æqualis vitæ sancti- moniâ: Demissione animi præprimis ac parendi studio excelluit. De Augu- stis Natalibus & cognatione nihil loqui solita, nihil audire patiens, sermones, si quando de his miscebantur, dextrè aliò derivare noverat. Magda- lenæ, non jam ut natu majoris, sed Antistitæ, quam DEI vice coleret, nu-

Eius obedientia. tus omnes pro imperio exceptos solicite implebat. Edixerat Virginibus Magdalena, si quæ laboribus occupata die non festo serò ad Missæ Sacrifi- cium venturam se cerneret, melius fore, si penitus emaneret, ne scilicet ceterarum, quæ jam in exedra collectæ essent, animum cultui Divino intentum superventu suo turbaret. Evenit, ut Helena, nescio, quo negoti- ò impedita, ad Sacrum accederet, cum inchoatum quidem, sed ultra dimidias preces, quæ sub introitum fieri solent, necdum fuisset. Hic locum, ubi reliquæ erant, ingredi non ausa, flexis extra ostium genibus Sa- cro, dum finiretur, adfuit: Interrogata, cur haud intrâisset, Moderati- cis utique præcepto obediendum fuisse reposuit. Eandem obtemperandi curam in ultimo morbo retinuit, anxiè semper inquirens, de quo edulio, aut

Prima ex Par- pharmaco sumere, vel abstinere Antistita juberet. Primus hic flos fuit, thenone mortua. quem Parthenon Halensis, fragrantissimus virtutum hortus, cælo trans- misit. Adjuncta funebria ipse adfuit Ferdinandus Frater cum affine Ferrai- ensium Duce: Corpus, uno primùm in loculo Sorori Margaretæ conjun- ctum, at post aliquot dies, ut in alio reponeretur, rursus exemptum nul-

Natalis Halam lum mutati coloris, aut putredinis, tetricæ odoris indicium dedit. Men- venit. Ejus sensus de nostra Provincia se Junio Halam venit magnus ille, & Divo quondam Ignatio tam carus, atque ad summa negotia adhucitus vir Hieronymus Natalis. Senio gravis, gestisque officiis & crebris per ornam Europam itineribus fatigatus, ad quietem aspirabat, sed, ut Divinæ gloriæ amplificatores solent, minimè otiosam. Laboris sancti identidem aliquid oblatum iri in Germania sper- vit, atque in nostra maximè Provincia, ibi enim, consueverat dicere, & industria exercesti omnino præsignem, & industria proventum esse ex- minum.

miam. Fuit in ea Hieronymus sententia: (quod alibi à nobis dictum,) stationem aliquam dispiciendam esse, in qua viri aliquot eruditi nulli ferme rei alteri vacarent, quam librorum scriptioni. Deceant cum Provinciæ (nec enim diffitemur) primo adhuc Societatis ævo, viri in Germania nati, qui Doctoribus ad scribendum evocatis in Cathedris sufficerentur. Certè cùm in paucis, quæ habebamus, Collegiis, ac gemina præsertim Academia, Hispani essent non pauci, aut Belgæ, Regi Hispanie subjecti, & hinc eodem cum illis nomine censi, factum est, at pluribus in locis Socii, non nisi Sacerdotes Hispani appellarentur, his grato, aliis inviso nomine, Acatholicis ante alias; Quorum aliqui, dum Satyras in Societatem scribunt, Hispanorum nomenclaturam velut probrosam nobis adhucdum allinunt. Prolatata igitur est quibusunque demum ex causis salutaris consilii executio, donec eam Provinciæ Flandro-Belicæ Societas in se recipere, atque in hodierna usque tempora utilissime continuaret. Natalis, cùm terneret, negotium, quod suaferat, in longos dies iturum, saltem ipse scriptare quidpiam incepit, *Commentationes videlicet in Sacra Evangelia*, quas venustissimis iconismis cupro exsculptis adornatas in publicam lucem edidit. Intermiscere bonis fructibus pomum discordia conata est invidia. Mense Septembri Halam venerat Gabriel Andreus Galeanus, ut ex mandato Christo phori Madruccii Cardinalis Portuensis, Diocesis Brixinensis statum inspetaret. Ad hunc à nonnullis, quibus Sacri Characteris signaculum speciem autoritatis addebat, querela defertur, necio quid abusum nimio iurum usū à Societate in plebem inveni: Examinanda res arbitris traditur, qui tam nihil in piis exercitiis, ad quæ populum instruebamus, culpandum esse iudicarunt, ut potius ad ea continua magna peregrinatione cohortarentur. Quin Alexandreus paulò post diploma misit, quo tum Oenipontano, tum Halensi Collegio haud in unum duxit, ut super annum, sed in perpetuum potestas facta est in nostra Sacra Æde tempore Paschali Sacram. Eucharistiam distribuendi, quin ad eam accedentes universali lege Communionis Paschalis in Parochiæ suæ Templo frequentandas teneantur. Privilegium, quod celeberrimus Doctor perrarum, nec nisi his unis adhuc Provinciæ noscere Collegiis impertitum summi estimat, idque eò amplius, quanto prolixius subsecuti Episcopi illud confirmarunt. Oeniponti videbantur quidem nonnulli ex Ecclesiastico Ordine cum Halensibus adversum nos conspirasse, unde jam variae impugnationis sentiebamus initia, verum compensarunt has molestias alii Sacerdotes, quibuscum aliquoties per hebdomadem constitutâ horâ convenientibus, in Gymnasi aula questiones ad conscientias directionem spectantes petrificare coepimus, non tam ritu Scholastico, quam erudito Colloquio, ad quod sàt multi ventitabant. Populum quoque solitò longè frequenter ad Dixinum Epulum ciebant Sacra Indulgenciarum, quas Sanctissimus Pontifex pro uno dierum Domini singulis mensibus addixerat iis, qui ea luce sacrosanctam Synaxin celebraturi essent. Itaque sat prosperè ire videbantur omnia, cùm sub angi hujus exitum & frequentis initia gravis omnino procella in Collegium incubuit. Sed differre luet fusiorem ejus narrationem, quemadmodum ipse rerum pexus. postulare videtur, ut latiore eventu anni hujus acta concludamus.

Argumentum narrationis Lucerna offert, federata Helvetiæ, quæ amplissima liberaque Respublica est, urbs omnino celebris, inter omnes Helvetiæ Urbes ordine tertia, inter Orthodoxas prima; Antiquitatem, urbis ex nomine colligas, à Romanis haud dubio indito, quod ad lacum admodum magni exitum lucerna ex turri suspendi solita fuerit, portum signatura navigantibus. Jam ante annos nongentos ac plures à Sanctissimo Sacerdoto Wickardo Ruperti Alemanniæ Ducus Fratre pro Alumnis Sancti Benedicti Hisp. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. IV. U Mona.

122. Unde Nostris la Provincia no-men Hispano-rum adheserit.

123. Evangelia cum iconismis Nata-lis edit.

124. Querela in So-cios Halenses irrita.

125. Diploma de Communione Paschali.

126. Oeniponti in-stituta Quæ-sitiones de Ca-sibus Conscien-tiae.

127. Uras frequen-tior Commu-nionis ob Indul-gentias.

128. Lacensis Col-legii initia.

129. Lucerna urbis descriptio.

Monasterium illic ædificatum erat, quod postea Collegio Canonicorum à Clero attributum fuit. Jura Sacra ad Episcopum Constantiensem pertinent, quamquam Pontificius etiam ad Helvetios Catholicos Legatus plerumque ibi degat. Urbis, & Toparchiarum, quæ ad Rempublicam spectant, gubernatio penes Magistratum est, ita tamen, ut penes populum sit, in gravioribus causis Plebiscitum ferre. Franciscanorum ascetorio initium datum vivente adhuc Patre Seraphico; Sunt & Patrum Capuccinorum, & bina Virginum Sacrarum Cœnobia. Rura annis, lacum urbemque interfluit ad merces deferendas oportunus: Lacu ad Uraniam, Suitum, Subsilvaniam deveniri potest: singulæ harum Rempublicam peculiarem constituunt (Cantonem appellant) suis separatè utentem legibus, foedere tamen perpetuo tuendæ contra quosvis hostes libertatis cum cæteris Cantonibus conjunctæ sunt, quorum universè tredecim numerantur. In Religione discordia est; quæ non semel intestinis bellis Helvetiam laceravit, quorum primo Zwinglius ipse discessionis à Fide Catholica, & turbarum incentiva buccina periiit. Præter eas, quas lacui adsitas nominavi, Friburgensis quoque, Tugiensis, Solodorana Respublica Petræ Apostolicæ basi fortiter juxta firmiterque institerunt. Tigurum in Comitiis primum, non potentia, cum Berna, quæ Tiguro potentior est, Basileâ, & Schaphusa Zwinglianum dogma sectantur. Glaronenses & Abbatiscellenses, Catholici partim, partim Zwingiani sunt.

130.

Lucernatum Religionis, & robur bellicum. Lucernates raro decore parem animorum ad arma fortiter gerenda, & ad pia Religionis exercitia obeunda propensionem conjungunt. Sed periculum erat tamen, ne pravi circulatori simplici, qui extra urbem erat, popello novæ pietatis specie graviter illudenter. Advertit discriminæ vir antiquæ Nobilitatis (uti sunt plures Lucernæ optimates) Jodocus Segesser urbis Senator, & Custodum corporis in Aula Pontificia, qui ex Helvetiis constanti Romæ Præfectus; Grægorium itaque Pontificem rogat, ut cum Societas Generali Mercuriano agat de Sociis aliquot Lucernam mittendis. Jam ante annos quatuordecim, cum nonnulli ex nostris Romam evocati, Altorfio, principe Pagi Uriensis oppido, transeuntes Othonem Briamontium valetudinis causâ tantisper ibi relinquere compulsi essent, atque ad gerendam ægrotantis curam Simon Anglus substitutus, tantam Urania universa perspectis amborum virtutibus de Societate opinionem concepit, ut de Collegio statuendo apud Lainum, interposita etiam Pii Quinti operâ, vehementer instarent. Gratificari tunc ob Sodalium paucitatem Lainius non potuit, posse nunc Mercurianus videbatur aucto jam Sociorum numero.

131.

Ob celebratam Societatis famam, Accessit, quod ipse Senatus Lucernensis sub id temporis de conservanda Religione sollicitus, cum prudenter judicasset, plurimum ad hoc rectam juventutis educationem conferre, de advocanda Societate cogitaret, cujus quæ pueritiam bonis literis ac moribus instruendi solertia sit, ex fama audierat. Datis itaque Romam literis novum calcar sponte jam currenti Segessero subdidit Magistratus, ut negotium urgeret impensius. Dum interim idem Senatores Nobilem Virum Joannem Ehrenbergum accersunt, qui ex Suevia orfundus, nuper pietatis ergo sedem fixerat ad Celebre Virginis Thavaturgæ Templum, cui ab Eremo Helvetiæ nomen. Sciebant huic familiaritatem intercessisse cum Nostris; Erudiri igitur ab illo de Societatis Instituto expetunt, quod fecit plane ampliter. Quapropter ut primum intellexere, mandatum accepisse Hoffæum à Mercuriano, ut duos e Sociis Lucernam mittat, jamque illos in propinquuo esse; salutatores publicos comitante ipso Ehrenbergio ire jussent obviā, qui advenas in urbem introducerent. Introductis Orator, in Templo Franciscanorum, Reipublicæ nomine exquisitissimis verbis adventum gratulatus, Senatus, urbisque studia largissime addixit. Ædes dein pro habitatione, & Sacellum pro Sacris attributum

132.

Jodocus Segesser tum sus, perspectis amborum virtutibus de Societate opinionem concepit, ut de Collegio statuendo apud Lainum, interposita etiam Pii Quinti operâ, vehementer instarent. Gratificari tunc ob Sodalium paucitatem Lainius non potuit, posse nunc Mercurianus videbatur aucto jam Sociorum numero.

133.

Tum Senatus nomine Colle- Accessit, quod ipse Senatus Lucernensis sub id temporis de conservanda Religione sollicitus, cum prudenter judicasset, plurimum ad hoc rectam juventutis educationem conferre, de advocanda Societate cogitaret, cujus quæ pueritiam bonis literis ac moribus instruendi solertia sit, ex fama audierat. Datis itaque Romam literis novum calcar sponte jam currenti Segessero subdidit Magistratus, ut negotium urgeret impensius. Dum interim idem Senatores Nobilem Virum Joannem Ehrenbergum accersunt, qui ex Suevia orfundus, nuper pietatis ergo sedem fixerat ad Celebre Virginis Thavaturgæ Templum, cui ab Eremo Helvetiæ nomen. Sciebant huic familiaritatem intercessisse cum Nostris; Erudiri igitur ab illo de Societatis Instituto expetunt, quod fecit plane ampliter. Quapropter ut primum intellexere, mandatum accepisse Hoffæum à Mercuriano, ut duos e Sociis Lucernam mittat, jamque illos in propinquuo esse; salutatores publicos comitante ipso Ehrenbergio ire jussent obviā, qui advenas in urbem introducerent. Introductis Orator, in Templo Franciscanorum, Reipublicæ nomine exquisitissimis verbis adventum gratulatus, Senatus, urbisque studia largissime addixit. Ædes dein pro habitatione, & Sacellum pro Sacris attributum

134.

Animatus ab Ehrenbergio, est, subdidit Magistratus, ut negotium urgeret impensius. Dum interim idem Senatores Nobilem Virum Joannem Ehrenbergum accersunt, qui ex Suevia orfundus, nuper pietatis ergo sedem fixerat ad Celebre Virginis Thavaturgæ Templum, cui ab Eremo Helvetiæ nomen. Sciebant huic familiaritatem intercessisse cum Nostris; Erudiri igitur ab illo de Societatis Instituto expetunt, quod fecit plane ampliter. Quapropter ut primum intellexere, mandatum accepisse Hoffæum à Mercuriano, ut duos e Sociis Lucernam mittat, jamque illos in propinquuo esse; salutatores publicos comitante ipso Ehrenbergio ire jussent obviā, qui advenas in urbem introducerent. Introductis Orator, in Templo Franciscanorum, Reipublicæ nomine exquisitissimis verbis adventum gratulatus, Senatus, urbisque studia largissime addixit. Ædes dein pro habitatione, & Sacellum pro Sacris attributum

135.

Nostris Leibnizius & Lin- est, Steinius & Linrus honorifice excipiuntur.

est; Cathedra quoque tantisper apud Franciscanos concessa. Qui venerant, Martinus Leubensteinius fuere, ac Vitus Linerus Sacerdotes, cum Joanne Brillifauer Helvetio, Fratre Laico. Tertiō ab ingressu die, qui fuit Magnæ Matri in Cœlum assumptæ sacer, Leubensteinius eloquentia sacrae gustum ultrà quam credi possit, sitienter exceptum è suggestu dedit. Paucis *Hist. Soc. p. III.*
post diebus Linerus erudiendæ pueritiae ludum aperuit tam felici, ille Ora-^{1. 5}tor, hic Magister, auspicio, ut, cum plebi, quo alio nomine vocaremur, haud constaret, Sanctorum doctorumque hominum appellatio diu Socii adhæresceret.

Non æquè lætabiles eventus scribere superveniens novus annus permittit. MDLXXV.

Turbationi initium in Tyroli datum. Licet enim Halæ quietè omnia & salutariter in Collegio agerentur, alius tamen rerum status esse Oeniponti cœpit. Aliquanto jam tempore Ferdinandus Archi-Dux nescio quid alieni affectus adversus Wendelinum Collegii Oenipontani Rectorem nutritiverat in animo, quem demum ultimis, ut supra innuimus, anni elapsi, & primis novè inchoantis diebus prodidit. Petuit à Wendelino, ut ē Sociis unum nominaret, qui posthac Principum Juniorum Andréæ & Caroli in literis addiscendis moderator esset. Suone Archi-Dux id sensu postularit, an aliorum suggestione, id, quod evenit, fore sperantium, dubitatum semper fuit. Wendelinus, ut erat artium, quas mundus callet, vel negligens, vel ignorans, modesto candore, quo erga omnes utebatur, respondit, idoneum tanto munieri, ex iis, qui quidem nunc in Collegio essent, sibi neminem videri, neque, si esset, posse à se quemquam designari, ut stabile in Aula officium gerat: Pendere id ex Præpositi Generalis assensu; scripturum se Romam, & Principis postulata expositurum. Acquiescere perquam clementer huic responso visus est Princeps: Sed adfuere mox concitatores maligni, qui sinistris interpretationibus animum Ferdinandi non mediocriter contra nos extimulârunt: Misso primùm Cancellario acerbitatē repulsæ Wendelino exprobriari jussit, Wendelinum ipsum, qui hactenus Juniorum Principum conscientiam regebat, officio movit, substituto alio, qui ex Societate non erat. Quin, uti Princeps, ita & Philippina Conjunx, pergratum sibi fore disertis verbis enuntiârunt, si nullus ex Aula posthac Jesuitarum operâ quavis in re uteretur. Multos omitto alios offendæ non levis indices & effectus.

Enimvero, qui antea clām infensi nobis fuerant, hac occasione utendum rati, aut etiam, qui non fuerant, Principum tamen genio obsecuti, & gratiam aucupati, vexatione non modica fabricam, scholas, Templum, jura quoque, & ipsa Pontificum Privilegia impugnare sunt exorsi, silentibus, qui Patroni esse nuper visi erant, & ab omni nobiscum commercio abstinentibus. Populus tamen, quem Canisii hoc anno resumptæ in Parochia conciones ad pietatem pro solita viri facundia inflammabant, neutiquam abduci se passus est, quò minus ad peccatorum Confessionem ventitaret, & Sacrosancta Mysteria, etiam tempore Paschali, Curionis permisū in Templo nostro perciperet, majore, quam antehac, numero. Fuere etiam, quamvis pauci, qui, uti Societatis Alumnos non alio respectu, quam Instituti nostri ad Gloriæ Divinæ amplificationem tendentis, amare cœperant, ita humani favoris aut offendæ intuitu non deserendos existimârunt; Inter hos Schvickardus Comes Helfensteinius, & Uxor Maria eminuerunt. Quorum ad Ecclesiam Catholicam redditum prima Historia hujus decade recensuimus. Perrexerunt hactenus optimi Conjuges frequentissimo variæ pietatis exemplo & suam ipsorum virtutem perficere, & ad eandem universæ Nobilitati prælucere. Ut alienari nuper à Nobis cœperunt Principes, aliqui tamē amici persistant.

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. IV.

U 2

absti-

136.
Principum anti-
mus a Collegio
Oenipontano
alienus reddi-
tur.

137.
Aversos Princi-
pes Aula emu-
latur.

138.
Canisio interea
concionante in
Parochia.

139.
Aliqui tamē
amicī persistant.

140.
Inter nos
Schvickardus
Helfensteinius
cum Maria Uxo-

abstineret: Parens ipse Georgius ob eandem causam graviter increpuerat filium, utrinque incassum. Patri reposuit, deberi profecto à se amorem illis, quorum beneficio, ac institutione vitam longè meliorem, ac à patre acceptam.

141.

Malens officio perit, rursus inchoare doctus fuisset. Æquè magnanimus fuit in repudiancedere, quām sociatis operā non uti.

da, qua Ferdinandus Præfecturam Tyroleos obtulerat, conditione, clare protestatus, malle se munere hoc quantumvis honorifico cedere, quām saluti suæ incommodare, cuius securitati Sociorum industriâ, ductuque prospici manifestè suo ipsius profectu cerneret. Vexari exinde Schvwickardus, & variis, quas Aulæ in promptu habent, exagitari molestiis, quarum etiam pars non modica ad Socios perveniebat. Itaque, ut his simul, ac suæ quieti consuleret, re cum Alberto Bojorum Duce transacta, ex Tyroli in Bavaria migrare constituit;

Ante abinum Templo nostro donat Corpus S. Pyrminii.

riam tamen abiret, Templo nostro, quod plurimis hactenus donatiis exornaverat, pretiosissimum sanè thesaurum reliquit, integrum fermè Sancti Pyrminii corpus Meldensium quondam, seu ut aliis lubet, Metensium Episcopi, cuius vitam, sanctitatem, & prodigia Brovverus noster in libro, cui à Sideribus antiquæ Germaniæ nomen dedit, ex vetustis manuscriptis Codicibus eruta typo vulgavit, unà cum nominibus sexdecim Monasteriorum, quorum hic Divus vel Autor vel restitutor fuit. Septena ex his intra solius Bojariæ fines sita enumerat in Metropoli Salisburgensi Hundius.

Conjectura, unde S. Pyrminii Corpus ad Helfensteinios pervenerit.

Quo tempore, modòve Sacra Exuvia ad Helfensteinios pervenerint, necdum mihi satè compertum est. Id liquet ex Molano, Wärmannum Dilingensem, seu, quod idem, Helfensteinium Dynastam, qui usque ad annum millesimo trigesimum quartum vixit, erudito Volumine Pyrminii acta complexum fuisse, pietate erga Divum, ut credi par est, impulsu, postquam à posteris Syntaci potentissimi in Suevia Toparchæ, cui cùm Sancto multa, ut ex ejus gestis constat, necessitudo intercessit, aliquid de Pyrminii Reliquiis ad Agnatos Helfensteinios translatum fuerit. Illud etiam adnotare dignum: Quo tempore defientibus ad Lutherum Bipontinis vastatum fuit Cœnobium Hornbacense, quod, uti Pyrminius postremum condiderat, ita pro sepultura delegit, Georgius Schvwickardi Pater Alsatiæ Bipontinis vicinæ Præfecturam gessit. Quid igitur opinatu probabilius, quām virum eximiè Catholicum curasse, ut Sacra Pyrminii Ossa sibi cederent, concessa dein filio ac nurui ad Orthodoxos reversis. Id certum, legitima Reliquiis Sancti addita fuisse testimonia. Schvwickardus Sacrorum Officium translationem in Templum nostrum, non penitus absque celebritate institui voluit: Tertiâ Nonas Novembris, quo Divi memoria recolitur, ducta est per interiorem Collegii ambitum supplicatio, circumgestatæ Reliquiæ inter accensos comitantium cereos, in summo demum altari repositæ sunt, móxque Collegii Rector ad eandem aram affluente magna populi multitudine Sactosanctum DEO Sacrificium in Divi honorem obtulit. Ex illa die auctus est Sancti Præfus cultus, & videbimus aliquando cum novo Templo, novum etiam Sacellum strui Divi Pyrminii nomine & honoribus, Arâ & Corpore venerandum, aquas etiam Reliquiarum contactu sacratas passim expeti, velut præsens contra venena pharmacum: Jam olim quippe Pyrminii contra virulenta infecta Patrocinium implorari est cœptum, ex quo Iacus Acronii Insula, hodie Augia Divite, ita omne venenatorum vermium genus prodigiòse ejecit, ut in hoc usque tempus ab iis locus, quantumvis udus, immunis maneat. In usu pariter illæ preces erant, quas qui recitarent, nullum in cibo potuive toxicum nocitulum confidebant: *Sanctificet nostram Sanctus Pyrminius escam, Dextera Pyrminij bene dicat popula nostra.*

S. Pyrminii aulicus Oeniponti.

Breviarius l.c.

Paucis post diebus, cùm jam nihil esset, quod Schvwickardum in Tyroli retineret, cum tota Familia discessit, magno totius Provinciae luctu, pauperum præsertim, quorum plurimis benigna semper Comitis utriusque

utriusque subvenerat liberalitas. Locus, quò abiit, Landsperga fuit Bavariæ oppidum, cuius Præfecturam, quām lubens Albertus Dux Helfensteinio dedit, tam is contentus acceptavit, spretis magnificis titulis, & opimis proventibus, dum quietius DEO vacare posset, & salutaria, quæ dudum conceperat, maturare consilia: Ut eluceret nimirum intra pauculos annos Providentia DEI ex discenu Hel- fensteinii.

145.

Ac profectò in Divina Providentia, quoties Societati adversa occurrunt, fiduciam omnem collocandam esse novo exemplo edocti fuimus. Cùm Augustanis ac Dilinganis Sociis ea sunt acta, quibus meliora sperare nonnisi à DEO poteramus. Nihil quidem optatius futurum erat Gregorio Pontifici,

Auguste cassi
adhuc labores
pro Collegio

& Maximiliano Cæsari, quām ut Augustæ Collegium poneretur Societati, neuter tamen pro summa potestate id negotium evincendum esse arbitratus est, quòd maximè Socii ipsi, ut nihil violentè ageretur, rogatassent: Sua-

tionibus itaque per Legatum Pontifex, per Literas Imperator, per Internuntiis Albertus Bavariæ Dux rem ursere quām diligentissimè, sed incassum ómnia: Conditiones posuere adversarii, quas nemo non agnovit, accipi à Nobis neutiquam posse. Dubitare cœperunt Nostris, an haud penitus quie-

scendum tantisper esset, dum ex rerum mutatione capi posset consilium, enimverò subsecuta est mutatio, sed in pejus. Mensis Junii die quarto im-

Morte Egolphi
Episcopi peni-
tūs intercidunt.

matura morte sublatus est Joannes Egolphus, Augustanæ Ecclesiæ Antistes, Ejus laudibus suprà memoratis id Scriptores addunt: Vix adita Episcopali dignitate sollicitum fuisse, ut tanto muneri satisfaceret: Primis mensibus li-

Egolphi Knö-
ringii Laudes.

cet ægrescente jam corpusculo totam Diœcesin obiit, in id maximè inten-

149.
Intermittunt
nostris negotium
de Collegio.

tus, ut subditorum terris noxiā Christianis Hebræorum fæcem, à subditis ip sis, sacrī præfertim hominibus, noxios concubinarum amores proscribe-

150.
Quin de novo
reuantur ob
servatas Leges
Pontificias con-
tra usuras.

ret. Societatis Patrocinium jam olim, suscepere, ac nuper ex eadem unum in euovanda Diœcesi adhibere cœpit; Quo minùs, ut volebat, adhiberet diu-

Hæber. Soc. P. IV.

tius, morbi variii cum vehementi cruciatu, ex contractione nervorum, ac mors deinde intervenierunt. Novis ex casu hoc animis contra Societatem insurrexere illi, quos dudum infenos habuimus. Sed præstare putem, ut cum Socii post Antistitis mortem à causa Collegii urgenda ultrò destiterint,

nostrer etiam calamus molestias, quas perpetui sumus, admodum graves, commemorare tantisper desinat, aliis, quæ interea Sodalibus Augustæ eve-

in hac re occurabant, difficultates, Romam, quid agendum, denuo consuluit. Rescriptum: Carolini census usum planè æquitati adversum esse: Tractari quidem neque in Scholis, neque in Sacra Cathedra oportere hoc argumentum, privatim tamen non relaxanda, uti imperatum jam fuisse, delicta iis, qui huic commercio renuntiare nollent. Haud ex mente Episcopi responsum erat: Usum contrarium nec privatim etiam damnandum esse arbitratus. Enimvero haud receptam quidem pluribus in locis Pii Quinti Sanctionem, licitamque Caroli permissionem, non tam mutationis, quam venditionis & emptionis jure sustineri posse, communis nunc Doctorum Sententia est: Usque dum tamen Theologi in id ac Jurisperiti convenient, vexationes non modicæ in eos Augustanae Diceceos Sacerdotes sunt exercitæ, qui perpeti potius omnia, quam à Pontificiis Decretis abire constituerant. Et quoniam Dilingæ Gaspar Heyvodus noster Theologiz Professor pro Curiaæ Romanæ Edictis non obscurè stabat, Antistitis offensæ non aduersus solum Gasparem, sed cæteros pariter Socios, tam qui Augustæ, quam qui Dilingæ erant, progressa est, unde etiam sexcentos florenos, quos Otho & Egolphus, vicissim annui subsidia, largiti fuerant, dare imposterum renuit, Æris alieni obtenu, quo Episcopi ipsius Ærarium gravaretur. Quanquam Dilingani Augustanos Socios æmulati, quæ place DEO & hominibus digna essent, majori indies solertia prosequerentur.

151. *Quæ vexatio etiam Dilingæno Collegio in- cumbit.*

151. *Utrouique tam men Socii exco- lere pergun- agrum Domini.*

Quæ qualia fuerint, si nosse lubeat, redire juverit, ad ea, quæ sub hujus Decadis ingressum præmisisti, ad quod Summarium, ut crebrius respiciat Lector, rogandus est: Ut fastidium scilicet prævertam, ex continua repetitione eorum, quæ, licet in se magna, ut tunc ostendebam, in singularum tamem Collegiorum Actis ad quemvis annum dicenda occurrerent. Unum haud silentio prætereundum existimem, integrum scilicet familiam apprimè nobilem, Dilingæ multum dissitam evocato ex Nostris uni, expiatis confessione animis, ita se docilem in excipiendis vita ordinandæ legibus præstissem, ut magnâ ubique famâ nunc celebretur tum à Domestici famulitii disciplina, tum à leni gubernatione subditorum.

153. *Ingolstadienses Nostrorum re- ditum exoptant.*

154. *Atque id à Duce Alberto pertinet.*

Agitata est & in Bojaria rerum mutatio, sed, quod ad summam rei sentirent cives nostrorum absentiam, Academici quoque redditum suspirare cœperunt. Causam præbuit Juventæ Academicæ infrequentia nimium quam notabilis, & ejus, quæ remanserat, in studio Philosophico languor. Rostmar. Annal. ac morum insolentia: Rixæ nuper & acris concertatio circitores inter nocturnos, & Scholasticos exorta fuerat, illorum unus imperfectus, horum aliqui vulnerati. Urbis Præfetus, Magistratus, Civitas tota contra Academicos irritata est. Remedium sperabant, si ad antiquam stationem revocata Societas pristino jure modique agendi uti sineretur. Fortè Albertus Anglipolim venationis causa accesserat; adeunt ergo Academæ Senatores Principem, & quam in sententiam convenerint, ingenuè expoununt. Grata fuerunt Alberto hæc postulata: Sic enim fore divinaverat, atque ut fieret, optarat; Protinus Hoffæum, qui per nuperas Quadragesimæ hebdomades Monachii in Aula concionatus, obeundæ Provinciae in itinere erat, Anglipolin accersit, monéisque, ut de reducendis illicò Sociis cum Consiliariis agat. Neutiquam ab hoc alienus fuit Hoffæus, sed utraque ex parte deliberatu opus erat, ut in conditiones, quibus durabilis concordia inhæsura videretur, convenirent, & antrius jam ad Septembrem processeret. Cum alia quoque causa pactiones in annum sequentem differendi intervenit. Comitia Maximilianus Imperator Ratisbonam indixerat, in quibus Rudolphum filium Romanorum Regem, atque in

155. *Negotium diffe- rendi necessitas ob Comitia Ra- tisbonæ.*

Imperio

Imperio Successorem creandum curaret. Eò Albertus quóque Princeps descendit, unáque Hoffæum ire voluit; Ratisbonæ jam Theodorus Peltanus è nostra Provincia, Franciscus Antonius Hispanus, cum Avellaneda itidem Hispano morabantur, à variis Principibus in comitatum assumpti, an & in omen ponendi illuc aliquando Collegii à Hoffæus hebdomadis aliquot detentus est, donec nimirum Rudolpho Corona Romanorum Regia imponeretur, atque interea in Templo vetustissimi ac celeberrimi Benedictinorum Monasterii ad Sanctum Emmeramum conciones habuit, quibus primi Germaniæ Principes, procerésque adesse magno numero consueverant. Dum ita reditus Philosophiæ in Scholas Ingolstadienses procrastinatur, novi adventant Theologi, Gregorius de Valentia, & Lucas Pinellus, Successores dati Hieronymo Torrensi, & Julio Priscianensi, Dilingam missis, ut ibi quoque Theologicæ Cathedræ præsiderent. Magnæ Hieronymo æque ac Julio dicuntur laudes, non à Philippo tantum Alegambe nostro, sed à Rotmalo etiam in Annalibus Ingolstadiensibus, cui Priscianensis Germanam versans Italo sub pectori mentem describitur. Utriusque memoria redibit, cùm ad eorum mortem devenerimus, quæ Julio quidem Dilingæ, Hieronymo Monachii obtigit. Gregorius de Valentia Methylmnæ campi natus in utero adhuc materno latens, ferè consimili omne, quo Divus Dominicus, genitricem implevit. Catulum hæc sibi gestare visa est, cujus per frequentes latratus audiret, signum videlicet, quæm vigili semper calamo & lingua insidiante gregi Catholico lupos allatratus olim, & procul depulsurus esset. Necdum Sacerdos, Romam à Sancto Francisco Borghia accersitus, Philosophiam exposuit. Petiit eum dein sibi concedi Provincia Francica, petiit Nostra, & evicit. Dilingæ primū, uno duntaxat, sedecim deinde annis Ingolstadii Theologiam in Academia explicavit, octo aliis intra domesticos parietes nostrorum Studiis præfuit, editis interīm compluribus, adversus hæreticos potissimum, voluminibus. Ingraveſcente senio Romam revocatus, inde Neapolim missus, cùm & ibi studiorum domesticorum Moderatorem ageret, anno ætatis sexagesimo tertio, tertio item ſeculi decimi septimi ē vivis diſcessit; Lucas Pinellus Italus, teste eodem Rotmalo, cùm binis intra biennium publicis Disputationibus, tempore vulgatis, egregiæ eruditioñis specimen inſigne edidisset, magnam à Doctrina famam consecutus, ad Cathedram Theologicam Muſſipontum expertus fuit. Ubi celeberrimæ Disputationi Academicæ præfuit, Gregorio Pontifici Maximo dedicata, in qua, nescio, an unquam Theses disceptationi præpositæ illustrem magis propugnatorem habuerint: Fuit enim Carolus Ducis Lotharingiæ Filius, Elisabethæ, quam Maximilianus Elector Bavariæ Conjugem habuit, proximus cognatione junctus, & Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Pinellus subinde à Scholis ad varia Collegia gubernanda translatus, dēmum quadriennio pōst in eodem Collegio, in quo Valentia, deceſſit ad capienda virtutum præmia, quas multis piis opusculis, in lucem editis, alios docuit, in ſeipſo excoluit. Ex Rotmalo habemus, primos fuiffe hos duos Patres, qui primo statim adventū ſui anno eceperint Theologiam tradere juxta methodum Summae à Doctore Angeli co concinnatæ, quem ordinem nunc in universis Societatis noſtræ Academiis ſervari cernimus. Non minore fervore Aristotelica Philosophia tradebatur Monachii, ubi iſ literas discere cupientium numerus jam erat, ut quæm multos propter Scholarum angustias differe cogeremus, usquedum novi Gymnasti fabrica ſinet acciperet: Laboribus cæteris acceſſerunt excursions in vicinos pagos, ut nullus pænæ dies Dominicus, aut Divorum cultui ſacratus efflueret, quo non quini, Parochis flagitantibus, illorum absentiam aut & vicee concionando & Catechesi explicanda obirent. Quæſtus

156.
Gregorius de
Valentia, & Lu-
cas Pinellus ve-
niunt Ingolſta-
diam.
Alegambe Bi-
blioth. Script.
Soc.
Rotmar. Annal.

157.
Gregorii de Va-
lentia Laudes.

158.
Lucas Pinellus
Ingolſtadii,
Muſſiponti, ali-
bi celebriſ.

159.
Theologia tradi-
cœpta juxta
Summam Sancti
Thomæ.

160.
Monachii mul-
animo- tplex fructus.

animorum insignis relatus est ex aliquibus, qui vel proprio chirographo Doemoni sese manciparant: Is crudeli, ut solet, dominatu, jam, ut laqueo sibi gulam frangerent, jam, ut in aquas se precipitarent, miseris adigere conatus est: Viam ostendimus, qua rursus in libertatem filiorum

161.

Duellum inter
Viros Nobiles
impeditum.

DEI evaderent: Duo viri genere & officio nobiles ita in mutuum exarcent odium, ut missa invicem codicillo ad duellum condicto loco, & hora sese provocarent; Saluti fuit, quod uterque Nostro aliquo familiariter uteretur: Is indicio de hac re sibi facto, confessim ad unum ex his provolat, indeque mox ad alterum, idque efficit, de quo omnes alii jam desperaverant, nempe ut sedata odiorum acerbitate, in pacem primum, quin & amicitiam convenienter, quæ, stupente Monachio, uti arctissime coaluit, ita nexus indissolubili fuit perpetuata. Monialis fuit, quam nefarius amator eò pellecerat, ut deserto Monasterio execrabilis cum coenuptias celebrarit. Incubuit paulò post in Sacilegii autorem Divina ultiō: Ob furtum comprehensus in furcam est actus: Amatrix timens, ne & ipsa DEUM hominésque vindices experiretur, flagitiū pœnitens, antequam id palam fieret, ad Nostrum accurrit, & consilium anxiè flagitat: Primum fuit, ut omnia prioris vitæ errata confessione expiat, tum perfecit Confessarius, ut, quā serio ardeatérque ad suum asceterium redire ipsa cupiebat, tam clementer benignèque reciperetur.

MDLXXVI. Incrementa novorum fructuum, quia & laborum, novus annus dedit, isque Jubilæus, qui cum nuperrimè in urbe Romana maximo populum

163. Monachii Jubilæum. ex universa Europa concursu exactus fuisset, Albertus Bojariz Princeps, & filius Ernestus Fisingensium Antistes à Summo Pontifice submissis literis, hic suæ Diocesis, ille genti Boorum universæ Jubilæum quoque indulgenç flagitarunt, à quo etiam facile impetrarunt. Hujus concessione Promulgatio, cum Monachii de Suggestu, juxta, & affixis ad Templorum val-

164.

Facultates pro Jubilæo Nostris concessæ. fuisse, mirum, quanto favores Divinos, ex Ecclesiæ Thesauro oblatos consequendi studio populus æstuârit, præsertim, postquam Ernestus circummissis per omnem viciniam Sociis amplissimo concessu, & Tabulis protestat, tum Curiones in suis quosque Curiis omni, qua possent opera sublevandi, tum Jurisdictionem, quantum & Jubilæi Bulla permetteret, & Episcopus ipse haberet, per omnem Fisingensi Infulæ subjectam Provinciam exercendi. Gratissima passim evénit Parochis Nigstrorum industria, sive, cum ad eos fieret excursio, sive, cum ipsis ad Collegium à multis saepè militariibus occurrencest, confilia, & ambiguitatum solutiones acciperent. Albertus Ernestusque utendum calore hoc opinati, Decretum vulga-

Degretum contra Matrimonia clandestina promulgatum. ri jussérunt, quo Tridentina Synodus irrita pronuntiavit matrimonia clandestina. Obtemperatum est huic præcepto, populo non obstante, Nobilitate haud refragante, Clero etiam exoptante. Ut proinde conjugali thoro perquam frequenter aut reducta, aut inducta sua Sanctitas, in hunc usque diem conservata fuerit. Trimestre integrum Sacrae huic negotiationi concessum fuit, intra quod mensis unius, quem sibi quisque commodum haberet, dies quindecim continuos deligeret, ad exereenda, quæ lucrandis Indulgentiis præscripta erant, pietatis opera. Mensa ex tribus ultimo quartæ Supplicationes ad totidem urbis Templa fuerunt institutæ, cum priorib; jam hebdomadis ex propinquis pagis cerebra; admodum ac numerosa rusticæ plebis agmina, pendulis è collo Marianis Rosariis, composito ordine Sacras Monachii Aedes obiissent. Ernestus Præfus non satis habuit Confessionis, atque Eucharistia Sacraenta percepisse, verum insuper, quatuor, publica in Jubilæo pietas.

166.

Ernesti Præfus quas dixi, sacras circuitiones, vestibus Pontificiis, Redoque ac Tigræ spectabilis comitatus est. Notabilis apud permultos fecuta est vita conversio. Restituti

stituti compluribus in locis, qui sat diu jam desiti fuerant, veteres Ecclesiarum, exulti palam libri haeretici, concubinæ domibus, quas foedè profanaverant, ejecit. Quin & haereses ejuratæ nostro impulsore à compluribus; ex his Sacerdos fuit eo recordæ prolapsus, ut turpis lucri gratiâ turpis doctrinæ ex Cathedra disseminandæ turpiori ministerio aliquammultis annis venalem buccam addicere non erubuerit. Egregia quoque hoc ipso trimestri Guilielmus Alberti Filius, Renata Guilielmi Conjunx Religionis prodiderunt exempla in urbe, quam habitabant, Landishutana. Hos, aulam, populum, evocatus Ingolstadio Collegii Rector Joannes Rabensteinius solita dictiorum vi ad castigatam vivendi normam incenderat. Guilielmus ipse, uti & Conjunx de noxis à tota hactenus vita commissis reos se stiterunt Rabensteinio: Statis trium, quos dixi, mensium diebus Dux maritus quidem duodenis pauperibus, senis marita ad prandium vocatis, ipsi summa demissione inferebant cibos, ipsi ministrabant ad mensam, ac satiatos liberali etiam stipe impertierunt. Pios ad Tempa circuitus stipabat Princeps aperto semper capite, & ardentem candelam manu præferens, Renata vero sub idem tempus ad locum Deiparæ Sacrum multis milliaribus Landishuta distantem pedestri semper ac perdifficili itinere peregrinationem confecit. Longior profectio in Galliam ineunda fuit Guilielmo; quippe, cum Carolus nonus Franciæ Rex præmaturo ante biennium fato sublatus fuisset, relicta vidua Elisabetha, Maximiliani Cæsaris Filia, cuius vitam religiosissimam alii in publicam emiserunt lucem, ad parentes se redituram negavit, ni prius scripto pollicerentur, nunquam se adacturos guatam, ut ulli hominum nuberet, soli imposterum DEO Annæ Solymææ exemplo in orationibus & obsecrationibus deservitutam. Quod cum præstitissent, rogatu Cæsaris Guilielmus Parisios abiit, ac Elisabetham Monachium, indéque Pragam ad patrem reduxit: In itinere periculo affatim, quod regnum omne bellis scinderetur, & Hugonottæ cœstro ulciscendæ famosæ Noctis Bartholomæanæ furerent, adesse sibi voluit Guilielmus Dominicum Menginum Collegii Monacensis Rectorem, virum sagacem & linguae Gallicæ peritum. Ivit, non tantum, ut Principis interpres, verum etiam tanquam pro DEO legatione fungens, piis adhortationibus interjungens itinera, & jus persæpe dicens pro Sacro tribunal. Abiit extra Bojariam Albertus quoque, ad Thermas videlicet Göppingenses in Wirtembergia: Ubi idem fuit, qui domi, publicus Numinis cultor ritu Catholicæ, & pompa magnifica. Severissime suis interdixerat, ne cum indigenis de fidei controversiis sermones miscerent, prudenter, veritus non tumultus solummodo, qui enasci possent, sed rudiorum etiam perversionem, dubiis, quæ ipsi solvere nequirent, facile in propensionem ad neganda, quæ vera essent, degeneraturis. Quæ ipsa causa fuit, cur, sub poena ejectionis ex ministerio prohibuerit, ne quisquam ex aula Sectariorum conciones adiret. Edixerant vicissim incolis præcones cum Templorum, tum Magistratum, ne ad Papistarum, ut loqui amant, idolatriam accederent, sed frustra: Res divina Dominicis diebus ac festis habebatur sub amplio tentorio, reductis hinc illinc ampliando latius prospectui cortinis. Cantatum augustis cæmoniis Missæ Sacrificium, adhibita Symphonia, adhibita & concio, in qua etsi noster acriori haereseon incessione, ac disputationis specie abstineret, eos tamen Religionis articulos, à quibus vel maximè Heterodoxi abhorrent, tam solidè clareque explicavit, stabilitaque, ut vel idiotæ, quam debilis eorumdem, aut malitiosa esset impugnatio, possent agnosceræ. Invenere, etiam per excubias, ad hæc sacra penetrandi viam haud pauci, tum, qui Catholicæ residui erant, Mariana, ut dignoscerentur, præferentes Rosaria, tum etiam Lutherani, quos curiositas, & quidem, modò vellent, futura utilis attraxerat. Orthodoxi Sacramentorum usu, consiliis, responsis

ad dubia, novisque hortatibus corroborati, Heterodoxi de suarum doctrinæ rum novitate saltem ambigere sunt docti, ut conjectura sit, fuisse permissos aliquos, qui DEUM sibi & Ecclesiam reconciliarent. Certè cum veneratione adfuerunt rei Divinæ, mirantesque tum majestatem, tum ornatus splendorem, queribundi fatebantur, nihil se tale cernere in suis Tempis, nihil audire à suis concionatoribus, præter declamationes contra ceremonias, ædes, personas sacras, & Instituta sacra, tam obtræctationibus

172. Albertus in Comitiis Ratisbonensibus plenas, quām robore & argumentis ad firmando dicta enerves. Redux à Thermis Princeps Ratisbonam evocatur, ubi Comitia servebant, magno

Adiutor. Primorum Imperii Ordinum Conventu, præsente ipso Cæsare Maximiliano ac Rudolpho Filio, qui, ut Rex Romanorum, Patri Successor eligeretur, superioris anni comitiis à Cæsare propositus, ab Imperio receptus fuerat.

173. Avtonomia permissionem impedit. Hoc anno nihil non egerunt Protestantici ut Avtonomia, sic appellabant quamlibet Religionis formam amplectendi libertatem, omnibus Imperii incolis, sacrī non minis, quām profanis permetteretur. Irreligioso postulato adversati sunt Orthodoxi Principes, ac effecere tandem, ut obturamentum poneretur tam pestilentis licentiae fonti. Plurimum ad hoc valuit Alberti Bojorum Dicis constantia, non modicè etiam consilia, & hortationes Petri Canisii, quem Cardinalis Moronus ad eadem Comitia Pontificis jussu Legatus, cùm Oeniponto transiret, secum adduxit. Conventui finem impo- sit mors Imperatoris Maximiliani, quem intolerabiles calculi dolores pridie Idus Novembres Ratisbonæ confecerunt.

174. Maximiliani Secundi Imperatoris mors. Iterant h̄c figmenta Novatores eadem, quæ de Carolo Quinto sparfa- explosaque exposuimus, abiisse videlicet Maximilianum ad æternitatem no- gumenta, quæ Maximilianum de Fide suspe- ctim faciunt.

Erdmannus. Refelluntur ar- gumenta, quæ Maximilianum de Fide suspe- ctim faciunt. *Hübnerus.* Itinerant h̄c figmenta Novatores eadem, quæ de Carolo Quinto sparfa- explosaque exposuimus, abiisse videlicet Maximilianum ad æternitatem no- vo tramite, quem Lutherus revulsis diuturnæ ignorantiae, & abusuum senticetis denuo meabilem fecerit. Quin est, qui scribere sit ausus, forte futurum fuisse, ut ante mortem quoque Cæsar ad Protestanticam Religio- nem transiisset, si viam modumque id exequendi nactus esset. Videamus

175. Refelluntur ar- gumenta, quæ Maximilianum de Fide suspe- ctim faciunt. *Erdmannus.* Refelluntur argu- menta, quæ Maximilianum de Fide suspe- ctim faciunt. *Hübnerus.* Itinerant h̄c figmenta Novatores eadem, quæ de Carolo Quinto sparfa- explosaque exposuimus, abiisse videlicet Maximilianum ad æternitatem no- vo tramite, quem Lutherus revulsis diuturnæ ignorantiae, & abusuum senticetis denuo meabilem fecerit. Quin est, qui scribere sit ausus, forte futurum fuisse, ut ante mortem quoque Cæsar ad Protestanticam Religio- nem transiisset, si viam modumque id exequendi nactus esset. Videamus

quo ex tripoide hanc divinationem hauserit: Maximilianus, inquit, Ferdinandus Patre adhuc vivo Concionatorem Luthericum Sebastianum Faustum aliquanto tempore in Aula habuit, ast in qda? suâne an Patris? equi- dem id vitio datum fuisse patri, haud ignoro. Sed novimus pariter uni- versi, neminem Catholice Religionis conservandæ, extirpandi hæreti- Cæsare Ferdinando fuisse magis studiosum: Novimus, primis temporibꝫ quieis Lutherus Ecclesiæ causam specioso illius etiowandæ prætextu prævaricatus est, multos in aulas, cathedras, scholas, lupos penetrasse, ovium pellibus induitos. Quid autem prohibuit Maximilianum, cùm imperio jam summâ potestate præsideret, quò minus concionatores deligeret, qui sibi arriderent? de legit Catholicos. At nempe cùm ad extrema ventum, ru- ptis aut metis, aut yerecundia repagulis, absque simulatione Lutheranum se professus est; quippe Neustadiensem Episcopum, à quo ad mortem compararetur, prius non admisit, quām is promitteret, de nullo alio se cum ipso locuturum, quām de Servatoris nostri meritis. Quantum fidei nar- ratio hæc mereatur, post videbimus; Antiquior hoc narratore, ejusdem ta-

Tob. Wagner in Inserr. ad Hist. mén cum ipso Sectæ Scriptor aliter omnino memorat: Sciscitatum videlicet Neustadianum esse ex Maximiliano, morine vellet in Fide Christi? in hac fanè, non alia, respondisse Cæarem: Indè quām putidè argutatis, Luthero adhæsisse? dum spirant Romano Catholicî, voce, nutu, omni, quo poter- runt, signo, in fide Christi vivere se, ac mori velle contestabuntur. Haud

176. Argumentum tertium. *Erdmannus.* negârim, quod subdit hic Autor: Usūm Calicis in Sacra Communione à Maxi- miliano fuisse permissum subditis, sed, cùm addit, impletasse hoc illum à Pontifice, an non hoc ipso fatetur; agnita fuisse Cæsari Sacra Pontificis jura? num enim Lutherici, quid agere sibi, quid omittere liceat, Romam con- fulupt?

179.
Argumentum
quartum.

180.
Argumentum
quintum.

181.
Argumentum
sextum.

182.
Cur Maximilia-
nus nonnulla in-
dulserit Luthe-
ranis.

Pallav. Conc.
Trid.

Brierius in
Ann. Mundi.
183.
Ipse interim Ca-
tholicus,

Foresi.
Merger Hist.
Salzburg.

Hist. Soc. P. III.
& IV.

Archiv. Coll.
August.

Alegambe Hist.
Soc. P. IV. L. 4.

184.
Franciscum An-
tonium Jesui-
tam in Aula ha-
bet.

salunt? petierit sanè , quod ibidem asseritur , liceret Sacerdotibus vivere conjugatis , at cùm negasset Pontifex , an Maximilianus haud acquievit? an contrà agi , non dico , jussit , sed indulxit? Olomucensi Antistiti affirmavit nullum peccatum gravius esse , neque ullam tyrannidem graviorem , quām conscientiis velle dominari. Trahatur hoc dictum ad defendendam Avto-nomiae permissionem: Num , qui sic opinatur , inter transfugas à Fide Orthodoxa proscribitur? Biblia Sacra in Hispamicam linguam transposita dono accepit à Friderico Tertio Electore Palatino , quæ benignè accepta se lectorum pollicitus est. Quid in hoc Lutherum olet? quis enim ignorat , Bibliorum lectionem viris prudentiâ & eruditione conspicuis , inter quos sanè Maximilianus , in Ecclesia Catholica vetitam non esse? En! quām creperæ substrictiones , quibus suos de Maximiliani Lutheranismo narratus inædificant. Pacem amabat in Imperio , de Hungaria contra Turcas conservanda sollicitus , hinc Imperii Principes , quos Religioris dissidia inter se , & cum Imperatore potuissent committere , in concordia retineri posse autumabat , si ad Protestantium postulata in nonnullis conniveret ; an satis provide , temporis eventus , & consecutæ non diu pòst ingentium bellorum præviæ turbæ , tum bella ipsa ostendunt. Quòd varias pietatis exercitationes à diversis in Ecclesia Catholica usurpari solita neque ipse usurpârit , neque ab aliis profane exerceri petierit , cùm arbitrariæ duntaxat sint , neque ullo Ecclesiæ præcepto imperatæ , neutquam evincunt , Maximilianum à sancte jurata Francofurti cùm Rex Romanorum eligeretur , Fide Romanâ Catholicâ , jurato erga Sedem Pontificiam obsequio defecisse. Atque hinc est , quod Historicorum quispiam , quem nemo partium Austriacarum studio laborâsse arguet , de Maximiliani morte agens , cùm dixisset , pacis amantiorem , ac mitiorem fuisse , quām tempora illa postulâssent , ita pergit: Ipse sibi Religiosissimus , aliis non satis , cùm Protestantibus multa neganda concederit. Hæc si ambiguè in Cæsaristaudem dictæ videbuntur , lucem addent Scriptores alii , iisque Orthodoxi , nequaquam tum alia Imperatoris decora , tum imprimis Religionem cultumque Numinis prædicaturi , si quid in eo adversantium opinionum fuligine in fuscatum apparuisset. Erga Societatem certè nostram longè alias fuit , quām Acatholici esse consueverunt , quorum prima ubique odia in Jesuitas exardescunt , laborantque , ut vel nulla sede recipiatur Societas , vel , ubi recepta jam est , denuò ejiciatur. Ut sileam , quæ pro Viennensi & Pragensi Collegio Maximilianus egerit , in memoriam revoco , quæ ad Augustanos anno primùm superiore scripserit , disertè contestatus , nihil se magis optare , quām ut Societati Collegium Augustæ condatur. Quid? quòd ad ultima Ratisbonæ Comitia , quibus immortuus est , non modò passus æquo animo fuerit à Cardinali Morono Canisium , ab Oratore Hispano Marchione Almazano Didacum Avellanedam adduci , verùm ipse etiam Franciscum Antonium nostrum sibi cum cætera Aula Ratisbonam comitari , ibique , dum Conventus duraret , persistere voluerit. Satè utique fuisset dissimulandis , quæ in pectore fovebat , Lutheri dogmatis , Societatem apertè non persecui , cùm ejus ulteriores progressus absque strepitu evertendi mille modi suppeterent : Quid opus ergo promovere Sociorum causas , quos , si Luthericus fuerat , nosse utique perpetuos Lutheri impugnatores , atque adeò aversari & eradicatione ire debuerat. Jam verò , cùm urgentibus saltem in extremo agone conscientiæ stimulis declaravit , nihil se , nisi de meritis Christi audire velle , ex ea videlicet causa (prout memorati Haruspices innuere videntur ,) quòd cætera omnia adjumenta per quæ Pontificii & morientibus & mortuis Christi merita applicari docent , Cæsar cum Lutheranis reliquis inania commenta esse judicabit , ac nescio quid superstitionis , & idololatrici , obsequi profectò eousque huic stimulationi oportuisset ac vetare , ne sibi defuncto exequiæ haberentur ritu

185. Pontificio, quem ritum permulta semper, in Imperatoriis præsertim funeribus, Sacrificia, id est, multiplex, ut blaterant, idolatria, comitari solent. Mortuus ex igne purgatorio ap- parentis filii o- peam petit. Sed en! quid contrà evenerit? Maria Cæsaris Caroli Filia, Cæsaris Rudolfi Mater, Cæsaris Maximiliani Conjunx omnibus virtutum ornamentiis veneranda, certam pecuniæ summam destinaverat legendo in mariti nuper sui levamentum quot mensibus sacrificio: Profecta est subinde cum duobus Filiis Alberto ac Wenceslao, & Margaretha Eilia in Hispaniam, vitamque ibi pientissimè traduxit, atque etiam Imperiale, quod vocant, Societatis Collegium fundavit. Verùm in Germania, nescio quo neglectu intermissum aliquamdiu fuit Sacrum Piaculare pro Maximiliano. Spectandum is se præbuit Margarethæ Filie, Divi Francisci Ordinem amplexæ, rogavitque, ut matrem de continuando, quod decrevisset, subsidio admoneret, quo facto, rursum spectabilis parens plurimas

P. Gass. Gynæc. natæ gratias egit. Scio, ridebunt hæc ceu anilem Papistarum fabulam Aca- tholici, quanquam multi gravésque authores factum id contestentur. Par licentia ridebimus & nos ceu inane figmentum, quidquid de Maximiliani cum Neustadiensi Episcopo sermone garriunt: Frustra major ipsorum Scriptoribus quam Nostris autoritas asseritur: Præsertim, cùm verba ab uno aliter, quam ab altero referantur, ac non nisi violenta interpretatione ad sensum detorqueantur Luthericum, ut nimirum unà Cæsarem quoque ex Navicula Petri ad myoparonem suum velut remulco attrahant; Ex Historia Concilii Tridentini quam parùm confici queat, ipsimet, credo, Adversarii agnoscunt, nec enim hæc pro se utuntur, etsi variæ illic variorum literæ de Maximiliano afferantur; Nempe, quia iidem, qui initio metum Pontifici de Maximiliani Religione ingesserant, de saniore postea illius mente, ita tum Romanam Curiam, tum Synodus Tridentinam certam reddiderunt, ut cùm is Romanorum Rex electus fuisset, Patres in Concilio Tridentino hanc electionem publicis sacrorum gaudiorum solenniis celebrârint, & Pius Pontifex Quartus consuetis ritibus ceu legitimam confirmârit. Quidquid pravæ persuasionis adhuc juveni inspersum fuit, non voluntatis sed judicii errore adhæsse, pas- sim, qui eum noverant, judicârunt. Unde celeberrimus nostra ætate Scri- ptor, extraneæ vir gentis, quæ Austriacis nihil se debere profitetur, testatur: Maximilianum, licet initio quandam ad opiniones Protestantibus favorabiles propensionem habuerit, postea tamen gradum revocâsse, etiam patre jam mortuo, in id unicè intentum, ut collisionibus inter Catholicos & Protestan- tes Imperii Principes medium se ac Pacificatorem interponeret. Appamia- rum quoque Episcopus ex eadē gente, postquam dixerat, Maximilianum Lutheranas nonnunquam conciones audisse, quas tamen mox, meliora am- plexus consilia, sincera mente repudiârit, subdit quidem, nonnulla Cæsarem Protestanticis, spe illos Ecclesiæ recuperandi, & firmandæ concordia permis- surum fuisse, nisi Pius Quintus Pontifex, nihil vanæ spei dandum longo usū edoctus, cogitata hæc quæ hortamine, quæ minis, partim retardâset, partim labefactâset. Verùm ubi ad mortem recensendam devenit, ita lo- quitur: Princeps ab omnibus multùm laudatus, ac præcipue de pacis, ac tranquillitatis studio, quo factum, ut multa Protestantibus, quæ ad se firmados trahebant, indulserit, quamvis semper ipse, à suscepto Imperio, constans in Religione Catholica perstiterit. Quod si alii quidam exteri dubiam ejus famam reliquere, inde provenisse credamus, quod in Germania Actis minùs versati, contentique sua compendia ex aliquot duntaxat Histo- ricis consuere, moram, modumque non habuerint, vel tempora posteriora à prioribus, vel dubia à certis, vel scribentium denique synceritatem ab affe- ctu aut vafricie discernendi. Liquet tamen ex his narrationibus, quam lubrica res sit erga factiosorum postulata facilem esse: Plerumque enim eos, qui illorum audentiæ non obstant, à partibus suis stare & ipsi jactitant, &

186.

Ex Historia Con- cil. Trid. nihil efficitur contra Maximilianum Pallav. Concil Trident. p. 3. c. 14. & L 22. c. 6. n. 15. Petri ad myoparonem suum velut remulco attrahant; Ex Historia Concilii Tridentini quam parùm confici queat, ipsimet, credo, Adversarii agnoscunt, nec enim hæc pro se utuntur, etsi variæ illic variorum literæ de Maximiliano afferantur; Nempe, quia iidem, qui initio metum Pontifici de Maximiliani Religione ingesserant, de saniore postea illius mente, ita tum Romanam Curiam, tum Synodus Tridentinam certam reddiderunt, ut cùm is Romanorum Rex electus fuisset, Patres in Concilio Tridentino hanc electionem publicis sacrorum gaudiorum solenniis celebrârint, & Pius Pontifex Quartus consuetis ritibus ceu legitimam confirmârit. Quidquid pravæ persuasionis adhuc juveni inspersum fuit, non voluntatis sed judicii errore adhæsse, pas- sim, qui eum noverant, judicârunt. Unde celeberrimus nostra ætate Scri- ptor, extraneæ vir gentis, quæ Austriacis nihil se debere profitetur, testatur: Maximilianum, licet initio quandam ad opiniones Protestantibus favorabiles propensionem habuerit, postea tamen gradum revocâsse, etiam patre jam mortuo, in id unicè intentum, ut collisionibus inter Catholicos & Protestan- tes Imperii Principes medium se ac Pacificatorem interponeret. Appamia- rum quoque Episcopus ex eadē gente, postquam dixerat, Maximilianum Lutheranas nonnunquam conciones audisse, quas tamen mox, meliora am- plexus consilia, sincera mente repudiârit, subdit quidem, nonnulla Cæsarem Protestanticis, spe illos Ecclesiæ recuperandi, & firmandæ concordia permis- surum fuisse, nisi Pius Quintus Pontifex, nihil vanæ spei dandum longo usū edoctus, cogitata hæc quæ hortamine, quæ minis, partim retardâset, partim labefactâset. Verùm ubi ad mortem recensendam devenit, ita lo- quitur: Princeps ab omnibus multùm laudatus, ac præcipue de pacis, ac tranquillitatis studio, quo factum, ut multa Protestantibus, quæ ad se firmados trahebant, indulserit, quamvis semper ipse, à suscepto Imperio,

Morarius. Spon- dan. ann. 1564. cc. 62. 72.

187.

Turcellini Epi- tom. constans in Religione Catholica perstiterit. Quod si alii quidam exteri dubiam ejus famam reliquere, inde provenisse credamus, quod in Germania Actis minùs versati, contentique sua compendia ex aliquot duntaxat Histo- ricis consuere, moram, modumque non habuerint, vel tempora posteriora à prioribus, vel dubia à certis, vel scribentium denique synceritatem ab affe- ctu aut vafricie discernendi. Liquet tamen ex his narrationibus, quam lubrica res sit erga factiosorum postulata facilem esse: Plerumque enim eos, qui illorum audentiæ non obstant, à partibus suis stare & ipsi jactitant, & alii

alii suspicantur. Nos, ut veritati simul & grati animi officio litaremus, calatum sociandum illis putavimus, qui minimè posthumis calumnijs vulgari patiuntur, à Maximiliano interruptum fuisse perpetuum illud, atque in Germania singulare decus Augustissimæ Austriorum Familijæ, quod nemo ullus ex ea fuerit, quem suos hæresis in fastos ex vero referre possit. Quin posthumas longè magis Provincia peculiariter nostra Maximiliano grates debet, quod non modo, quoad viveret, Collegii Augustani fundationem velut suum negotium, haud quaquam inter ultima tractandum, suscepit, verum etiam probabile omnino argumentum reliquerit credendi, affectum erga Societatem, & clementiam, quam Maximilianus à Patre accepit, ab eodem etiam Rudolpho Filio fuisse instillatam. Vix Imperii gubernacula capessiverat Rudolphus, cum primis post diebus ad eum Franciscus Antonius noster accessit, rogavitque, ut Societatem sibi commendatam, neque obrectatoribus fidem habere vellet; Reposuit Cæsar: Societatem sibi in intimo cordis esse: Tutelam se huic impensurum fortiter constantérque, et si Patronus nemo, nemo rogator accederet. Quod benignè spospondit, prolixè implevit, perpetuus noster defensor & amplificator, tum prætens in Germania, tuin Romæ etiam per literas Legatosque in Aula Pontificia.

Interea Monachii absolutionem facta est structura Gymnasi. Amplum est ædificium, solidumque, ex lapide coctili: In sena dispergitur auditoria, quorum singula magnam recipiant discentium multitudinem. Multo majorem, imò universos discipulos, qui non semel ultra millenos numerati, admittit Aula, quæ auditoriis imposita, Templi non modici latitudinem simul ac altitudinem exæquat, longa pedes centum quinquaginta sex, lata septuaginta duos. Ara illic perelegans, & suggestus: Ex hoc diebus Dominicis concio, ad illam quotidie Sacrum, cæteraque res Divina ritu celebratibus quibusque proprio, antemeridianis non minùs, quam postmeridianis temporibus habetur: Ibi spectacula, ibi declamationes instituuntur, & exercitamenta cætera literaria. Placuit non absque apparatu sancto Aulam hanc, scholásque perpetuo deinceps usui patefacere, ut palam juxta fieret, Musas, quæ hic laboraturæ sint, DEI inprimis gloriae, & Religionis incremento publico servituras esse. Itaque Sacrosanctum Missæ Sacrificium, accinentibus ex Aula Principum Musicis, solenni ritu celebratum fuit, cui Ernestus Episcopus Patris Ratisbonæ absentes personam repræsentans adstitit. Dicta huic salutatio, dictum ab juvenum nobilissimo carmen Eucharisticum, tum introducti in Scholas discipuli, quorum ducenti festo Magnæ Matris in Cœlum assumptæ die primam in Aula Gymnasi Sacram Synaxin habuerunt. Nacti sumus & alium discipulum interiore scientiâ perpolendum. Turca fuit, adolescens nobili inter suos loco genitus, captus in Hungaria Monachium, nescio, quo fato, felici profecto, in Aulam Principum pervenit, ibique ferreis in compedibus servitutem serviit. Flagrare cœpit Baptismi desiderio & efflagitare ardenter; Erudiendum nobis dedit Albertus, tenuitque biennium integrum hæc disciplina, quod per omnia probè periclitandus esse videretur Saraceni animus; Ubi constare sibi, dignusque admitti judicatus fuit ad explenda vota sua, quæ indies acriora ostendebat, pomparam huic actui addendam rati Principes Ernestus ac Ferdinandus nobilium coronâ stipati juvenem ad Divæ Virginis Ædem deduxerunt. Ad Templi valvas adhibiti sunt exorcismi, quos Ecclesia Catechumenis adhiberi jubet, demptæ subin compedes, quæ captivum hactenus adstrinxerant, deductus ad interiora Catechumenus, atque in edito constitutus est pegmate, ut ab omnibus, qui plurimi accurrerant, cerni posset: Ibi cum rursus à nostro Sacerdote linanteo de præcipuis Orthodoxæ Fidei capitibus interrogatus, scitè ad singula respondisset, tum demum idem Sacerdos statutis cæremoniis eum pia cum ma-

Rudolphus Cæsar Maximiliani
Filius in Socie-
tatem beneficis.
H. B. Soc. P. IV.

187.
Monachii fabri-
ca Gymnasi ab-
soluta.

188.
Turca baptiza-
tur.

gnificantia sacro fonte initiauit. Atque ita libertatem obtinuit, non corporis
 189. Corpus Sancti tantum à Principe, sed animi etiam, qua Christus nos donat. Patentioris
 Bennonis Monachorum transfer-
 chium transfer-
 tur.

*Acta Sanctorum vi Bennonis Exuviae Monachio illata sunt: Præfus hic Misnensis in Saxonia
 ad 16. Junii.*

Ecclesiæ fuit, anno supra Millesimum centesimo nonagesimo sexto defun-
 ctus. Cùm jam Saxonia maximam partem ab Luthero depravata, ac Lu-
 therus ipse contra Bennonem, nuper ab Adriano Sexto Pontifice inter Sanctos
 ritu solenni relatum, gravissimè debacchatus esset, veritus est Albertus Prin-
 ceps, ne mortuo jam Georgio Misnensium Principe in primis Catholico, sub
 Friderici successoris, qui Protestantibus adhærebat, regimine Sacri Cineres, ut
 fieri solebat, fœde profanarentur: Egit itaque cum Joanne Haubizio ultimo
 Misnensium Antistite, ut Sacra Bennonis Ossa in Bavariam transmitteret; Ne-
 que id ægrè impetravit. Advecta Sancta Lipsana, in Palatio Principum fue-
 runt collocata, donec quadriennio post publica venerationi in Ecclesia principe
 proponerentur, augeſcentibus ſemper variis Divum colendi studiis, ut ſo
 quæque tempore explicabimus.

190. Maturuerunt pariter hoc anno in eadem Monacensi urbe consilia de No-
 Refutatur ne-
 gocium de redi-
 tu nostrorum in
 Academiam In-
 golstadiensem.

strorum in Ingolstadiensem reditu, quæ priore anno cœpta fuiffe retulimus.
 Jam mense Januario acriter Ecclesiasticus Magistratus, quem Principes in Urbe Monacensi habent, Paulum Hoffæum Provinciae Præpositum uferat, ut Professores, quibus tantoperè Anglipolis indigeret, eò remitteret tandem, minis etiam incommodorum, quæ nobis alias incubitura eſſent, nescio quo-
 rum, adjeſtis: Verùm sancta animositate respondit Hoffæus, fas ſibi non eſſe in postulata concedere, niſi modus statueretur, ex quo syncera imposta-
 rum ſtabiliſque concordia absque novarum concuſionum metu ſperari poſſet:
 Diuturna verbo & literis concertatio fuit, donec in id condicuum, ut duobus

191. quos Princeps nominaturus eſſet, Consiliariis potestas fieret cum Provinciali
 Præcipua capita pactiones condendi, in quas Academicci omnes consentirent. Nominati fuere
 Decreti pro No-
 strorum redu-
 ctione.

Erasmus Vendius, & Georgius Lautherius, Sacerdos ac Theologiae Doctor.

Decreti, quod conceperant, hæc fere capita erant, ut reducendo in Academiam pristino vigori Societas cum externis Philosophiæ Professoribus pari jure,
 etiam Suffragii in Senatu, Cathedris tam Philosophiæ, quām Pædagogii reſti-
 tueretur, absque eo, ut juramentum exigeretur. Ut, qui gradu Magistri in-
 signiri vellent, triennium audiendæ Philosophiæ impenderent; Ut vel incio,
 vel invito Professore extero nullus discipulorum ad Noſtros, nullus à Noſtris
 ad externos transiret, ut Noſtri liberi eſſe ſinerentur à negotiis, quæ ad pro-
 ventus pecuniarios, & quæſturam pertinerent. Demum moſ profitendi Fi-
 dem Catholicam ex Formula Tridentina, non ut grave jugum, quemadmo-
 dum nonnemo ex Professoribus questus erat, aboleretur, ſed ut ſalubre
 remedium conservandi, quod unice volebat Princeps, Academiam puram

192. ab Hæresi, & in Religione integrum, perpetuò deinceps retineretur. Aſſen-
 Consensus una-
 nimis in pactio-
 ne.

sum his pactis præbuere Patres Academicci omnes; Præbuit & Everardus Mer-
 curianus Societatis Universæ Præpofitus; Sed, qui Decretum promulgarent,
 Lautherius ac Vendius, aliis occupati negotiis, ad eſſe non poterant temporis,
 quo Scholarum Exercitia refumi jubebant leges Academicæ; Itaque Eisengrei-
 nius Vice-Cancellarius, cui nihil potius in votis erat, quām brevi Societa-
 tem in antiquo munere contueri, persuasit Academicis, peterent ab Hoffæo,
 ut, quos missurus erat ad Scholas, Superiores æquè, ac inferiores, ante feria-
 rum canicularium finem ad eſſe juberet, quò prælectiones maturius auſpicari

193. Professores Phi-
 losophiæ & Pa-
 dagogii Ingol-
 stadium redi-
 ent, neque Hoffæus quidquam cunctatus eſt: Oportunè evenerat, ex quo

Mona-

Monachii Philosophiam docueramus, triennium absolutum modò esset. Itaque non sine pompa aliqua cursum hunc ad metam deducere placuit: Quinque ex discipulis externis Dilingam missi, ibique Magisterii insignibus ornati, cùm Monachium rediissent, festivo musicorum concentu vario carmine & orationibus consalutati fuerunt. Ac tum qui triennii curriculum docendo absolverat, Paulus Vizanus ipsus etiam Dilingam abiit, ut Baccalaureus simul crearetur Theologicus, ac postmodum ad Philosophicam ibi Cathedram rediret. Antonius verò Balduinus, & Mathias Mairhoferus Ingolstadium migrarunt, cum sedecim Scholasticis nostris, quorum uni Studia Theologiaz auspicarentur, Philosophiaz prosequerentur cæteri. Ad Pædagogium venere Vitus Linerus, Petrus Lovaniensis, Fridericus Gaudanus, & Joannes Holonius veteranus eloquentiaz Magister, quam uiversè viginti sex annos explicavit. Supervenere his Dilingâ gemini Professores Theologi Gregorius de Valentia, & Christophorus Perkingus Anglus, qui tamen, cùm post annos aliquot in Britanniam fuisse remissus, abjecta turpiter veste Religiosa, & fide, etiam Catholicorum persecutor evasit: Venit Dilingâ pariter Joannes Rastellus, itidem Britannus, quantum Perkingo melior! & Oenipontus Wendelinus Volkus, postquam Rectoris munere, inter acerbas sanè molestias exacto, defunctus erat: Invenere hi omnes novam, qua reciperentur, habitationem, eam videlicet, quam Albertus primū quidem Alumnis suis destinatam ædificarat, dein verò ampliatam & nostris usibus accomodataam Societati tradidit; Migravimus in eam præsente anno mensis Junii die vigesimo, qui Sancto Sylverio Papæ ac Martyri sacer est: Quod DEUS ter Optimus Maximus faustum inquilinis ac perenne esse jubeat. Die, quo Divi Bartholomæi memoriā recolimus, Wolfgangus Hollius, in Episcopatu Eystettensi Suffraganeus, novam Ædem sacram, seu ædiculam potius Collegio recentiter adstructam æterno Numini sub Hieronymi Ecclesiaz Doctoris maximi Patrocinio consecravit. Occasione hac usus Hoffæus offensam, quæ in animo Martini Schäumbergji Episcopi Aureatensis, hactenus erga nos multum benevoli, gliscere occépit, sospire adiūsus est: Crimini ac insolentiaz vertebar, quod, qui nondum ex nobis Sacerdotes essent, linteati tamen & è suggesto, cum in Sacello nostro, tum in aliis extra urbem locis ad populum verba facerent, quoties id Parochi aut expeterent, aut lubentes approbarent. Verbo itaque coram edocuit Pro-Episcopum Paulus, morem ita concionandi Privilegio quidem Pontificio Societati concessum, rariissimè tamen hactenus in Diœcesi Eystadiana usurpatum fuisse: Graves ob causas fieri, ut serò ad modum Familiaz nostræ Alumni ad Sacerdotium promoveantur; Esse inter hos, qui magna ad dicendum sint prædicti habilitate, brevi tamen desitûra, si lingua, gestus, memoria, vocisque, ac laterum firmitas, dura etatis adhuc tobür viget, cræbro exercitio non perficiatur: Aliis id in Germania Præsulibus perspectum, atque adeò in tanta Oratorum Sacrorum penuria gratum esse hoc in nobis Eloquentiaz Christianaz perpoliendaz studium. Sperare se, Idem & Reverendissimo Antistiti Martino baud ingratum fore: In eundem sensum ad ipsum quoque Præsulem literas dedit, quodrum singuli ferè aptæ conjunctam Paulicum vera humilitate synceritatem prodebat. Quare & responsum obtinuerunt, quale optabamus. Laudavit Præsul in nostris necdum Sacerdotibus studii concionatoriæ industriam, & approbavit usum: Potestatem denum administrandi Sacramenta concessit amplissimam per totam Diœcesin Sociis omnibus, pro quibus eam Hoffæus flagitaret, quin se examinando coram sistet: Plura per Suffraganum dedit: Is quippe Antistitus nomine indicavit, illum Societas privilegia nullo modo impediare, quin nec interpretari velle. Posse itaque Socios ubivis locorum, ad quæ Insulae Aureatensis Jurisdictione se porrigit, eadem munia obire, quæ aliis in terris suo instituto obeunda suscipiant. Denique in pignus benevolentiaz magnam ferine carnis

*Henricus Morus
in Histor. Prov.
Anglic.*

194.
Habitac, quam
hodie incolimus
attributa.

195.
*Eystadianus Epis-
copus suboffi-
ciis ob Nostro-
rum non Sacri-
dotum morem
concionandi.*

196.
*Ab Hoffære
conciliatur.*

carnis copiam ac dolium prægrandibus cancris plenum dono submisit. Non minus complanata jam omnia Ingolstadii repererunt Lautherius, Vendiūsque, dum illuc emoriente tandem Autumno advenissent. Id unum, quod agerent supererat, ut Alumnis, quos Albertus Dux nuperrimè instituerat, de gubernatione

197. Primus Angli-tore, uno ex Nostris & contubernio prospiceretur. Primus itaque illis Modopolitani Convictor (Regentem vocant) datus est Lucas Pinellus Theologæ hactenus Professor, adjunctusque illi Ferdinandus Alberus, magni postea, ut videbimus, in

Provincia Nominis. Domus, quam habitarent tanti per, dum pararetur commodior, coempta est trans Schutteram amnem, qui intra moenia receptus, intra eadem Danubio recipitur. Tranquillatis sic rebus, in cumulum solatii

198. Canisius Ingol-accessit convictus Petri Canisii, qui absoluta jam celeberrimi operis, quod Matriale inscripsit, secunda parte, cum librum hunc Alberto Bavariae Principi dedicasset, ut Bavarico etiam prelo Davidis Sartorii civis ac typographi Ingol-

199. stadiensis probè excuderetur, ex Ratisbonensibus Comitiis advenerat. Toco propemodum tempore, quo hæc gerebantur, Collegii Rector Joannes Rabensteinius aberat; Nam primum quidem Oenipontum ad Congregationem Provincalem discessit, in qua delectus, ut Romam abiret, ubi Procuratores Provinciarum sub initium Æstatis conventuri erant, dum tempus Profectionis adesset, Landishutam expeditus est à Guilielmo Principe, ad habendas per Verum jejunium conciones, viatico postea & equo simul donatus, finitis Paschaliibus Feriis, Romanum iter ingressus est: Vices Rabensteinii aliquamdiu gessit Theodorus Peltanus, quas paulò post in Petrum Lovaniensem transtulit, ut quietius transferre ex Græco in Latinum posset Concilium Ephesinum: Lovaniensi successit Mathias Lacknerus Halâ, ubi Rectorem agebat, evocatus, ut novi Collegii fabricam nostræ habitationi aptaret, ac necessaria suppellefili instrueret: Pro hac ad sumptuum levamen Princeps Albertus nongentos floros elargitus est.

200. Dilingani quoque Collegii cædem vices, quæ Anglipolitanifueré, initio vi-delicet asperæ, demum mitiores, aut falcem, ut antè propemodum erant, non legii res arte.

Dilingani Col-delicet asperæ, demum mitiores, aut falcem, ut antè propemodum erant, non intolerabiles. Marquardus Episcopus, quem ob reprobatum ab Hayvodo nostro censûs Carolini usum Societati offensum fuisse nuper dicebamus, persistit hoc etiam anno tum sexcentos, quos Otho & Egolphus dederant ad sustentationem, florenos denegare, tum aliis acerbitatibus ita vexare, ut ad abitum tandem ultro-neum nos adigere velle videretur. Summa paupertas & alimentorum defectus:

201. molestiarum erat affatim. Perdurârunt tamen Socii spe in illum reposita, in cuius manu suint corda Principum: Nec irritum sperâsse fuit. Cardinalis Moronus

Card. Moronus & Delphinus Nunt. Apoll. Has sublevat cùm Ratisbonæ agens audisset, quantâ rerum in opia Dilingani afflictarentur, satis non habuit ducentos nummos coronatos mississe, sed tantundem insuper, quoad viveret, annis singulis missurum se appromisit, & promisso benignè juxta ac fideliter stetit. Joannes quoque Delphinus Pontificis ad Aulam Cæsaream Nuntius perurgere Marquardum haud destitit, donec trecentos quotannis florenos se daturum sponderet. Videri possit procuratam hanc animi in Episcopo erga Nos inclinationem ac deinceps tempor auctam fuisse Divinæ Matris Patrocinio.

202. utpote cuius honori amplificando singulariter hoc anno novum in Provincia

Dilingæ insti-tuitur prima in Provincia Soda-litas B. V. Lechneri Sodalit. Parsbenius. Nostra morem modumque Dilingani Patres introduxerunt. Audierant hi quanta jam varia Pietatis studia & virtutum incrementa ceperit, quanto magnorum jam virorum aucta sit numero Sodalitas MARIAE Virginis instituta Romæ inter infimæ primum Grammaticæ discipulos à nostro Joanne Leonio, infimæ tunc Scholæ Magistro. Excitatus hac fama Jacobus Remus, qui sub idem tempus, quo Congregatio hæc Romæ exorta est, ibi dem in tyrocinio fuerat, in spem venit, paria animorum lucra collectum iri, si consimilis Dilingæ exigeretur Congregatio, & ex iis quidem adolescentibus, quorum ipse in Collegio S. Hieronymi, utpote Rectoris adjutor

(Regen-

(Regentem & Sub-Regentem appellant,) curam gereret: Non difficile fuit ingenuam juventutem in partes trahere: Multum apud hanc gratiam, & probitatis existimatione valebat Wolfgangus Sigismundus Haunspergius perquam nobili inter Bojos gente; hoc Remus veluti conductore usus lectissimam sanc̄ cohortem viginti quinque juvenum congregavit. In Divi Hieronymi Collegio degebant omnes: Statuta, quibus Reginæ Cœlitum servitudinem servituri erant, condidit ipse Sodalitatis autor, quam deinceps octo annis paucissime suberrimèque gubernavit. Ingens profecto decus Academiae Dilingant, quod prima vexillum Superiori Germania extulerit, ad quod præsenti tempore in solis Provinciæ nostræ domicillis Adolescentium Juvenumque, ac virorum nunquam pauciora, quam triginta millia collecta numerantur, unanimiter militantium illi, quæ terribilis est, ut castrorum acies ordinata: Etsi namque pro multipli ci status diversitate hi coetus in varias dispertiti sint classes, variaque à Deiparae celebritatibus, quas singulariter recolendas futuunt, accipiunt nomina, omnes tamen Congregationem Romanam, quæ Virginis ab Angelo salutare titulo insignitur, velut mare, agnoscunt, à quo rivorum instar effluant: Hujus utuntur legibus, communione fruuntur Thesauri Ecclesiastici, quem liberaliter omnino impertit Sedes Pontificia: Principio quidem lex ususque fuit, ut, qui in nostra Sodalitia recipi vellet, ei prius Congregationi nomen daret, quæ à Mariano Rosario nuncupatur, id enim quærebamus, ut revivisceret pulcherrima Corolla Virgini Matri texendæ consuetudo, quæ apud multos exoleverat. Posteaquam vero Gregorius Pontifex, visa tot Sodalitatum Romanæ nostræ se conformantium accessione, peculiari diplomate anno supra millesimum quingentesimum octogesimo quarto in unum eas corpus coagmavit, cuius caput foret Romana Congregatio, simileque plenam ejus gubernationem Societati, ejusque Generali tunc Præposito, Claudio Aquavivæ & Successoribus demandavit; Claudio, ne Sodales Romanæ primariae federati statutorum multitudine premerentur, &c, quod Rosarii Marianæ Formula precatoribus, in Germania præfertim, usitata denuò esset, sati, habuit hujusmodi quidem Sodalitatibus Coronæ Marianæ frequentem recitationem in statutis commendare, quin tamen adigeret ad coniungendum se Congregationi alteri, quæ stata lege ad certam Rosariorum quot diebus aut hebdomadis mensuram explendam fratres suos sororesque obstringit. De reliquo abunde patet, quam varie aliis legibus modisque devenerandi Matrem Numinis statutum hoc, de quo locuti sumus, in Sodalitiis nostris compensetur, &c, cum eam Deiparae colenda formam illi esse gratissimam constet, qua sanctitatem ejus vel eminus faltem, ac pro modulo nostro imitari studemus, cumque haec imitatio peccatorum in primis fugâ & usu bonorum operum exprimi possit, crebra maxime Divinorum Mysteriorum usurpatione, ad hujusmodi potissimum exercitia Sodalitatum nostrarum Alumni non legibus modo, verum &hortationibus incitantur, quarum frequentia, si in ulla aliis, in nostris coetibus viget, efficacissimo sanè ad perseverandum in beneceptis calcari.

Augustæ, quanquam Socii, Sociorumque Patroni in proposito à Collegii urgenda fundatione interquiescendi persisterent, quietis tamen nefic quidem esse licuit. Andreas Fabricius Leodicensis Eburo vir doctissimus, Godefridi Fabricii ex Ordine Divi Seraphici Theologiae Doctoris, & Magistri in Academia Ingolstadiensi multum celebrati germanus frater, librum ediderat de Harmonia (sic inscriperat) Confessionis Augustanæ; In qua sati graviter Cælarem Maximilianum adhortatur, ut gladium, quo tanquam potentissimus accinctus regnet, contra Iuem hereticam

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. IV.

X

(sensus,

203.
Sodalitatum
Marianarum
Romanæ nostræ
federatarum in
Provincia in-
crementum.

204.
Varia in his So-
dalitiis Pictaris
Exercitia.

205.
Frequentia illi
exhortationes.

206.
Auguste collia-
sio Roselli cum
Georgio Mylio.
Rosmarus 206.
Ingolß.

(sensum, ac propò verba admetior) stringat, dignissimum esse, malum domesticum ab Ecclesia avertere, ac, ne universum Christianæ Reripublicæ corpus ad extremum inficiatur, rescindere. Pessime hæc, & quæ

207. Qui Societatis famam publicè ex cathedra proscindit. ibi subjungit Fabricius, habuerunt Georgium Millerum, qui cognomen Germanis nequaquam estimabile (Molitorem significat) erubescens, forsitan & originem ex patre Wolfgango Millero fabro Augustæ lignario obtegeret cupidus, honestiore vocabulo Mylius cognominari voluit. Cathedram tenebat Mylius in Aede, quam Lutherani vix non profano nomine ad Crucem appellant, Christi, dubites, an latronis ad Christi lævam pendentis: Catholico certè Sanctæ Crucis Templo hæc altera ad Crucem Aedes proximè adjacet. In Concionem itaque prodit Mylius, & cùm absentem Fabricium, qui à Bojorum Principe inter Consiliarios adlectus fuerat, mordere non auderet, in Societatem, quam Fabricio caram esse haud ignorabat, dentes exacuit. Jesuitas autores esse libri proclamat, truculentos homines & sanguinarios, exin familie nostræ totius

Roseffius jure suo usus, nomen ascia, plusquam fabrili, crudè admodum proscindit: Hoc ut intellexit Roseffius noster, neutquam in urbe Lutheranis adhuc plena diffimulandum est ratus, unde simpliciorum, aut multitudinis odia asperari magis incendique possent. Conqueritur primùm apud illos, qui corrigere Mylium ex officio, moneréque & debebant & poterant: Cùm negligi querelas & causam deseriri videret, munus esse probi filii putavit

209. Mendacem & matris famam ratione quavis licita defensum ire. Quapropter & ipse columniato rem proclamat Mylium. in suggestum pro munere suo progressus, edocta plebe, quæ malevolè nuper Mylius Societatem tum ob alia, tum ob Fabricii librum conviciatus esset, nominatim ac publicè Georgio ipsi notam calumniatoris impingit, reūnque mendacii pronuntiat, dum quod falso effutierat, verum esse ostenderet. Magno plausu excepta oratoris protestatio cùm

Petitur, ut Roseffius retrahatur. tota urbe vulgaretur, celeriter Mylii tribulibus innotuit. Hi, ne ex vi confortio contagionem infamiae & ipsi contraherent, denuntiant Collegæ, si reatu falsimoniarum adhuc notatus quæderet descendere pulpitum, se quidem in illud non ultræ prodituros. At niemppe popello milium hoc sapidius jam evaserat, quæ Hebræis allium quondam Agyptiacum: Reposcit declamator in cathedram; intellecto, quid Symmytæ ministri essent, ad Senatum curritur, ut Mylii fama restituatur in integrum, tumultuosè expeditur. Suscipit Magistratus causam, duosque ad Andream Rhemium ex Patriis Augustanis ortum, Collegii Canonicorum in Ecclesia Cathedrali Decanum, ablegat, petitum, ut palinodia imperetur Roseffio conviciatori; Non is quidem erat tum Rhemius, qui multum Societati faveret, Roseffium tamen diligebat magnopere, captus viri moderatione, ac sincerâ prudentiâ. Locuturum se repónit cum Gregorio, visurūque, an & quantum hæc ad se causa pertineat: Nunc quidem persuasum sibi, nihil ab homine sobrietatis & pacis publicæ perquam studioso temere dictum esse. Nec mora, accersit Roseffium, & quid adversus ipsum querelæ sit, amicè indicat. Ostendit contrâ Roseffius, quæ falso universæ Societati crudelitatis nota impacta publicè, quæ frustra, ut famæ integritas resarciretur, Magistratus petitum fuerit auxilium, hinc se, ut filium non degenerem deceat, Matris existimationi consulturum, tamdiu mendacem habendum esse Mylium proclaimasse, quamdiu, quæ publicè effutierat, vera esse haud probaturus foret Mylius. Satis fuit Rhemio statum rei, ut erat, intellexisse. Internuntium protinus ad Curiam mittit, qui indicet, nihil esse in Roseffio motione opus: Societatis à calumnia vindicandæ modum, quem obtinere à Magistratu frustra speraverit, usurpasse illum jure gentium. Satage-

211. Is cause sue squicatem demonstrat. perquam studioso temere dictum esse. Nec mora, accersit Roseffium, & quid adversus ipsum querelæ sit, amicè indicat. Ostendit contrâ Roseffius, quæ falso universæ Societati crudelitatis nota impacta publicè, quæ frustra, ut famæ integritas resarciretur, Magistratus petitum fuerit auxilium, hinc se, ut filium non degenerem deceat, Matris existimationi consulturum, tamdiu mendacem habendum esse Mylium proclaimasse, quamdiu, quæ publicè effutierat, vera esse haud probaturus foret Mylius. Satis fuit Rhemio statum rei, ut erat, intellexisse. Internuntium protinus ad Curiam mittit, qui indicet, nihil esse in Roseffio motione opus: Societatis à calumnia vindicandæ modum, quem obtinere à Magistratu frustra speraverit, usurpasse illum jure gentium. Satage-

rene potius Pacis publicæ conservatores, ne quid ab aliis fabulatoribus turbaretur. Hand expedire, ut, quæ vera quidem demonstrari possint, si tamen tranquillitati urbis nocua, & exulcerandis duntakat animis apta, cum exaggerata periphrasi decantentur è pulpito, quanto minùs quæ falsa simul & contumeliosa forent. Agnovere Patres Conscripti, nihil se ulterius à Catholicis posse expetere, ut Mylii tamen, si non famam in integrum, saltem in suggestum vocem restituerent, primùm quidem collegas eidem suos reconciliarent, subin Decretum promulgarent, quo, postquam declarabant, Roseffii dicta adeò injuriosa à se non haberi, ut Mylii autoritatem, noménque læsum existiment, videntur simul, ne quisquam Mylio contractam inde infamiam objectare ausit, ea tamen spe, fore, ut Mylius fidem suam præsteret, ac orationem posthac ad fructum auditorum, studiumque pacis sancte, prudenterque accommodet. At Mylius quidem, cùm fidem liberare non posset, silentio rem totam interea dissimulavit, quod tamen illatam nomini suo iusta talionis lege plagam Decreti Senatorii folio, ceu inefficaci nimis cataplasmate hand satis consanata esse ipse judicaret, in omnes posthac, ut videbimus, sese vindicandi occasionses pervaigil explorator intentusque perstitit.

Hæc in Tyroli res nostræ ibant prosperè, atque ire etiam denuo eoperunt Oeniponti. Conradus Vötter Engæ, quod in Suevia oppidum est, Fürstenbergicæ Ditionis, prognatus, Musicae in regio Parthenonis Halensis Templo Praefectus, jam Sacerdos, primus ex eo Collegio, ad Societatis, quam ardentissimè expeterat, Tyrocinum Monachium est missus, insigni Provinciae ornamento, quam pluribus libris, & adversum Acatolicos triumphis in seram usque partarem, illustravit. Taxit suo exemplo ad idem Institutum sex alios, qui abundè suppleverunt locum Mathiae Coloniensis, pauci itidem ex eodem domicilio mortui, viri virtute, quam ætate majoris. Jacebat ibideam gravi prostratus morbo Georgiæ Rotarius, tria Societatis vocali professus. In quod annis prioribus Oenipontani Collegii Templique fabricâ occupatus muleum desudasse, licetum esse ratus est flagitare, ut in sepulchrali crypta, quam ipsus edificasset, requies sibi concederetur. Obtinuit, quod petierat, Hala Oenipontum dolatus, ac paulò post piissime obita morte, nōve, quod struxerat, sepulchreto illatus fuit. Rotarii in iisdem structuris tum Socius, tum Successor Georgius Crispus, Wendelino Volkio, primùm quidem adiunctus Monachas, uti rogitarerant, confessione Expiandas Steinachium in Valloniam Athesinam, deinde Ingolstadium profecto, Rectoris vices aliquamdiu sustinuit, donec Joannes Rabensteinius Româ ex Congregatione Procuratorum Societatis redux Collegii regimen susiperet. Multa huic ad conciliando quoniamcumque animos erat gratia, multa aueritas, vel prima mox restionis initia reddidit facilia.

Paulus quoque Hoffaeus Provincie Praeses consultò diutius h̄c moratus per dies Dominicas in Adventu Domini nunc in Parochiali, nunc in Nostra Æde pro concione dixit, utriusque viri doctrina & virtute captus Archi-Dux Ferdinandus, Sinistros de Cœtu Nostro affectus, quæ Adversarii inhalabant, paulatim ceperit deponere. Sociorum etiam coeterorum labores, & laborum emolumenta patascebant indies clarius, quam ut malevolorum conviciis opprimi possent. Auctior evasit Divina Mysteria suscientium numerus, auctior Scholarum frequentia, & frequentantium profectus. Exhibuerunt hi tragediam de Sancta Catharina tanta commendatione, ut, quamvis in sex producta horas, ipséque Princeps febriens tunc fuerit, Spectator tamen adesse ad finem usque voluerit, immo sicutiam mere-

212.
Modus resti-
tuende quietis
abstrusus.

213.
Conradus Vöt-
ter primus ex
Tyroli Societa-
tem ingreditur.

214.
Georgius Ro-
tarius primus cry-
pe sepulchrali
Oeniponti in-
fertur.

215.
Paulus Hoffaeus,
ac Joannes Ra-
bensteinius Ar-
chi-Ducem
Ferdinandum
Societati re-
conciliant.

216.
Exhibita Oeni-
ponti tragedia
Principis muni-
ficentiam mere-

& munerator. Ue nobis se propitium demonstraret, ludorum expensas persolvit omnes, quin & novas fecit, tribus quippe Actoribus, qui præ cæteris sese probaverant, septuaginta cùique in annos singulos numerari florenos jussit, donec nostra sub cura literarum curricula absol-

217.

Salentinus Archi-Episcopus Colonieanus ad Collegium invi-
verent. Cùm Salentinus Isenburgicus, Ubiorum Archi-Episcopus, Oenipontum advenisset, Archi-Dux inter alia magnifica hospitalitatis signa, quibus tantum Principem exceperat, haud infra magni hospitis dignitatem esse arbitratus est ad nostras illum Aedes adducere, ut salutatorium carmen audiret, quod, ut erat Salentinus literarum amator, audivit labentissime.

Hæc & crebriora cùm benevoli jam & liberalis erga Societatem in Principe animi indicia experirentur, nostrum quidem fuit gratias DEO infinitas agere, livori autem alieno ac malevolentiae adeo succisa sunt vires, ut nihil jam obstatum speraremus, quo minùs liberè posthac atque utiliter pro DEO laborare concederetur. Laborârunt porro strenue Georgius præcipue Schornius, Petri Canisii, quem Cardinalis Moronus ad Comititia secum Ratisbonam abduxerat, in Parochia Cathedra Successor,

218.

Eduatio reorum locis probatae facundiæ. Sed & novum novæ & hactenus Oeniponti non ad Supplicium, corumque ad bonam mortem preparatio.
& qui Georgio successit, Antonius Guisanus magnæ multisque jam in vise operæ datum est specimen. Rei aliquot capitibus detinebantur in carcere: Hos suscepimus invisendos, animandosque ad malè actorum penitentiam, mortémque Christiana fortitudine tolerandam, successu tam optabili, ut, cùm Nostro comitante ducerentur ad supplicium, tum ceteri, tum unus ante alios ea animi ob offenditum Numen summè docentis, & lachrymas inter ac ejulatus flagitorum veniam à DEO clamantis signa ediderit, quæ populum universum ad collachrymandum permoverent.

219.

Lucerne mali- gna pestis mo- tatur fundatio- nem.
In Helvetia Collegii Lucernensis fundationem tum publica patriæ calamitas, tum privata necessitates diu multumque sufflaminarunt. Pestis hoc anno urbem invaserat, itaque & Magistratus ferè omnis aliò concessit, & Scholæ publicæ per quatuor omnino menses occlusæ manserunt. Insuper Nostri quoque omnes, non quidem maligna lue, sed ob avaram palustrem febribus continuis jaëtari coepérunt, ita, ut missendi fuerint, qui eorum munia supplerent; Unius omnino, isque primus è sede Lucernensi, quanquam extra Lucernam, extinctus est. Joannes Plancus fuit, Sacerdos, qui recuperanda valetudinis causa evocatus in Sueviam cùm ad Lacum Acronium venisset, urbem Constantiam ingressus, neminiq[ue] cognitus plateas obambulabat, si quâ hominem inveniret, à quo in domum reciperetur: Incidit in Balthasarum Würerum Episcopum Ascensionem, Constantiensis Antistitis Suffraganeum, qui Sacerdotem ex veste suspicatus, algentem, miserè rectum, & macie debilem, quis aut unde eset, rogavit, intellecto, è Societate esse, at morbo debilitatum timere, ne, quod juberetur, progredi haud possit, Petershusii, quod vicinum est Constantiæ monib[us], Ordinis Divi Benedicti Monasterium Antistitem Christophorum Buechenbergum oravit, ut Joanni ægrotanti hospitium præberet. Suscepitne Patrem & Abbas, & Religiosi ceteri charitate, quâ possent maxima, & eadē ulcræ integrum mensem habuerunt, non sine admiratiōne patientiæ, & quod demum æger mente aberrans deliria sua non nisi sancta cantillans, aut veluti pueros Catechesin docens, exigeret. Mortuo exequias adornarunt Abbas, ac Cœnobita omnes. Concionem funebrem dixit Würerus ipse Suffraganeus, adstiterū funeri complures doctrinæ gradu, aut generis Nobilitate insignes, magnè sane indicio, quantam existimationem foverent de Sociis, quos tamen

220.

PP. Benedicti- norum in No- strum eximia Charitas.
eximia Charitas. In Helvetia Collegii Lucernensis fundationem tum publica patriæ calamitas, tum privata necessitates diu multumque sufflaminarunt. Pestis hoc anno urbem invaserat, itaque & Magistratus ferè omnis aliò concessit, & Scholæ publicæ per quatuor omnino menses occlusæ manserunt. Insuper Nostri quoque omnes, non quidem maligna lue, sed ob avaram palustrem febribus continuis jaëtari coepérunt, ita, ut missendi fuerint, qui eorum munia supplerent; Unius omnino, isque primus è sede Lucernensi, quanquam extra Lucernam, extinctus est. Joannes Plancus fuit, Sacerdos, qui recuperanda valetudinis causa evocatus in Sueviam cùm ad Lacum Acronium venisset, urbem Constantiam ingressus, neminiq[ue] cognitus plateas obambulabat, si quâ hominem inveniret, à quo in domum reciperetur: Incidit in Balthasarum Würerum Episcopum Ascensionem, Constantiensis Antistitis Suffraganeum, qui Sacerdotem ex veste suspicatus, algentem, miserè rectum, & macie debilem, quis aut unde eset, rogavit, intellecto, è Societate esse, at morbo debilitatum timere, ne, quod juberetur, progredi haud possit, Petershusii, quod vicinum est Constantiæ monib[us], Ordinis Divi Benedicti Monasterium Antistitem Christophorum Buechenbergum oravit, ut Joanni ægrotanti hospitium præberet. Suscepitne Patrem & Abbas, & Religiosi ceteri charitate, quâ possent maxima, & eadē ulcræ integrum mensem habuerunt, non sine admiratiōne patientiæ, & quod demum æger mente aberrans deliria sua non nisi sancta cantillans, aut veluti pueros Catechesin docens, exigeret. Mortuo exequias adornarunt Abbas, ac Cœnobita omnes. Concionem funebrem dixit Würerus ipse Suffraganeus, adstiterū funeri complures doctrinæ gradu, aut generis Nobilitate insignes, magnè sane indicio, quantam existimationem foverent de Sociis, quos tamen

ut plurimum, fama duntaxat cognitos habebant, quæ etiam estimatio efficit, ut Marcus Sitticus, ex Nobilissima Altempiorum Comitum, Principumque Familia, Constantiaz Episcopus, missi diplomate declaraverit: Posse Societatis homines per universam Dioecesin Constantiensem absque eo, ut in Episcopi Curia sese sisterent, exercere omnia, quæ alibi aut ex Pontificiis Privilegiis, aut suo instituto solitarent.

Ast nempe periculum erat, ut ne diu in Helvetia concessione hac frui possemus. Eò res spectare videbatur, ut abitum ex ea Provincia parandum crederemus. Spes non apparebat, aliam habitationi Sedem attributum iri, quam Monasterium à Sancta Anna dictum, quod pauca omnino tum Monachæ tenebant. Verùm, quod hæc statio extra urbem esset, loco ad Scholas publicas valde incommodo; Quodque insuper in valle angusta, altis incincta collibus auram, quam ne in urbe quidem exteris salubrem esse experimento se edoctos fuisse autumabant Nostræ, multò insalubriorem intra locum tam arctum fore timebant, cùmque infuper certa foundationis subsidia incertis adhuc spebus inniterentur, expedire vi sum est Paulo Hoffæo, ut indè Sœci, quorum aliæ magna esset penuria, in Bavariam avocarentur, jämque reditionis mandatum non acceperant modò, verùm & explere incepabant, cùm ipse abeundi paratus abitum stitit.

Est inter Lucernates Familias plurimum honorata Pfyferorum Stirps, & qua multi, multa domi forisque pro Religione ac Patria præstiterunt omni ætate memoratu dignissima. Eo tempore, quo de Societatis Collegio actum, quaterni ex hac stirpe fratres erant, uno omnes erga Fidem Catholicam, & summè benevolo erga Nostrós animo, Ludovicus, Joannes, Jodocus, & Rudolphus. Ex his Joannes fortè Martino nostro Leubensteinio factus obviā, quod nescio quid sub axilla gestantem conspiciebat, amicè, quid fertur, sciscitur, ille, libros esse reposuit, quos ab amicis commodato acceptos, nunc ante discessum cum gratiarum actione redditurus iret: Itane, alter, abibitis? Annente Martino, & quid Moderatores jussissent, indicante, non erit hoc, altum ingemiscens Joannes, ait: Anno jam & ultrà contenti fuisti victu, quem subministravi è penit mea, oportebit frugalitatem vestram pericitari diutiùs. Quantu hoc intersit Reipublicæ, ego, fratreisque mei novimus. Simul hoc dicto properat, Senatusque extra ordinem cogendum celeriter curat. Magnos rei gravitas motus animorum excitat, diversasque sententias: Qui ut quam maximè retentos volebant Sœcios, timebant tamen, si vel modicas abiomi motas, easque, utut amico animo, violentas tamen injicerent, fieri posse, ut Provincialis in proposito persisteret, ac dein nunquam unquam Sœcios remitteret: Haud ambigi posse, quin, quæ ille statuisset, multa deliberatione exputata prius fuerint, his si nunc Senatus-Consultum decerneret contraria, ignorari, quam in partem violentia hæc, etiam bona mente usurpata accipienda foret. Expedire, ut Nostris quidem indicetur, quanto ipsos secum habendi desiderio teneatur Respublica universa, quātique gravibus ex causis id peroptet, interea tamen sinendum esse, ut Præpositorum imperiis obsecundent, ita spatium fore Senatui modum excogitandi, quo firmato & stabilito, tum Reipublicæ majori commodo, tum prōniore Moderatorum lubentia redituri Lucernam Patres forent. Cūm hæc dicerentur, sorgunt Nicolaus Cloosius, & Nicolaus Crisius, ambo insigni autoritate famaque prudentiae Senatorés, ac vulgare illud adagium præfati, pluris esse unam aviculam in cavea, quam milletas in aere, subjungunt; causas, ob quas Provin-

221.
Marcus Sitticus de Hohen-Embs, Episc. Constant. Diploma pro Nostris expedite.

222.
Nostræ Lucernæ abitum parant variis ex causis.

223.
Inclita Pfyferum Lucernæ Familia.

224.
Ex his Joannes Nostrorum discessus se opponens,

225.
Senatus ob id convocatur.

226.
Post varias sen-tentias

227.
Concluditur, non esse permittendu[m] in Sœciâ.

vincialis suos avocet, utique tantum in ipsius animo etiam deinceps valituras, ut facile mutaturus haud sit: Este nunc Societatem in urbe, in quam, si semel dimissi forent, haud amplius reddituros esse verosimilium sit. Alia potius viâ obviari posse Provincialis mandato: Orbe palam esse, quâm obsequentem Romanæ Sedi sese præbere consuetit Societas, at liquere etiam, quantum is, qui nunc Ecclesiæ præsideat, Gregorius Decimus Tertius, Germaniam quidem universam, in primis tamen Helvetiam, & ex Helvetiis Lucernates diligit: Ab hoc petendum, ut suam in relinquendis Lucernæ Patribus autoritatem interponat, id unum si fiat, rem pro confecta habendam esse. Reditum expectari in dies Ludovici Pfyferi ex Gallia, hunc, qui & urbis prætor, & maximi apud Italos non minus quâm Gallos sit nominis, ac præterea Societatis amantissimus, ingens utique pondus in Curia Romana Magistratus postulatis adjecturum esse.

228.

Lucernatum
Epistole ad va-
rios.

Prævaluit hæc demum sententia: Monentur Socii, ut abitum diffarent, expeditus cursor ad Hoffæum Provincialem alegatur, cum literis, quibus petunt, ut per unum saltem adhuc mensem præstolari sinantur Patres: Aliæ epistolæ ad Ptolomæum Gallum, qui vulgo Cardinalis Comensis appellatus, Pontifici ab Episcopis erat, quin ad ipsum Pontificem mittuntur, communisque causa quâm impensisimè commendata.

229.

Nostrî jubentur
tautisper subfi-
scere.

tur. Et Hoffæus quidem Senatus petitioni assensit, civibus vero tantam interea solicitudinem injecti responsi ab Urbe venturi exspectatio, quantum prius de Sociorum discessu nuntius dolorem expresserat in plurimorum usque gemitus, quin & lachrymas erumpentem, quas dum abstursum Roma literæ advenient, mora nobis conceditur ad alterius novæ stationis primordia describenda.

230.

Landspergensis
Domus initia.

Schvickardus Comes Helfensteinius in Landspergensi præfectura, quam à Principe Boorum Alberto post suum Oeniponto discessum, ut olim meminimus, acceperat, tertium jam annum agebat, pristini erga Societatem affectus eousque retinens, ut etiam proprius habere illam percuperet. Itaque opus moliri coepit, quod & civibus, quos amabat, vicissim ab eisdem amatus, perquam utile, & Provinciae nostræ in Superiori Germania diu jam erat exoptatum. Hujus Tyrone Monachii hactenus sustentabantur, loco quâm in se celebri, tam Novitiis incommode, quorum educationi remota ab hominum strepitu solitudo, donec velut ex umbra in lucem produci aptiores fiant, longè profectò salubrior est. Rescivit Moderatorum yota Schvickardus, neque probavit modo, verum etiam omnem ad ea explenda operam conferre decrevit. Præ aliis idonea huic Tyronum recessui Landsperga videbatur. Urbs est in extremis Bavariae finibus, haud admodum magna, Sueviae contigua, & Lycum fluminis ad sita, quo solo Boii à Suevis distinguitur: Gemini tamen pontis opera mutua tractant commercia, non absque notabili oppidanorum preventu. In duas partes dividitur, harum quæ inferior est, amplias plateas forūmque insigni fonte publico spectandum continent: Ac Templum præterea amplitudine, lucis amoenitate, & altarium structura ornatiuque cætero nuper primò pulcherrimè interpolatum. Urbs superior clivo imposita, & Bavariam respectans, arcem habet, cætera ædificiis infrequenter. Olim, quâ collis in interiora recedit, vasta planities quamvis adhuc moenibus cincta, domibus tamen vacua, hortis duntaxat, & pomaria serviebat. Enimvero, meliores longè fructus hinc nascituros esse ratus est Schvickardus, si plantarium Societatis isthic poneretur. Quapropter Hoffæo, cùm is ex itinere Landspergâ transiret, mentem aperit, simul tamen ingenuè fatetur, tantum sibi opum hæc esse, ut solus dotare

231.

Pro Novitiis
nostræ Provin-
ciae.

Domi-
ne aliis idonea huic Tyronum recessui Landsperga videbatur. Urbs est in extremis Bavariae finibus, haud admodum magna, Sueviae contigua, & Lycum fluminis ad sita, quo solo Boii à Suevis distinguitur: Gemini tamen pontis opera mutua tractant commercia, non absque notabili oppidanorum preventu. In duas partes dividitur, harum quæ inferior est, amplias plateas forūmque insigni fonte publico spectandum continent: Ac Templum præterea amplitudine, lucis amoenitate, & altarium structura ornatiuque cætero nuper primò pulcherrimè interpolatum. Urbs superior clivo imposita, & Bavariam respectans, arcem habet, cætera ædificiis infrequenter. Olim, quâ collis in interiora recedit, vasta planities quamvis adhuc moenibus cincta, domibus tamen vacua, hortis duntaxat, & pomaria serviebat. Enimvero, meliores longè fructus hinc nascituros esse ratus est Schvickardus, si plantarium Societatis isthic poneretur. Quapropter Hoffæo, cùm is ex itinere Landspergâ transiret, mentem aperit, simul tamen ingenuè fatetur, tantum sibi opum hæc esse, ut solus dotare

232.

Urbis Landsp-
ergensis brevis
descriptio.

Domi-
ne aliis idonea huic Tyronum recessui Landsperga videbatur. Urbs est in extremis Bavariae finibus, haud admodum magna, Sueviae contigua, & Lycum fluminis ad sita, quo solo Boii à Suevis distinguitur: Gemini tamen pontis opera mutua tractant commercia, non absque notabili oppidanorum preventu. In duas partes dividitur, harum quæ inferior est, amplias plateas forūmque insigni fonte publico spectandum continent: Ac Templum præterea amplitudine, lucis amoenitate, & altarium structura ornatiuque cætero nuper primò pulcherrimè interpolatum. Urbs superior clivo imposita, & Bavariam respectans, arcem habet, cætera ædificiis infrequenter. Olim, quâ collis in interiora recedit, vasta planities quamvis adhuc moenibus cincta, domibus tamen vacua, hortis duntaxat, & pomaria serviebat. Enimvero, meliores longè fructus hinc nascituros esse ratus est Schvickardus, si plantarium Societatis isthic poneretur. Quapropter Hoffæo, cùm is ex itinere Landspergâ transiret, mentem aperit, simul tamen ingenuè fatetur, tantum sibi opum hæc esse, ut solus dotare

233.

Schvickardus
Helfensteinius
ædificium offert
pro Novitiis.Quod idem &
uxor facit.

Domicilium possit alendis Tyronibus: Nempe Schywickardi parens Georgius, cum defuncta prima Conjuge Maria Bovvaria, alteram Apolloniam Comitem de Zimmerman duxisset, transegerat cum Filio, ut si è secundo Conjugio Filius parens sustulisset, ipséque Schywickardus sine liberis esset, paterna hæreditatis ditiones ex posteriore Conjugio natis accederent, quod sanè ita fore prævidebatur, cum nulla Schywickardo spes proliis se ostentaret, è secundo autem Conjugio Frobenius & Georgius duo jam Filii adessent. Verum en! ne tota cogitatio iatercideret, Maria effecit Schywickardi Conjunx, quæ marito in fovenda Societate nihilo inferior, ultrò appromisit sancto huic operi bona sua dotalia, &c., quidquid insuper hæreditate ad se perventurum esset, integrè fideliterque se impensuram. Suffecturum hoc esse, ut ædes saltē excitari possint futuri incolis, & aliquid etiam alimenti subministrari, reliquum D E I, beneficos adjutores procuraturi, bonitate suppletum iri, ita se sperare, ita ut oblatam hanc à se promissionem Hoffæus quoque acceptet, flagitare.

Et ab Hoffæo quidem non modo, quantum in ipso erat, acceptata est sponsio, sed spes etiam facta, fere, ut Generalis quoque Everardus facile assensum præbeat, Schywickardus verò hac uxoris promissione adeo tenetè commotus est, ut præ solatio ubertim lachrymans, ab ea hora Societatis Tyrones pro Filiis à se adoptari contestatus, etiam scripto affirmarit, se omnes facultates suas, ac insuper, quidquid ab annua pensione à parente, ac fratribus reliquum habiturus esset, in usum fabricæ ac Societatis collocaturum: Nec mora, pecuniae tam, quæ præsens jam aderat, quamquam quæ ex venditis celeriter unionibus, ac peristromatis collecta fuerat, summam aliquot mille florinorum ad festinandam structuram tribuit; & quoniam Annae Austriacæ, Alberti Principis Conjugi, Landspergenis urbis dominium dotis nomine assignatum erat, Comes uterque duo ab illa rogitat, primum, ut aream crepidini collis, qui à Lyco assurgit, immimentem struendo ædificio concedat, alterum, ut fundandi pro Societate Domicilii autor ipsa princeps haberi nominarique velit. Facile hac modestia assecuti sunt optimi Conjuges, quod petierunt.

Ab Generali quoque Præposito literæ advenierunt, quibus indicavit Schywickardo, et si futuræ stationis stabilimen solis potissimum adhuc spibus inniteretur, quod tamen significatum esset ab Hoffæo, spes hasce minime inane, sed certæ fiduciæ proximas ac partim opere jam compleri coepit, fretum se quoque ope Numinis cum gratiarum actione beneficium acceptare, quo Probationis Domum Societatis Tyronibus exstruere decrevisset Comes. Receptis hisce literis absque ulla cunctatione operi admovetur manus. Tertio Aprilis ædificationi datur initium, primum lapidem in fundamenta ponunt ambo Conjuges, ritu modesto magis ac pio, quam pompa magnifica, cuius universæ contemptores jam esse amabant magnanimi, & quidem eam quoque ob causam, ut, quod minus in familiæ frugalem sanè victum insumerent, eo plus in expensas D E O placituras elargiri possent. Mirari profectò, & collaudare æquum est Divinae Providentiae destinationes: Multa Oeniponti aliquot retrò annis perpetienda fuerunt Societati. In complementum accessit ipsius Archi-Ducis Ferdinandi aversio, non à Societate tantum, sed ejus quoque fautoribus: Inter hos cum præcipuus esset Schywickardus, notatèque sui in Societatem amoris signa, quæ intermittere neque posset, neque velle, plus eidem nocitura, quam profutura, maluit sponte procul Oeniponto abire. Ex ecce! amabili Numinis tolerantiam nostram respectantis provisione evenit, ut intra hunc eundem annum & Oeniponti antiqua Ferdinandi erga Societatem innovetur benevolentia, & Landsperga novam Societati Sedem paret

234.
Schywickardus
Societatis Novi-
tios in Filios
adoptans hære-
des scribit.

235.
Et Annae Alberti
Conjugi titulum
conditricis de-
finit.

236.
Everardus Ge-
neralis consen-
tit in erectio-
nem domus.

237.
Ponuntur fun-
damenta.

238.
Mira D E I in
hoc eventu pro-
videntia.

239. paret Schwyckardi Hohensteini liberalitas , quod futuram nunquam fuerat , si Oenipontana ex Aula non discessisset . Dum ~~corpo~~ Propitiis Superis servet aedificatio , Maria Comes peregrinatum abiit in Eremum Helvetiae , supplicatum illic Magnæ Matri in statua sua prodigiose , ut felicem operi , quod cum Marito moliebatur , successum à Divæ Parentis Filio efflagitet : Non irritas facisse preces secutura monstrabunt tempora .

MDLXXVII. **Dum hæc pro Landspergenis Domicilii exortu laborantur in Bojardis**

240. **Romæ pro Collegii Lucernensis constitutione ea perficiuntur , quæ post breviculam , ut cernimus , digressionem eodem calamum minimè invitum revocant . Non contenti Magistratus sub anni elapsi finem literas ad Summum Pontificem , & Cardinalem Gallium dedisce , decimo sexto Januarii subsequentis alias expediti ad Everardum Mercurianum Præpositum Generalem ; Quas , licet videre jam sit in Historia Societatis , quam Franciscus Sacchinus edidit , haud tamen superfluum esse arbitramur , si in hæc quoque monumenta inseramus . Contestati Patriæ Patres , quanto dolore nuntium de migratione Patribus Societatis iudicata accepissent , ita pergunt :**

241. **Literæ Magistratus Lucernensis ad Generalem de fundando Collegio.**

HAUD eo vos animo Lucernam evocavimus , ut unquam denno abire pateremut ; Nam id non modo ingens nobis detrimentum , verùm etiam probrum afferret , tum apud Hæreticos circumjectos , qui gauderent , antesignanos veræ Fidei , & Satores germanæ doctrinæ , quæ ipsi maximè horrent ; à nobis amissos , tum apud federatos nostros , qui dolerent , nos tanto præsidio spoliatos . Et sanè , cùm hæc veneram , da Societas instituta sit ad sustinendam ac propagandam Religionem Catholicam , pietatēque amplificandam , nōsque hæc re non minimè , quām alii , indigeamus , speramus , non magis nobis , quām aliis dene gatum iri auxilium , cùm parati simus iisdem , & fortè amplioribus , quām alii , officiis eam prosequi . Quām uberem hīc habeatis materiam , id , quod intenditis , consequendi , compertum est hoc brevi missionis tempore , quo fructus tam singularis apud senes æquè ac juvenes paratus est . Nos vero (quod sine jactantia dictum sit) ii semper fuimus , sive mūsque hodiè , qui Catholicam Fidem defendimus , adducta in discrimen dignitate , re , vita , & sanguine , neque id solum in patria nostra , sed ubicunque nostra opera expectatur , parati id vel cumulatiæ in postum , juvante D EO , præstare . Æquum igitur est , ut qui religiosis laboribus summè contendunt , ut sustineant , & amplificant veram Fidem , pietatēque Christianam ; adiungit nobis , qui idem profitemur ; & efficimus armis , vitæque periculo . Et , quamvis D EO Gratias , usque adhuc in fide nulla appareat imminutio apud nos , tamen (quod D E U S ignoscat) excepto hoc , multæ , & varia crimina , scandala , prævi usus , errorésque increbuere , ut , nisi matûrè succurratur , verendum sit , ne , quod aliis in locis fieri videamus , medicina sera sit . Etenim ea sumus opinione , quemadmodum conciones , & cætera spiritus ita officia non possunt magni esse momenti ad conservationem , incrementumque publicæ pietatis , nisi auxilium secularis potestatis accedit ; dat ; ita diligentiam civilem , & secularem perseverare diu non posse in conservando Religionis cultu incorrupto , nisi doctos , sicut eos , redique exempli nanciscatur magistros . Super hæc permagni momenti est , nostram juventutem in bonis artibus , ac præcipue in vita ac devotione Christiana rectè institui , idque si consequi domini possent , ex usu foret non privato solum , sed etiam publico ; quod iis careant vitiis , quæ sepe ex regionibus exteris reportantur .

„ Cujus

„Cujus specimen fructus jam nos sumno cum gaudio nostro exigua hujus
missionis usura experti sumus. Obstabit fortasse perlatus ad tuam Pater.
A.C.
MDLXXVII.

„nitatem rumor de nostri cœli insalubritate. Cæterum certus esto, pla-
„nè experimento compertum, qui aliquamdiu patriæ hujus ingenio ci-
„bisque insueverit, si non comodiore, certè nihilo minus incommoda,
„quām ubivis locorum, valetudine uti; itaque quidquid in nobis est, sin-
„cerè, fideliter, sine omni fuso, & fallacia promittentes Paternitatem
„tuam etiam atque etiam precamur, ut primo quoq;e tempore aliquod
„nobis subsidium mittat. Nam cognita Operariorum paucitate vestrorum,
„nolumus incommodo esse, plenam semel coloniam postulando. Hanc
„verò tam insignem benevolentiam, dignationem, & officiosum obse-
„rium, quod nobis Societas, ut indubie exspectamus, exhibebit, unà
„cum iis meritis, quæ adhuc contulit, pro singulari beneficio in omnem
„æternitatem colemus, paratiissimi cunctis viribus nostris promovere at-
„que amplificare commoda ejus, dignitatēmque, nosque ipsos impen-
„dere in quemcunque usum, ubi Paternitati Tuæ, Societati communica-
„ter, aut privatim honori & commodo esse possimus, non curæ, non la-
„bori, non facultatibus, non corporibus nostris parcentes. De qua re ni-
„hil Paternitatem Tuam volumus dubitare. Has ob res, & quia singu-
„larem Tuam erga nos propensionem jam pridem novimus, expectamus
„cum gaudio benignum, votisque nostris consentanem responsū. Va-
„le. Ex nostro pleno Concilio hujusce rei causa coacto, decimo septi-
„mo Kalendas Februarii, „ Acceptâ hac Epistolâ Everardus, nihil gen-
ti, quæ Bellicam simul & Christianam virtutem tam ardenter copulare ave-
bat, denegandum est arbitratus, cùmque insuper Gregorii Decimi Tertii
voluntas à Cardinali Gallio indicata accessisset, eadem, qua ipsi, comi-
tate rescribit Lucernatibus; daturum se quoque negotium Germaniæ Pro-
vinciali, ut rem quamprimū conficiat. Quo die hæc responsio Lucer-
nam venit, eodem die mox Cursor expeditur ad Hoffæum, quid Roma-
næ tulerint literæ, indicaturus. Jämque & Mercurianus Provinciale mon-
nuerat; Is itaque sexto idus Maji Lucernam appulsus, fundandi Collegii
cum Senatu modum pactaque transfigit. Inter conditiones præcipua erat,
ut alium Societas Fundatorem non agnosceret, quām ipsum Cantonem seu
Rempublicam Lucernensem, ac merito: et si namque ad Patrum sustenta-
tionem exteri quoque Reges ac Principes notabilem symbolam contulerint,
tribuerunt hoc tamen solius Reipublicæ honori amorsque, imò & solerti in-
dustriæ, qua conquirendis pro Societate subsidiis iuvigilavit tum hoc anno,
tum proximè sublequentibus. Principum primus fuit Henricus tertius Gal-
liarum Rex, qui jam anno supra millesimum quingentesimum septuagesimo
quarto, cùm vix suscepta essent de Societatis evocatione consilia, duode-
cies mille florenos appromisit, statimque sexcentorum quotannis floreno-
rum census numerare cœpit. Quid Hispaniarum Rex Philippus secundus, Pedemontii Dux Philibertus, Principes Guiisi; quid Collegiatæ Ecclesiæ Beronensis Canonici, Domus Hizkirchenis Teutonici Equites, Murien-
sis, nunc Principalis, Monasterii ex Divi Benedicti Ordine Religiosi, ad
Collegii positionem collatitii æris suppeditarint, suo quæque loco adnota-
bimus. Ipsi verò Lucernates incolæ, dici vix potest, quām strenuè ac li-
beraliter, ut suum res tota effectum sortiretur, collaborarint, quaterni præ-
sertim fratres, quos nominavimus, Pfisseri; ex his natu major Ludovicus,
qui triginta duabus cohortibus Helvetiorum in Gallia contra Hugonottos
militantium sub tribus Regibus præfuit, facile vel solus triginta florenorum
millia hunc in finem elargitus est. Junii dies fuit undevicesimus, quo
hæc statio Collegii nomen, ac primum Rectorem accepit Martinum Leu-

242.
Mercurianus
consentit.
Hoffæus Lu-
cernam veuit.

243.
Res publica
Lucernensis
Collegii Con-
ditrix agno-
scitur.

244.
Regum, Prin-
cipum, alio-
rum ad fun-
dandum Col-
legium subdia-
conum.

245.
Ipsorum item
Lucernensi-
um, ac pra-
sertim Pfiss-
erorum.

246.
Primus Colle-
gii Lucernen-
sis Rector Mar-
tinus Leuben-
stein.

A.C.
MDLXXVII

bensteinium: is dein Calendis Julii Ludovico Pfiffero, Supremo Reipublicæ Prætori (Schultetum appellant) bilibrem cereum pulchrè exornatum, ac Româ usque ab Jodoro Segeffero missum obtulit, accepti in fundando Collegio à Republica beneficii, & grati pro beneficio animi monumentum, quem etiam Prætor Reipublicæ nomine ac vice acceptavit. Mos hic offerendi cerei adhuc viget, non jam privatim, sed prælente quotannis populo in Æde Divo Francisco Xaverio dicata, Sanctis Simoni ac Judæ sacrata luce.

247.
Oeniponti
Archidux Fer-
dinandus re-
conciliatur
Collegio ma-
gis adhuc ex
adventu Prin-
cipum.

In Bavaria ac Tyroli mutua Principum cognatorum officia in Societatis quoque emolumentum evaserunt. Carolus Archidux Austriae Ferdinandi Ducis Tyroleos Frater, è Styria, quæ ipsi ex hereditate paterna obtigerat, Oenipontum venit, unà cum Conjuge Maria; Bojorum Ducis Alberti filia. Eodem, tantorum advenarum vicinia illecti, ad sororem, affinem, avunculum excurrunt duo Alberti filii Guilhelmus ac Ferdinandus. Tempus fortè inciderat, quo Melchior noster Vitrimontanus primum Deo Sacrum in Templo nostro oblatus erat, ad quod Principes, quos nominavi, omnes cum ingenti Nobilium multitudine comparuerunt. Inter alia, quæ gratissimis hospitibus oblectamenta paraverat Ferdinandus, tragœdia fuit, cuius argumentum Diva Catharina. Hanc superiore jam anno spectatam jussu Archiducis denuò instruximus, sed quam Joannes Schonhovius Belga, qui Halæ degebatur, versu heroico conscriptam longè venustiorem effecerat: quamvis porrò integras octo horas tenuerit actio, nullum tamen spectatores fastidium subiit: tantus lepos in actoribus, quorum plures ducentis, tanta vis movendi in ipso sermone erat: ex hereticis certè ipsis, qui interfuerant, lachrymæ copiosæ sunt elicite. Factum hinc est, ut favores, anno elapso innovatos, multò deinceps exhiberet Ferdinandus ampliores: Porticum sub ipso templi ingressu construi elegantem, æquæductum inventi horto, sumptus pro nostris ægrotis factos suo ære exsolvi jussit. Cùm Nuntius Apostolicus Andreæ Ferdinandi Filio natu majori, quem nuper Gregorius Pontifex Cardinalem creaverat, Galerum Purpureum deferens Oenipontum venisset, Archidux eundem ad Collegium deduxit, ubi scitè ad ornato dialogo exceptus fuit. Filio alteri Carolo Austriaco Moderatorem petiit, accepitque Patrem Henricum Winterum, sub cuius magisterio innata virtutis avitæ semina in tantam excreverunt firmitatem, ut eam sulcus armorum strepitus, nulla castrorum, in quæs Carolus propemodum vitam transegit, licentia, nulla denique ex triumphis, quos contra Turcas non semel retulit, vanæ gloriæ inflatio potuerit convellere. Pientissimus Princeps, cùm Gynzburgi in Burgovia, quæ Marchionatus titulo insignita ejusdem dominatui attributa erat, Religiosis è Divi Francisci Capuccinorum familia cœnobium excitasset, etiam in illorum sepulchreto ac vili & aspero habitu Capucciniano reliquæ pompæ funebris contemptor, tumulari voluit, anno post millesimum sexcentesimum decimo octavo.

248.
Varii ejusdem
in Collegium
favores.

249.
Ferdinandus
Archidux filio
Carolo mo-
deratorem pe-
tit; datur Hen-
ricus Winte-
rius.

250.
Caroli Au-
striaci laudes.

251.
Halensis Col-
legii status.

Cæterum ex restituto in Ferdinandi gratiam favorēmque Collegio lætitiam, ut maximam tota Provincia, ita non minorem Magdalena cepit Ferdinandi soror, quæ non contenta cum fratre Carolo, & cognatis Bojariæ Principibus plurimū collaborasse, ut Archiducem placatum nobis ac denuò beneficium redderet, ipsa etiam in Collegium Halense, urbēmque universam liberalitatem pristinam exercere perrexit. Ternis Scholis novam quartam adstruxit pro infimis literaturæ principiis, dotēmque adjecit, qua eorum magister, ex nostris unus ali posset. Principia quoque Christianæ Fidei hoc anno à Georgio Salbio intra Sacellum Xenodochii explicari coepit non adductæ tantum pueritiae, sed adultæ etiam ætatis imò & senectæ hominibus ultrò accurrentibus, ac disciplinæ tam sibi necessariae

ix traditionem gratulantibus. Senatus ex adverso sub anni finem libros tradidit, diligentia solertia per oppidum conquistos, pestiferâ doctrinâ virulentos, quos læto discipulis Gymnasii spectaculo, avida, ut merebantur, flamma absumpsit. Unum est, quod Sociis, ipsic⁹ Principi Magdalenaë minus lætabile evenit, Hieronymi Natalis abitus. Vir hic maximis in Societate, variisque ejus Provinciis, muneribus, etiam Vicarii Generalis summa cum dignitate, ac virtutis laude gestis, cùm septuagesimum ætatis annum attigisset, impetrata à publicis muniis missione, reliquum vitæ tum præparationi ad mortem, tum illi negotio dicare constituit, cuius effectio- nem jam olim Divo Ignatio gratissimam fore ex ipso Ignatio persæpe au- dierat, rem scilicet spiritui nostrorum, atque etiam aliorum, excolendo perquam utilē facturum, qui ex Evangelii per Quadragesimam, atque etiam diebus per annum reliquum Dominicis in Missa legi solitis meditan- di conscriberet materiam, ita, ut in certos eam locos redigeret, adnota- tionibus illustraret, & iconisimos apponerebat, ex quibus Meditationum præ- ludia, ut in libello Exercitiorum suorum Divus nominavit, facile efformati possent. Huic itaque Beatissimi Parentis desiderio ut satisiceret, Hiero- nymus perficiendo sece operi accinxit, Collegiumque, ubi id elaboraret, Halense delegit. Socium laboris habuit Joannem Sonhovium, è Belgio avocatum, Chalcographos verò, qui in arte typis æneis formas excuden- di erant eo tempore celeberrimi, atque etiamnum maximè æstinati Wier- xii terni, Collartus, Davosius. Triennium Halæ versatus est, vitam quo- que, si licuisset, ibidem positurus: sed, cùm morbis tentari cœpisset, Mo- deratorum voluntate, tantum virum, quam diutissimè possent, servare cu- pientium, in Urbem hoc anno rediit, unā tamen referens præclarissimam æstimationem de Provincia nostra, ac ingenti, quam in Germania Supe- riore pro Ecclesia poneremus, operæ pretio: quamvis æquum esse agno- scamus, ut laudem hanc in præsens quoque mereri, quam ex præterito ja- stare malimus. Cæterū haud diu Romæ superstes fuit Hieronymus, an- no pòst tertio ipsa Resurgentis Christi Dominica die extinctus adeò pie, ut copiosam Romanis nostris de illo scribendi materiam reliquerit.

Reduces ex Tyroli juniores Bojariæ Principes, ut idem genus hono- ris, quo Oeniponti excepti fuerant, Monachii vicissim adventuris paulò pòst Ferdinando & Carolo avunculis rependerent, negotium, volente sic Alberto patre dederunt nostris instruendæ, quanta possent, magnificen- tia, Actionis scenicæ: delecta pro argumento est è Sacris Bibilis historia Estheris, pro Theatro forum rursus in urbe maximum, rursumque, ut ante tres annos, tempus triduanum, pompa verò longè major: ut Regis Assueri opulentia quadantenus oculis repræsentaretur. Prolatum fuit ex Thesauro Principum, quidquid peristromatum, unionum, gemmarumque, pretiosissimarum item vestium, à seculo non uno duntaxat, fuerat recon- ditum: cibi ad oculorum magis quam gustus illecebras effecti in mensam regiam illati sunt centum, & sexaginta, aureis omnes, argenteisque in pa- tinis: musices concentus; rituum in creando antiquitù Persarum rege eru- dita imitatio, vestitus peregrinitas, Pyrrhichen saltantium grata horriditas, sermonis denique ac sermocinandi, & gestus ad sermonem accommodan- di venustas ea fuit, ut spectasse cum maximo applausu universæ multititudini, quæ erat maxima, fuerit volupe, sumptuum pœnituerit neminem, quos plurimi, Nobiles præsertim, spectaculi famâ exciti, in itinera remotis è locis expenderant non modicos.

Principi Alberto ita hæc juventutis in Scena exercitatio placuit, ut in cogitationem venerit, novi contubernii (Convictum nominant) pro Adolescentibus Scholaisticis erigendi, quem in finem ædes Gymnasio pro-

252.
Hieronymi
Natalis Hale-
commoratio,
abitus, obitus.
Ximenes in
Prefat ad
librum.

Hist. Soc.
P. IV. L. 8.

253.
Monachii ex-
hibetur ma-
gnifica actio,

254.

Albertus Cor-
tubrium
Convictorum
moltur.

255.
Hoffæus con-
cionatur ad
aulam in
Quadragesi-
ma.

256.
In Paracese
sepulchrum
Christi cre-
atum in aula
Gymnasii.

257.
Mos paulatim
introductus
cencionandi
quot diebus
Dominicis ac
festis.

258.
Augustana
Nobilitas in
Domum
Landsp-
ergensem bene-
ficia.

259.
Georgius
Schornius
primus Con-
cionator
Landspergæ.

260.
Dilingæ So-
dalitatis Ma-
riane incre-
menta.

261.
Collegii Di-
llingani Re-
ctor Theo-
doricus Ca-
nius, &

pinquas coëmi, exstruique alias absque mora jussit. Scenam atiam, & quidem ex ipsa argumenti materia pietati accedendæ propius idoneam paravimus in Quadragesima: Cùm enim rogatu Principis Paulus Hoffæus, et si Provinciæ Præpositus, rursum per verni jejuniæ dies in aula concionatus ultima præcipue hebdomada de Servatoris nostri cruciatibus tenerrimo animorum motu perorasset, ut eundem ardentiùs inflammaret, in per ampla Gymnasii Exe- dra Christi sepulti memoria lugubre monumentum erexit. Novum propè illis ætatibus inventum, in Monacensibus certè templis ad id usque temporis inusitatum, salubre tamen. Accitæ obseratis valvis tenebræ, pullati nigris tapetibus ipsi parietes, interlucentia funalia, ut adjuncta sepulchro cerni pos- sent picturarum mysteria, triste silentium, nisi, cùm per intervalla mœstus cum modulis musicis lessus intersonaret, sacrum mox horrorem subeuntibus incusserunt, simûlque animum ad commiserationem erga mortuam mundi vitam, & alios, qui commiserationi huic esse comites solent, pios affectus excitârunt; Ad rusticam in vicinia plebem, & Catechesis & Concio ha- bita per quam frequenter, paulatimque mos introductus, qui hodie per su- periorem, inferiorémque Germaniam viget, dicendi ad populum diebus festis Dominicisque ferè omnibus, quod quanto fiat animarum bono, ut- nam aliis quoque nationibus experiri lubitum esset.

Augustæ Vindelicorum quantus Nostrorum labor exstitit ad animarum tutelam, qui fuit sanè in ea operarum paucitate maximus, tantum è diverso erat de fundando Collegio silentium, tanta adhuc silentii hujus solvendi immaturitas; quapropter, qui Societatem verè amabant, eidem ubicunque demum existeret, benefacere studuerunt: præcipue postquam ex Roseffio intellexerunt, Helfensteinum Landspergæ, quæ milliaribus duntaxat qua- tuor Augusta distat, Domicilium nobis moliri. Jacobus Fuggerus Dynastiz Lederensis, quam à Rehlingeris emerat, Dominus, cùm Landspergensis no- stræ Domus structuram inspecturus in vicinum hortum oculos conjectisset, percontatus, an noster esset, ubi, alienum esse audierit, mille mox florenos ei coëmendo per Roseffium submisit. Fuere & alii ex Fuggeris in locum hunc non mediocriter benefici, ut Octavianus & Antonius secundus, Con- juges item, Marci, Sibylla Ebersteinia, & Joannis, Dorothæa Fürstem- bergia; ex Patriis Augustanis Achilles Illungus, & Chrysostomus Peuttin- gerus, Carolus Imhofius, ac præcipue Genovefa Langenmantelia, quæ mul- tam suppelleat ilem, domesticam simul & sacram, quaterna idem florenorum millia ad templi fabricam dono dedit. Schwikardus Comes, ut Societatis prægustandæ civibus occasionem panderet, petiit ab Hoffæo virum concio- nibus habendis idoneum. Missus est Georgius Schornius, Oeniponto re- dum, qui primùm quidem in Sacello arcis, ac brevi post in parœcia è suggestu dixit utilissimè.

Dilingæ in Suevia secundo cursu secundum ab institutione annum trans- egit Mariana Sodalitas: præter alia pietatis exercitamenta novum hic & in- usitatum, ut proximis deinde annis etiam alibi factum est, spectaculum edi- dit, publicè ultimis Quadragesimæ diebus flagellis sese cædentiū. Grego- rius Pontifex, intellecto, quæ insigñem Adolescentes, qui in Sodalitate erant, in virtutis studio profectum facerent, ut hunc, & magnopere sibi æsti- matum ostenderet, & simul acueret, missò Româ usque honorifico diplamate Congregationem multo sacrarum Indulgentiarum thesauro locupletavit. In Collegii ædificio quædam ad salubrem magis & commodam habitationem instaurata sunt. Ut ita fieret, necessarium esse visum est, postquam ipsum Collegii pretiosissimum caput Theodoricus Canisius ægrotare cœpit, atque adeo quidem graviter, ut, cùm post DEum in sola aëris mutatione & Au- gustanorum Medicorum peritia recuperandæ valetudinis spes reposita vide- retur

retur, Augustam eum deferri Moderatores voluerint, quò tamen non ita MDLXXVII.
pòst etiam ipse, qui id jussérat, Paulus Hoffæus eadem ex causa delatus est. 262.
Utriusque valetudo deplorata erat: convaluerunt tamen ambo, Divinâ po- Paulus Hof-
tiùs, ut Augustani tunc Domicilii Annales testantur, quàm humanâ ope: fæus Provin-
Hoffæo præterim admiranda alterius charitas in multos adhuc annos vitam cialis peri-
exoravit simul & prorogavit. Joannes Rastellus, quem digresso Romam cultè decum-
Rabensteinio Ingolstadiensis Collegii gubernandi vices suscepisse nuper di- Joannes Ra-
ximus, intellecto Hoffæi discrimine, secum reputans, quantam ex hujus viri stellus pro-
obitu jacturam universa Provincia passura esset, primùm quidem aliorum cedaneam se Hoffæo suc-
Collegiorum Socios scripto adhortatus est, ut servidas preces, ac volunt- offert DEO
riæ castigationis opera Numini pro impetranda ægroto salute crebrò offer- hostiam,
rent, tum Anglipolitani Domicilii incolas ad diversas insuper sacras ædes,
cœlestibus prodigiis celebres, circumvniſit, eandem à Superis gratiam effla-
gitatum. Denique vehemens impulsus sese ipsum Numini succedaneam pro
Paulo hostiam offerendi mentem subiit. Cohoruit primò ad pulsationem
hanc animus, neque temerè tamen pellendam arbitratus, rem & secum, &
cum arbitrio conscientiæ aliquando non sine anxietate expendit, sed tan-
dem reluctantis naturæ viætrix evasit charitas. Templum est Ingolstadio qua-
tuor horis diffitum, eò loci conditum, in quo olim pecora in poplites pro-
cidua inclusam à simplici pastore Divinam Hostiam prodigiosè adorârunt.
Remotus, aut Major hodie Salvator appellatur, ad discriminem alterius tem-
pli, Ingolstadio propioris, quod Salvatoris Minoris nomenclaturā venit. Ad 264.
illam igitur ædem miraculis celebratam, pedes Rastellus abiit, impensèque Et exauditus
oravit, ut, quod ipse constituisset, DEus ratum haberet, mori se cupere,
ut hac viætima voluntaria placatum Numen Hoffæum Provinciæ tam utilem
Mundi Servator servaret incolumem. Res mira! eadem luce, qui sanus exiit,
ægrotans rediit, quin & sub idem tempus, quo, ut postea notatum, Au-
gustæ morbo levari cœpit Hoffæus, atque celeriter convaluit, Ingolstadii
Joannes illo ipso, quo Hoffæus periclitatus est, correptus morbo, intra
pauculos dies, videlicet decimo septimo Calendas Julias, ad præmia magna-
rum, quibus excelluit, virtutum, ac mercedem evolavit illis destinatam,
qui charitate, qua major non est, animam suam ponunt pro amicis suis.
Restitutus valetudini ac Provinciæ Hoffæus Petrum Canisium, qui Mariale
suum, seu librum de Matre Virgine, opus gravi, solidâque eruditione com-
mendatissimum jam absolverat, in gubernanda Provincia, expediendisque Petrus Canis-
negotiis Adjutorem ac Socium assumpsit, fratrem verò ejus Theodoricum, sis fit Socius
qui & ipse jam pares obeundis muneribus vires recuperaverat, Collegio In. Provincialis.
golstadiensi Prorectorem, quasi commodatò tantisper dedit; cùm enim simul Theodoricus
Collegii Dilingani Rector esset, haud eum rogantibus, qui illic erant, Sociis Canisius redit
denegari posse visum est. Itaque sub Autumni initium eò rediit, modera- 265.
toris interim vices agente Ingolstadii Hieronymo Torrensi, donec tandem Succedit In-
literis Romanis significatum est, Joannem Rabensteinum, quem Congrega- golstadii
tioni Procuratorum interfuisse diximus, haud redditurum Anglipolim, sed Volkus,
prefuturum Sociis Oenipontanis, Ingolstadiensibus verò Windelinus
Volkium, qui hactenus Collegii rem familiarem curaverat. Isdem ex Oeniponti
Urbe literis jussus est Lucas Pinellus, qui convictores & Principis alumnos Rabenstei-
regebat, abire Musipontum in Lotharingiam, futurus ibi Theologiæ Do- nius. Pinellus
ctor; successit in Officio Ferdinandus Alberus, &c, hoc ad Officium Ministri
post pauculos menses ad Collegium Monacense translato, Otho Eisenreich;
qui ambo sub hujus anni exordium cum Mathia Mario, seu Mairhofero ac 266.
aliis decem Sacerdotio iniciati, jam experimenta dabant, quàm habiles tra- Otho Eisen-
Standis gubernandisque mortalium animis forent. Et Eisenreichius quidem reich Sodali-
vix bimeltri convictoribus præfuit, cùm facile illis perfusit, ut Dilingano- tatis Marianæ
rum Au&or. erigendæ

A. C.

MDLXXVII.

rum exemplo in Sodalitatē coadicerent, Dei Deiparatō cultū peculiariis virtutum exercitiis augendo instituendām. Viginti, primū habita solerti lustratione, in costum hunc admissi, qui in Albertinē Collegio vel Convictores, vel Alumni degebant: Datus illis primus est Pr̄fes is, quem nominavi, Mairhoferus, qui quantā probitatis ac doctrinæ extiterit, olim videbimus. Academīa multa hoc anno Nobilitas; ex hac pro veteri more, quo Scholastici etiam ex illustrioribus familiis Rectoris Academicī munere condecorari solebant, id officii gessere Marcus secundus Fuggerus, Joannis itidem secundi filius, & Joannes Wolkensteinius. Hic ex vetustissima Wolkensteiniorum in Tyroli Baronum, nunc Comitum stirpe descendērat: de priore Valentinus Rotmarus æqualis illorum temporum Scriptor ita memorat: Admirandæ indolis adolescens est, præclarisque animi & corporis ornamentiis illustris. Literatura ferè omnis tradebatur magnā iudicā: ne plena esset doctrinarum Universitas, id intervenerat, quod scholæ Hebraicæ Professor, qui tunc externus erat, nescio quibus ex causis selec̄tus subduxerat: conquisitus fuit alius, non inventus; itaque multū rogaverunt Provincialem Patres Academicī, ut è Sociis aliquem Grammatices Hebraicæ Magistrum submitteret; assensit tandem Hoffæus, ac Balthasarem Hagelium labori huic admovit. Venerat iisdem diebus Ingolstadium Princeps Albertus, qui cùm alia clementiæ signa, tum singulare beneficium erga Alumnorum, nostrūque Collegium præstisit. Nobis haud tantū non flagitantibus, sed ne conscius quidem, Senatum evocavit urbicum, & præsente etiam Academīa Magistratu, per Ferdinandum filium indicari jussit, yelle se, ut imposterum & nostra & Alumnorum suorum domicilia libera forent à tributis, quæ ob carnium emptionem in macello publico, ac cerevisiæ procreationem recens Dux ipse ob patriæ necessitates urbi cæteræ impo- suisset. Compertum subinde est, multum operæ in procurando hoc privilegio, contrà, quām nonnulli obniterentur, præstitum fuisse ab Erasmo Vendio, Principis Consiliario, tam boni publici, quām Societatis perquām studioso. Verū, si quidquam Principis erga Societatem amori satis esse potuisset, complementum is beneficentiae erga domum Anglipolitanam hoc anno addidisse videri poterat. Habitabant Collegium Socii circiter quinagēni: ad septuagenos augere aleréque statuerat Albertus eō fine, ut si plura progressu temporis consurrecta essent Collegia, unum aliquot tota Provincia haberet Seminarium, in quo juvenes nostri literis tam Theologicas, quām Philosophicas majori ob multitudinem profectus æmulatione instruerentur. Ad externorum quoque respectabat utilitatem, ut paratos videlicet eorundem ex Nostris studiorum Socios haberent, quibuscum privatim sele in literis exercitarent, & quæ in scholis audierant, scriperantve, re- peterent; cuius sanè ingentis commodi oportunitatem Philosophiae pariter ac Theologiae studiosi omnes, modò ipsi socorditer haud negligant, vix non quotidie inveniunt oblatam patentissimè. Videre poterit, qui volet, quām diebus propemodum singulis pergulae Collegii, veluti Peripatus quidam, acri concertatione personent horam ferè integrā; præterquam, quod qui in Theologico decurrunt stadio, usq; ad quartum curriculi annum ter quāvis hebdomada in aulam Gymnasii conveniant, at disputationibus in circulum euntibus, eruditiois periculum & mutuo sumant, & specimen vicissim præbeant. Jam anno superiore Diploma hoc de augendo Sociorum numero conscriptum fuerat, sed dum accurata deliberatione expenditur, menses aliquot prætereunt: interim Hoffæus morbo, quem diximus, vix non ad extrema deducitur, qui pro Collegio Anglipolitano magnopere sollicitus, longè sibi faciliorem fore mortem asseveravit, si negotium de Ingolstadio penitus absolutum intelligerer. Exposuit per literas Alberto Principi viri desiderium

268.
Academīa
Nobilitate
floret.

*Brandis in
Eorol. Tyro-
lensi. Rotmar.
An. Ingolf.*

269.
Professor He-
braicæ rursum
unus è No-
tris.

270.
Albertus Princeps
Collegium Convi-
ctorum ac
Societatis im-
mune pro-
nuntiat à cer-
tis tributis.

271.
Et literas
tandem fun-
dationis so-
lenniter ex-
pedit.

272.
Quibus No-
strorum nu-
merus auge-
tur.

273.
In bonum
tum Provin-
cias, tum ex-
ternorum,

A. C.
MDLXXVIII.

derium Canisius, cui ille gratificari gestiens, Diploma, quod rogabatur, confessim suo firmatum nomine, ac sigillo munitum expediri, mittique Augustam jubet, quod & factum. In illo Dux adductis primùm rationibus, cur plures è Societate Anglipoli sustinere decrevisset, summam, quæ eo tempore suffectora comparando vieti credebatur, assignat ex redditu vestigium Ingolstadii, ac Monachii colligendam: concedit dein duraturam in perpetuum exemptionem ab omni, quacunque appellatione veniret, tributo, & quocunque tempore, quacunque ex cœlia cuicunque demum aut impositum jam esset, aut imponeretur futuris temporibus: quin & alia adhuc privilegia liberimānque & plenissimam rerum ac bonorum, quæ jam haberet Collegium, aut accessura imposterum essent, possessionem pro alendis pluribus Sociis confirmat, & cum ejusdem, de quo memini, à tributis qui buslibet exemptionis privilegio, ratam ac salvam habendam tuendāmque adversus omnes in contrarium machinationes suscipit, & in omne ævum etiam à Posteris tuendam sancit, ac declarat, quemadmodum pluribus cernere est in ipso diplomate, quod integrum in Wigulei Hundii, qui huic ipsi De-creto confiendo adhibitus fuit, Metropoli Salisburgensi expressum est.

Hundii Mo-
trop. Salis-
burghensis.

Continuavit optimus Princeps etiam sequente anno cumulatissimos fa-
vores suos in Societatem, ac Monacense præsertim Collegium; quod nova identidem fructus spiritualis exempla Monachii cerneret. Mense Januario probiores quidam è Gymnasio discipuli haud modico numero, cùm intellexissent, quæ Sodalitates lib. Marianis Auspiciis Dilingæ, & Anglipoli

nuper suscitatae fuissent, in eam mentem convenerunt, ut & ipsi parem cœ-
tum erigendi facultatem peterent: Concessa est haud gravatè: sed magno

Laus Joachi-
mi Fuggeri &
Jacobi ejus
Patris

cum delectu: quare initio undenis duntaxat Sodalibus stetit Congregatio. Primus inter hos eminuit Joachimus Fuggerus filius Joannis Jacobi, illius nempe, qui (verba Imhofii ad numero) summus Musarum Patronus

Nosit. S. R. L.
omniūque liberalium studiorum auctor & admirator Bibliothecam à pa-
rente cœptam insigniter auxit, résque Austriacæ familiæ vernaculo sermo-

ne in Historiam contulit, auctam dein atque expolitam ab Joanne Sigis-
mundo Birkenio. Augustæ Consulatum gessit, postea verò empto perele-

ganti in Bavaria vico Taufkirchâ Alberto Bavariæ Duci operam suam addi-
xit, Consiliarii & Cameræ Aulicæ Præsidis munere apud eum functus.

Amorem Societatis, quo Joannes Jacobus eam complexus fuerat, etiam filii ingeneravit, quod post biennium cernemus, cùm de gestis Augustæ dicendi locus erit. Joachimus ipse postmodum Guilielmo Duci à Confi-

liis Tetrarchiæ Straubingensis Vicarius, seu, ut appellant, Vice-Domi-
nus exstitit. Primus Sodalitati Præses datus est Casparus Hayvodus Di-

Lingæ submissus, qui singularis Deiparæ cultor nihil prius habuit, quām ut à Bartholomæo Pontificis ad aliquot Germaniæ Principes atque inter hos

ad Albertum Legato, Purliliorum, seu ut hodie appellantur, de Portia & Brugnara Comite approbationem Sodalitatis obtineret, quod is non mo-

dò diplomate gravissimo præsttit, adjecto sigilli publici in cera rubra usur-
pandi privilegio, verū etiam ipse Sodalitati adscribi voluit, magno in

quamplurimos exemplo: nam sub ipsa hæc primordia in cœtum hunc no-
mina dederunt Georgius Rauchius ex Ordine Divi Benedicti Abbas Zwi-

faltensis, & Ninianus Winzetus ex eodem Ordine Abbas ad Sancti Jaco-
bi Scotorum Ratisbonæ, Joannes Baptista Medicæus, Minutius de Minu-

tiis à Seravalle, Joannes Baptista Guidobonus, Ducus Consiliarius, plu-
résque alii nobilitate & officiis illustres. At præ cæteris insigne pietatis

specimen edidit Georgius Lautherius: legem unanimi consensu Sodales tu-
lerant, ut, quoniam eo tempore multorum adhuc suspecta erat Religio, nemo in Congregationem admitteretur, ni antè palam in conventu Fidei exemplum

276.
Sodalitatis
Monacensis
increments.277.
Georgii Lau-
therii novis,
dolis illustre

Pro-

A. C.
MDLXXVIII.

Professionem ex formula Tridentini fecisset, exceptis iis, de quorum religione ob personæ, quam gerebant, conditionem dubitare nemo vellet, possetve. Lautherius, quamvis jam tum Theologiæ Doctor, Princis Consiliarius, quin Collegii Canonici ad Divæ Virginis Præpositorus summae omnibus venerationi esset, monitusque non semel fuisset quam humanissimè, lege, quam memoravimus, eum haud obstringi, teneri se tamen non passus est, quin præsentibus viris nobilibus, cœrûque universo pro volutus in genua & Fidei Professionem ederet, & usitato Sodalitatibus Sacramento Deo Deique Matri, ut Dominæ ac Patronæ suæ perpetuam servitutem addiceret.

278.
Primus ex Sodalitate moritur Barthol. Portia. Ejus exequiz.

Primum ex Sodalibus exequiali luctu prosecuta est Sodalitas, qui primus eam pro Sacra potestate confirmavit Bartholomæus, de quo suprà, Purlilius, cuius mors, quæ Pragæ in Bohemia contigerat, cum Monachium fuisset munitata, Aula Gymnasii functioni Exequiarum delecta est, in qua mortualis suggestus multis collucens facibus ambiebatur ab Ephebis pullo induitis habitu: Sacro funebri congregati adstitâre Sodales, mœstum accinuere ex Principis Aula Musici, ipséque Orlandus Lassus Musices Rector, atque hujus artis ea tempestate inter choragos facile princeps. Celebrata sunt pro defuncto complura alia Sacra, extâque ingens catalogus piorum operum, quæ in demortui subsidium exercenda Sodales adnotarunt, quin & à Dilingano quoque & Ingolstadiensi Sodalito, quibuscum recens in sacrum fœdus coiverant, pia suffragia efflagitârunt. Bartholomæo, qui in Legatione, idem & in Congregatione successit Felicianus ex Familia Sancti Dominici Episcopus Scalenis: novas hic concessit Indulgentias, novosque suo exemplo Congregationi adjunxit viros doctrinæ gradibus, atque officiis honoratissimos. Videri queat, Albertum Principem tam faustis Sodalitii Mariani primordiis, prosperisque incrementis excitatum fuisse, ut ipse pariter, quod anno elapsio Juvenum moliri cœperat contubernium, omni sedulitate maturaret.

279.
Felicianus novus Pontificis Legatus novus Sodalis.

Certè domus in hunc finem coempta jam sic aptata diversis cubiculis, sic instruta sub Autumnum fuit suppellestili, ut ipsâ Divo Michaëli Festa die immigrare habitatores potuerint, unde domicilio huic Convictus Sancti Michaelis fausto omne, ac cœlestibus auspiciis nomen est inditum: triginta novem suèrè primùm convictores, inter quos multi prosapiâ nobiles: Præpositorus illis fuit ex Collegio Michael Maiorius, dati adjutores Georgius Rhetius cum Othmaro Schinauer. Pro felici habitationis ingressu, ut monstrarent, quam ad veræ fidei defensionem seria mente erudiendi accessissent, joculari ludo extempore tribunal in area Gymnasii statuerunt: comportati ad hoc fuerunt libri facile bis mileni, variarum hæreseon dogmatis infarti; Actores dein prodiere in scenam, qui, quantum orbi universo pestifera hæc scripta nocerent, nocuissentque, multis argumentis conficerent: admissi etiam defensores, sed cum hi profligatam causam tueri non possent, judicum sententiâ & quæsitorum calculis & libri, & præcipiuus illorum autor, in sua saltem effigie, ad rogum suèrè condemnati. Luxit mox quam feralis voluminibus, pyra, tam festiva adstantibus, debitâque pridem flammis pabula certatim accumulatibus, haud cum tumultu tamen, sed eruditis quoque acroamatis & Epiniciis intersertis, magno orthodoxorum ex omni statu spectantium applausu, magnō, sed inutili Heterodoxorum, qui forte transibant, fremitu, & indignatione. Quartus ac decimus jam fluebat annus, ex quo Dominicus Menginus Collegio præfuerat ingenti cum laude, & gratia, quâ apud Principes valebat, in Collegii quoque emolumenta redundante. Sed quia Guilielmo Princi ac ejus Conjugi Renatae, utpote Lotharingæ Lotharingus à confessionibus erat, necesse habuit abesse frequenter, & Landishutum, aliósque in locos cum illis proficiisci: unde crebris apud Everardum

280.
Convictores in contubernium S. Michaelis immigrant.

Gen-

281.
Et eruditos Ludos edunt

qui, quantum orbi universo pestifera hæc scripta nocerent, nocuissentque, multis argumentis conficerent: admissi etiam defensores, sed cum hi profligatam causam tueri non possent, judicum sententiâ & quæsitorum calculis & libri, & præcipiuus illorum autor, in sua saltem effigie, ad rogum suèrè condemnati. Luxit mox quam feralis voluminibus, pyra, tam festiva adstantibus, debitâque pridem flammis pabula certatim accumulatibus, haud cum tumultu tamen, sed eruditis quoque acroamatis & Epiniciis intersertis, magno orthodoxorum ex omni statu spectantium applausu, magnō, sed inutili Heterodoxorum, qui forte transibant, fremitu, & indignatione. Quartus ac decimus jam fluebat annus, ex quo Dominicus Menginus Collegio præfuerat ingenti cum laude, & gratia, quâ apud Principes valebat, in Collegii quoque emolumenta redundante. Sed quia Guilielmo Princi ac ejus Conjugi Renatae, utpote Lotharingæ Lotharingus à confessionibus erat, necesse habuit abesse frequenter, & Landishutum, aliósque in locos cum illis proficiisci: unde crebris apud Everardum Gene-

282.
Dominicus Menginus Re-
ctoris munere liberatur.
Succedit Ferd.
Alberus.

Generali precibus institit, ut Rectoris officio liceret decedere. Exaudi-
tus tandem est hoc anno, & regendò Collegio impositus Ferdinandus Al-
berus Ingolstadio excitus. Is, quanquam nondum ætate proiectus, gra-
vi tamen prudentia, ac amabili simul genio, & religiosa sinceritate brevi
in Ducis animum insinuavit; unde is & vinum omnes, quo ad sacrificia ute-
bamur, sua ex cella subvehi jussit, & ut horti spatiū majus, quo ob incola-
rum copiam indigebamus, nancisceremur, præsentācūm as vicinis cœno-
bitis exolvit, atque ita effecit, quod Sancti Augustini votum erat, ut, cum

A. C.
MDLXXVIII.

angustiarentur vasa carnis, dilatarentur spatia caritatis religiosæ. Quam-
vis haud diu post habitantium numerus multo evaserit contractior, postquam
videlicet mense Mayo septendecim Novitii cum Magistro suo, uti videbi-
mus, alio migrarunt. Cum hoc anno rursus in Aula Gymnasii ultimis
Quadragesimæ diebus memoriae Christi pro nobis mortui sacrum monu-
mentum exstructum fuisset, Albertus, qui cum tota Aula ad illius venera-
tionem accesserat, hac simul occasione Gymnasii tocius fabricam scholás-
que omnes, in quibus plures jam sexcentis numerabantur discipuli, quod
a se quidem ædificatas nunquam tamen hactenus inspexisset, lustrandas sibi
sumpserit. Allocutione, qua ob regiam planè in hoc ædificio munificentiam,
& omnigena, quæ inde prodeunt, beneficia, Patriæ Patri grates diceban-
tur, ita oblectatus fuit, ut subinde, cum novus Româ à Pontifice Nuntius
advenisset, Princeps cum duobus filiis in Collegio pransurus Nuntium pa-
riter. quem unâ adduxerat, ab oratore nostro consimili salutatione hono-
rari voluerit. Ad catecheses in urbe addita fuit nova, in domo glendis
pauperibus pupillis fundata. Magnam quoque metendæ segetis spiritualis
copiam mensis September dedit, quo publicatum fuit Jubilæum excitan-
dis in commune populi Christiani precibus pro avertendo ingenti discrimi-
ne, quod Religioni imminebat ex bello, quo Batavi contra Regem suum
Philippum insurrexerant. Ad nobiliores hujus Jubilæi fructus referendum
est, quod foemina multis inquinata flagitiis, quæ tamen in Confessione re-
ticuerat, morbo ad mortis viciniam adducta, cum terribili viro ad scele-
rum poenitentiam fuisset impulsa, evocato Nostrarium uni primùm qui-
dem extra Confessionis Sacramentum multa arcana, ad aliorum quoque
emendationem proficua, indicarit, subin accurata noxarum enarratione &
Confessionis Sacramento ad Sacerdotalem absolutionem & insecuram brevi
mortem sese præpararit.

283.
Albertus Prin-
ceps pergit
Monacensi.
bus benefice-
re.

284.
Gymnasiū
a se exstru.
etum inspicit

285.
Jubilæi fru-
ctus.

Ingostadii, quanquam ob prosperos rerum successus esset, cur ingen-
tes Numini grates deberemus, inter damna tamen censuimus jacturam Mar-
tini Eisengreinii. Incomparabilis hic vir, Cleri decus, indefesso Religionis
tuendæ studio meritus fuerat, ut non modò Academæ Ingolstadiensis
Procancellarius, verùm Ecclesiæ pariter Oettingæ Veteris Præpositorus crea-
retur. Societatem amavit intimè, quam propugnavit contra æmulos de-
fensor ubique strenuissimus, summè hanc Ingolstadiensi Scholæ, uti palam
prædicabat, utilissimam; Cum Nostros Philosophiæ & humaniorum litera-
rum Magistros ob causas, quas meminimus, Monachium transmigrasse vi-
dit, acerbissimè indoluit, nec antea quievit, donec omnia, quæ redditum
tardabant, amoliretur obstacula. Tam sanctè pro Societate, quin & uni-
versa Ecclesia stylo etiam, atque editis libris desudantem variis invaserunt
morbi, quorum tanta fuit malignitas, ut, licet quadragesimum secundum
ætatis annum non egressus, succubuerit tamen: Piissimè morienti adstite-
runt tum alii nostri, tum Wendelinus Volkius Collegii Rector, habitaque
parentalia sunt viro de Societate universa quād optimè merito, ac præser-
tim de Collegio Anglopolitano. Huic enim ex Eisengreinianis legatis,
quæ varia variis cœnobiosis templisque obtigerunt, centum floreni sunt tra-

Martinus Ei-
sengrein In-
golstadii mo-
ritur.

A.C.

MDLXVIII. diti augenda Bibliotheca, hortas item, & gemina porticus. Sed & Ecclesia curata fuit incrementum virginis tribus hereticis ad illius gremium reductis,

287. inter quos aliqui fuerint nobilitate insignes. Congregatio sub auspiciis ac Titulo Matris Christi in templo offerentis, qui nunc ab Angelo Mariam salutante desumptus est, anno superiorē inchoata tot jam capitibus increverat, ut dividere in geminas oportuerit, majorem unam, minorem alteram, ita vocatas, quod illa Rhetoricæ, & quæ hac altiores scholæ sunt, studiosos complectetur, hæc verò Rheticâ inferiores discipulos contineret, quamquæ progressu temporis consultius visum fuerit per universam Provinciam illos, qui ad Philosophiaæ studia necdum admissi sunt, nondum quoque ad majora Sodalitia admittere. Memorâ haud indignum ad hoc tempus referunt Congregationis Annales. Sodalis, Magnæ Virginis magnus Venerator, in more positum habebat quotidiè precandi formulâ, quam Officium Mariz majus Ecclesia appellat, Dominam suam honorare. Quod eousque constanter usurpavit, ut, cum etiam Ingolstadio discedendum aliquando erat, pie tatis suæ hoc pensum vel in itinere persolveret. Semel tamen prævalescenti tædio succumbens sat litaturum se colendæ Virginis existimabat, si omisla Officii Lectione Salutationes Angelicas Coronæ Marianæ ex memoria, faciliori utique oportunitate, recitaret. Verùm enī eventus docuit, tum sanctam gratam Deiparæ hanc precationem futuram fuisse, si eam ita fecisset, ut alteram, cui piè assueverat, non omitteret. Dum nescio quâ mentis evagatione imprudens sonipedi frenum permittit, à recto tramite in loca avia, fossis plena & lacunis, desertur. Advertit errorem denique, sed quod ultrius tendendum sit, non videt: & progredi periculose, & regredi; dum itaque veluti Labyrintho inclusus hæret, supplex ad Deum, Deiparāmque, veram scilicet, ut cum Magno Constantino Græci appellant, Hodigitriam, animum convertit: hic mentem subit, aberrationem hanc ideo permissem esse, quod consuetum & serio dudum animo propositum colendæ Virginis morem levicula nimis ex causa mutaverit: è vestigio culpam deprecans, votum nuncupat Marianii Officii quotidie imposterum persolvendi. Et ecce! nescius omnino, qua id ratione fieret, unà cum equo, cui insidebat, restitutum se videt calli tritissimo, quem insistens brevi locum, quem petebat, tenuit.

Dilingæ stadii Philosophici meta, ad quam hactenus biennio pervenire batur, ad triennium extensa est, nempe, quod Aristotelis quoque Metaphysica, seu doctrina de anima tradi sit cœpta. Unde confiendo Philosophiæ cursui tertius pariter annus concedi debuit. Ex hoc curriculo multi ad variros Religiosorum Ordines, tum ad Societatis tyrocinium admissus fuit nobilis è Polonia adolescens, sed qui, dum retrò respiciens ab aratro manum traxisset, miserrimè postmodum in patria trucidatus fuit. Ut erudiri possent arte Mathematica, si qui hujus desiderio tenerentur, Illustrissimus Vir Baumgartnerus tres Sphæras Astronomicas aliisque instrumenta, præsertim Astrolabium, quo ipse Stopherus primus inventor usus fuerat, Academiæ dono dedit.

290. Venerandus Gablerus liberos hereticos conqueritur, & cremandos addicit. **291.** Instrumenta Mathematica donata. **292.** Oenipontani Collegii felix status.

Venerandus vero Gablerus Medicinæ Doctor, quem olim cum Udalrico Helfensteinio ad Orthodoxam fidem Canifii operâ rediisse narravimus, ut erat nunc promovendæ religionis, & animarum non minus, quam corporum sacerdotiorum studiosissimus, ut Academiæ juventuti fomenta errorum subtraheret, plenum conquisitus undique libris hereticis carrum in Collegii ædes submisit, quos promeritis subin flammis damnaremus.

Oeniponti pergebat benignum Numen continuandis favoribus præteriorum annorum molestias compensare. Principes tam nostri, quam qui ad hos inviserunt, exteris, Legati item Pontificii Romæ, ultrò citroque commeantes crebro ventitabant ad Collegium. Dorothea, Renatæ Guilielmo Bavaro nuptæ soror,

Soror, Ducus Lotharingiae filia, Erici secundi Brunswicensium Ducus M^a-
rita, cùm ad Sacram Hostiam Seefeldæ, non procul Oeniponto dissitæ, pro-
digis venerabilem, peregrinata esset, Collegii Rectorem Rabensteinum
accersit, à quo & ipsa, & totum ejus Gynæcum facta confessione noxa-
rum, solutionem ab iisdem, ac dein Eucharisticum panem excepit. De
multum nobis addicta Nobilitate singularia memorantur benevolentia atque
etiam in templum & Collegium beneficentia monumenta, Georgii Comitis
Turriani, qui secundus ab Archiduce, & Joannis Schneebergii, qui Can-
cellarius fuit, Annæ item Comitis Spauriæ, & Illustris Matronæ Brandisiæ.
Fuit inter primos Tyrolenses familiæ, & inter Aulicos officio, vir admodum
pius Erasmus Heidenreichius: is duodecimo Aprilis repentina morte dece-
serat: nocte, quæ secuta est, Collegii Rector strepitus, repetitò veluti tu-
multu pulsantis supra cubiculi tabulatum audit. Surgit & proximè adhabi-
tantem excitat: ambo eas pulsationes claras, crebrásque exaudiunt: mira-
tio horrore mixta utrumque subit, tum Rector, si hæc, ait, Erasmi anima
est, opem flagitantis, curabo, ut crastino mox die universi, qui in Colle-
gio sumus, sacrum pro ea piaculare offeramus: momento omnis cessavit
pulus: nec deinceps tumultus nocturni quidquam auditum est, at neque ul-
lus domi fuit, qui non altero manè Sacrificium pro defuncto religiosè cele-
braret; sed & fœmina fuit, quæ multos in urbe rumores motusque excitâ-
rat, quòd passim diceretur pythonem habere, & noxiis grassari incanta-
mentis. Quievit, quidquid rumoris fuit, postquam mulier traditis Nostro,
quæ in scrinio habuit, amuletis, scriptisque magicis eam vivendi rationem
instituit, quæ publicam de ipsa fama sequioris notam in veræ vel innocen-
tiæ vel pœnitentiæ laudem convertit. Quàm grata civibus obsequia nostra
fuerint, ostendit creberrimè expeditus eorundem usus. Certè, cùm Bava-
riæ Princeps ad Thermas Würtenbergenses hoc etiam anno prosectorus de-
nuò Antonium Guisanum ad habendas Conciones expetiisset, repulsam
primò dederunt Oenipontani Magistratus, quòd urbem toram (nam in Divi
Jacobi Parochia Concionator erat) ex ejus ore pendere dicerebant; cùmque
Albertus in petendo persisteret, non priùs consensere, quàm de Guisani
reditu promissum acciperent, quod deinde ritè est præstatum, quanquam ab-
euntis desiderium mitiùs ferre cœperunt, ubi ipse Collegii Rector eâdem
qua alibi, laude & fructu concionandi vices tantisper supplevit. Laboratum
maximè, ut scœnabres pactiones abolerentur, effectumque est, ut aliquot
aureorum millia usuris iniquè parta restituta fuerint. Sed maximum, quod
publicæ virtutis adminiculum Oenipontanis accessit, fuit erecta etiam hîc
Mariana Sodalitas mense Januario, confirmata dein mense Novembri à Fe-
liciano Pontificis Legato, cuius alibi mentio fuit, futuraque est. Id de hoc
Sodalitio non prætereundum, fuisse in eo primitùs non modò haud alios,
præter scholarum nostrarum discipulos, sed ne ex his quidem Nobilem ul-
lum, verùm pauperes duntaxat adolescentes, qui partim Principis, partim
Nobilium, civiūmque stipe visitabant, quam Georgius Crispus noster so-
licitè corrogārat; qui nuper morte sublatus titulum Patris pauperum Schola-
sticorum tumulo secum intulit. Incrementis celeribus causam dedit ipsa So-
dalium probitas; eminebant jam tum inter hos pietate, ac literis Jacobus
Greserus, & Matthæus Raderus, quanti postmodum in Societati viri! Lau-
rentius item Zollerus Theologiæ olim Doctor, & Decanus Wilsensteigenensis,
atque Petrus Riezius Decanus Inticensis in valle, quam Pustrissam vocitant.
Hi cum sociis solebant diebus, quos à scholis feriatos habebant, suapte spon-
te, quin à Præside, qui fuit Joannes Völkius, id juberentur, in circumje-
ctos pagos exire, ibique Litanias Lauretanæ cum Hymnis decantare: quod
idem tempore Bacchanalium fecerunt in Aëde Magnæ Matri Sacra prolixâ
Histor. Prov. German. Sup. S. f. Dec. IV. Aa 2 omni- B. V. cantant.

294.
Nobilitatis in
nos benefi-
centia.295.
Strepitus no-
cturni mira
sedatio.296.
Fœminæ do-
venientio
suspectæ
emendatio-297.
Antonius
Guisanus
Concionator
ad tempus
abit.298.
Marianæ So-
dalitatis ex-
ordia.299.
Georgius
Crispus mori-
tur pauperum
Scholastico-
rum Pater.300.
Inter primos
Sodales Jacoe-
bus Greserus
& Matthæus
Raderus.301.
Sodales in
Bacchanali-
bus Litanias

omnium commendatione. Fuit Sodalium unus, qui, cum videret homines nobilissimos constituisse per Quadragesimam absque ulla facultate carnis bus vesci, filium familias parvulum, quod parentes ipsos non auderet, agressus est, cumq; narratis aliquot exemplis, in quibus Deitemerarios carnium edones punientis vindicta elucet, ita deterruit, ut puer & blanditias, quibus alliciebatur, sperneret, & fraudes, quae necabantur, cautus eluderet. Quin ipsis, quibus auditas à Sodali historias recensuit, parentibus religionem injecit, ut carne abstinerent, donec ab iis, penes quos potestas erat,

302.
Alius rabio-
sam mulierem
ad mentis
quietem re-
ducit.

ritè jejunii lege solverentur. Modum aliis, quo corporis & animæ malo iretur obviā, suggessit. Fœmina erat, honesto admodum loco nata, quæ trimetri propemodum integro quotidie sub auroram intolerabiles circa præcordia cruciatus experta eò sæpè dolorum vehementiâ abripiebatur, ut, ne aquis, aut laqueo se præfocaret, solicite cohibenda fuerit. Malo genio agitari miseram plerique autumabant, jámque maritus, quod multi suaserant, ad inclytum in Bavaria Monasterium Benedictoburanum deducere illam statuerat: ibi namque Divæ Anastasiæ sacrum Caput asservatur, cuius prodigiosa in liberandis Energumenis vis ac potentia per Bojariam Tyrolimque multum celebratur. Fortè fortuitò Sodalium quispiam intervenit; is intel-

303.
Postquam illa
Confessio-
nem Genera-
lem peregit,

leto, quid maritus decrevisset, de divinis rebus cum fœmina colloquium instituit, ac inter alia suadet, ut Congregationis Præsidem adeat, idoneis ad peregrinationem sancte obeundam consiliis erudienda: Obtemperat mulier, Noster adhortatur, ut generali omnium à vita anteacta peccatorum confessione animum expurget. Etiam in hoc obsequitur illa, & en! redditâ conscientiæ malaciâ corpori quoque, velut obturato ægritudinis fonte, redit valutudo. Neque illud reticendum, quod alterius Sodalis operâ cœptum, ejusdem in Congregatione Præsidis ductu perfectum fuit. Civis honesto

304.
Alius Sodalis
conversio-
nem hæretici
procurat,

inter suos loco ex urbe Sueviæ Ravensburgâ Oenipontum nescio cuius negotiï causâ venerat: cum hoc familiaritate inita effecit Sodalis Marianus, ut ad Nostrum sese perduci sineret, auditurus saltem, si non obediturus iis, quæ Pater allaturus esset pro Religione Catholica, quam tamen advena hic à puero aversatus erat summoperè. Ut convenere, orta mox de fidei questionibus disceptatio, tenuitque dies omnino tredecim quæ acerrimè, donec tandem altercatori Ravensburgensi melior lux affulsa, qua errores suos paulatim cœpit agnoscere: sed hic novi Euripi; dum de animæ salute in tuto collocanda deliberat, scrupuli primò mentem invadunt, tum mille aliae formidinum causæ: quin haud simul dæmonem sibi audire visus est auribus insulstantem, ne à popa Catholico decipi se pateretur. Hoc ut comperit Pater, ceram à Pontifice sacratam sibi detraxit, & collo alterius inseruit. Vim miram sancti amuleti! evanuere quæ primùm scrupuli, evanuere anxieties: nil ultrà tentare orcus, nil obstinatus hucusque disputator repugnare, solatii plenus, moxque fidem Catholicam ritè professus, multus dein prædicator extitit virtutis, quam ex Agno DEI cereo sibi salutarem expertus erat.

305.
Hæc excita-
tur Congre-
gatio B. V.

Talia cum vulgarentur, Halam quoque in vicinia bonus de Sodalitate odor pervasit, ita, ut ibi pariter Congregatio Mariana statueretur, neque jam ex Gymnasi tantum discipulis, sed viris etiam non vulgaribus. Quin ex Tyroleos Alpibus in Helvetiæ montes propagatus est ardor hujusmodi Sodalitates condendi. Mos est Lucernæ, ut pridiè, quæ Verbi in Virginis

306.
Lucernæ Hoff-
feus multos
in confrater-
nitatem Rosa-
rii pellicit.

uterum descendantis memoriam recolamus, populus universus, in collem, qui urbi imminet, ac Museianus appellatur, supplicationem ducat, indéq; in templum Sancti Leodegarii reverius geminis intersit concionibus, quarum una vernaculo sermone ad plebem, Latino altera ad Clericos habetur. Hoc anno Paulus Hoffæus, cum occasione lustrandi Collegii Lucernam venisset, utrāmq; exhortationem unus habuit, ac pro incunda Rosarii, ut vq- cant,

cant, confraternitate tam servidè potentérque egit, ut in eam brevi tempore MDLXXVIII terna millia, & quadringenta capita fuerint relata. Plurimum quoque lata-^{308.}
tus est Hoffæus annuere posse votis piorum Sacerdotum ac Juventutis Gy-
mnasticæ, quibus Sodalitatem peculiarem Dei Deiparæq; cultui ex solis lite-
ratis constitui flagitârunt. Habitaverant Socii ad eam diem angustè admodum Et Sodalita-
& incommodè; at sub adventum suum Hoffæus consecutum reperit de me-
liore habitatione negotium. Lucas Ritterus jam ante annos undeviginti, cùm nam erigit.
Reipublicæ Prætor esset, ædificium lacui, quâ Rusa amnis effluit, proximum
à fundamentis excitârat: amplum hoc erat, atque, ut illo ævo, magnifi-
cum, unde & palatii nomine condecoratum fuit: neque admirationem
duntaxat, sed & invidiam plebis, ad carpendas optimatum molitiones pro-
næ, structura hæc movit, quod intelligens Prætor, capere se non posse di-
ctitabat, cur obmurmurarent alii, quos lateret tamen, quem in finem hæc
fabrica tenderet. Dicti hujus cùm multi meminissent, ex eo, quod deinde
contigit, arbitrati sunt, Ritterum, uti vir erat in futura prospiciens, cùm jam
tunc Societatem secunda ubique admurmuratione excipi, expetique cerne-
ret, animo præcepisse, fore, ut Lucernates, quorum pro Religione servan-
da ardorem, studiaque noverat, zeli sui adjutricem accerserent Societatem,
cui proin & ipse, paris cum cætera Republica in rem Catholicam animi, do-
miciolum præparare jam nunc vellet. Ita certè præ aliis opinari cœpit Jo-
annes Pfyferus. Quapropter, cùm post Ritteri obitum vacua, quam is ædi-
ficaverat, domus ab inquilinis stetisset, consilium suscepit suadendi Senato-
ribus, ut Ritterianas ædes Sociis pro Collegio cederent, aptaréntque. Haud
difficile fuit obtainere, quod suaferat; licet namque supremus prætor rediiss-
set in Gallias, quod constabat tamen, quâ concordi affectu fratres Pfyferi
ferrentur in Patrum commoda, quodque Magistratus ipse, & Socios jam me-
ritos suisse judicabat, & imposterum merituros confidebat, unanimi decreto
statutum fuit, ut beneficium, quod Joannes pro illis petebat, concederetur,
ac Ritteriana Domus mutaretur in Collegium. Vulgo jam à multis annis
rumor per urbem diditus fuerat, locum hunc terrificis spectris lemuriibꝫque
insideri. At, posteaquam Balthasar Würer Constantiensis Episcopi Suffra-
ganeus, Episcopus ipse Ascalonitanus, publico sumptu accersitus, sacellum
in ædibus domesticum consecravit, nosque postea partito in sua cubicula ædi-
ficio, ac tecto imposito, habitare illic cœpimus, quies ubique fuit, ac, aut
rumori nihil veri subesse, aut quidquid lemurum fuit, disparuisse patuit. Est
hæc in præsentem usque diem Nostrorum habitatio, & quanquam post cœpta
tradi Philosophiæ ac Theologiæ studia, dilatare habitaculi spatum, multaq;
immutare necessarium fuerit, quadrangula tamen illa Collegii pars, quam
ab Rittero ædificatam, à Magistratu concessam, primitùs incolere cœpimus,
in collati beneficii memoriam, integra semper conservata fuit.

Uti Lucernæ ex angustiore domo in ampliorem, ita in Bavaria facta est
transitio Nostrorum ex ampliore urbe in angustiorem. Societatis videlicet Noviti Monachio Landspergam traducti sunt. Jam Schwicardus Comes Helfensteinius, quantâ poterat, liberalitate, jam Maria ejusdem Conjux indefesso labore, & Gregorius noster Roseffius solerti cura,
& creberima singulis hebdomadis ex urbe Augustana excursione, inchoati
ante biennium domicili fabricam Landspergæ eò perduxerant, ut habitari
posse videretur. Itaque undevicesimo Maji, ac sequenti die Provinciæ Præ-
positus ipse Hoffæus Bonaventuram Paradinum Hispanum, qui Novitios
Monachii undecim jam annos rexerat, & cum eo quindecim Tyrones
Landspergam deduxit, comite simul Petro Canisio, qui novas ædes
præscripto ab Ecclesia ritu lustravit. Die altero, in quem celebritas
Pentecostes inciderat, peractum est non absque musica intra Sacellum
Ac festo Pen-
tecostes do-
mum inha-
bitare inci-
piunt,

A. C.
MDLXXVIII.314.
Summo
Schwieardi
Comitis sola-
tio.

eo loco, ubi nunc Collegii porta est, recens adornatum, Missæ Sacrificium, cantatusque Hymno, quo Deus laudatur, atque ita Divini Spiritus auspiciis paratam sibi habitationem ingressi sunt Tyrones, ducente ipso Schwicardo, qui protinus, ubi ad limen perventum, Provincie Præposito Domus universæ claves porrigens, manantibus ubertim præ gaudio lachrymis, jus omne, quod in ædificium aut haberet, aut habere posset, ac videretur, in Societatem transtulit quam plenissime, in corona omnium, etiam qui de externis aderant, sanctè contestatus, beneficium Societati se non dare sed debere ob tenerrimum illud animi solatium, quod à Deo insusum jam nunc persenticeret adeò magnum, ut præ illo, quidquid hucusque possedisset, pro nihilo duceret. Literas dein publicas sigillo Gentilitio munitas adjecit, quibus universa, quæ dixerat, confirmavit. Sacerdotes, qui cum Tyronibus venerant, terni duntaxat fuere Rector vide-licet, idemque Novitorum Magister, tum Rectoris in Officio moderandi Tyrones adjutor, ac tertius universæ Domus minister. Post menses aliquot quartus accessit, qui ad populum diceret: Georgius quippe Schornius, quem anno elepsò ad habendas conciones missum fuisse indicavimus, nuper in morbum inciderat, quo etiam extinctus fuit, uno ante novæ coloniæ adventum mense, accurrente tamen ad morientis solatium Petro Canisio. Schwicardus viri, quem adhuc valentem, domi suæ amanter tractaverat, languentis curam habuit solicitissimam. Remotioribus etiam ex locis duos interdum trésve artis medicæ peritos accersit, totidem ministros diu noctuque adesse jussit, qui omni membrorum usu destitutum levarent: sed medentium arte major exstitit vis morbi: mortuo tumulus datus fuit in Divi Joannis ædicula: illachrymatus est funeri Schwicardus, indoluit civitas universa, cui Georgii virtus & eloquentia ad morum emendationem plurimum profuit. Vacua aliquamdiu stetit cathedra, quod neque nos in Sacerdotum penuria quempiam potuerimus submittere, neque Dux Alber-tus alium, quam è familia Nostra in suggestum admitti voluerit: Demum ampla hæc messis Carolo Peutingero obtigit. Is pari, qua Schornius alacritate in medium laborem ingressus, reperit sanè nimis quam abunde, quod & ipse, & pauculi, qui juvare possent, Socii ulterius laborarent. Quæ fuit temporum illorum ignorantia, & languor, sèpius uno anno, quam Fe-riis Paschalibus aut animum expiare à noxis, aut divino reficere epulo si non superstitiosa, certè supervacua habebatur pietas, ita ut ejus etiam corda-tos puderet. Quapropter, qui, ut summis faltem, quæ per annum recur-runt, Ecclesiæ celebritatibus ad Divina Mysteria accederent, nostrorum hortatu inducti fuerunt, Confessionem quidem peccatorum intra Domum nostram clàm peragebant, ad Sacram verò Synaxim in Sacello horrebant accedere, nisi, obducto sipario cæterorum oculis & irrisione subtraber-en-tur. Magnum operæ pretium fuisse putavimus, quod post annos aliquot, centenos faltem, dein millenos Sacra mensæ convivas extra tempus Paicha-tis numerare licuerit, quem numerum cùm hodie quinquages, atque etiam sèpius, quotannis memorari ex vero posse intelliges, miraberis utique, & Deum laudabis ob tanta religionis incrementa. Crebrior, atque ideo de-testanda magis, quia Ecclesiæ præcepto adversans, infiditia fuit, qua ma-gna pars populi autumabat, diebus, non profanis tantum, sed festis etiam, atque Dominicis, legi se satisfecisse, modò Missæ Sacrificio usque ad primi Evangelii absolutionem præsentiam commodâsset, quo finito, qui in tem-plo perstabat, cæteris probior, nemo, qui se inde proriperet, improbus habebatur. Sacramentum Unctionis extremæ planè inter Mysteria inco-gnita haberi poterat. Fuit, cùm noster ad ægrum inviseret, qui à morte haud procul aberat; Hunc ubi confessione expiaverat, negotium dedit do-meti-

316.
Cui succedit
Carolus Peu-
tingerus.317.
Rerum Divi-
narum illic
gnorantia.318.
Præsentium cir-
ca Missæ Sa-
crificium.319.
Et extremam
Unctionem.

A. C.
MDLXXVII.

inesticis, ut Sacrum cum Divino Viatico Oleum simul afferendum curarent. Qui circumstabant, viri cæterà honorati in urbe, & prudentes, loqui patrem de portione medica autumantes, negant, tantum ægroto virium esse, ut medicamentis quidquam possit admittere: enimverò haud oportunum modò, sed necessarium fuit errorem eximere, atque edocere, quā salutare olivam, inungendis ad supremum agonem Christianis Athletis, benignum Numeri providerit. Jam & illa persuasio tanto perniciosior, quanto pietatis larva teñtor fuit, quod, si quem ad capitale supplicium judices damnassent, antequam rei ducerentur, ingens misericordia opus videretur submissio largiter temeto, vinoque brevi post morituros obruere, ut videlicet præsens temulentia futuræ necis tam metum quā sensum eriperet. Ereptus est ipfis incolis meliore institutione tam præ posteræ commiserationis opinio, saniorque monstrata via, quā condemnati ob facinora ita vitam corporis ex justitiae humanæ decreto ponerent, ut animam in Divinæ Clementiæ sinu reposi-
tum iri, sperare & ipsi, & Spectatores possent.

320.
Et circa 1608
capitis.

Cùm tam lætis progressionibus Socios cæteros propè ac procul uti cer-
nerent ii, qui Augustæ Vindelicorum degebant, soli ipsi in silentio adhuc & spe suam iustitabant fortitudinem, quin & in patientia: novam tolefantiæ materiem declamator subvexit Heterodoxus. Rudolphus Imperator, <sup>Augustæ no-
va in Socios
calumniæ au-
tor.</sup> Viennæ in Austria Doctores discipulósque Lutheri urbe ejecerat. Ejec-
tio-
nis causam omnem is, quem dixi, blatero in Societatem conjecit: usitato ad recentissima usque tempora conviciandi more; ut, ubicunque adversus hæreses quidpiam statuitur, Jesuitæ statutorum hujusmodi autores proclamantur, ut qui pacem cum iis, qui Romanum Papam haud venerantur, neque ipsi habeant, neque alios habere patiantur. Evidem amamus, (ita DEus nos amet) Acatholicos, optamus, atque etiam impensè laboramus, ut corpore simul ac animo salvi sint, at cum hæresi, quæ communi animorum saluti summè pestifera est, cum iis, qui malitiosa obstinatione pestem hanc simpliciorum animis inhalant (ita nos DEus firmet) tam parùm nobis con-
venit, quā lupis & canibus: Inter quos si unquam pax coalesceret, quā miserè gregi consultum foret magna hinc consurgunt in Jesuitas odia non hæterodoxorum tantummodò, sed illorum etiam, quos sola Principi ac po-
pulo procurandæ felicitatis duntaxat temporariæ, nulla veræ Religionis, & per hanc æternæ beatitatis consequendæ solicitude tenet. Interest tamen multa perpeti, ut argumentum indè sperandi sumamus, vigere adhuc Spir-
itum, qui à primis usque Instituti hujus exordiis Societatem excitavit ad stre-
nuam Ecclesiæ, contra hæreses quascunque militanti, navandam operam: Quanquam <sup>Quanquam
haud insolite
& Societati
gloriosa.</sup>
utut sint, qui infrendeant, qui invideant, aut certè flocci hos labores faci-
ant; abundè solatii erit Dei famulis Dominum sibi esse, qui servis quan-
quā ex vero confitentibus: fecimus, quæ debuimus: nihilominus promittat mercedem magnam in celo. Cæterum calumniator ille, cùm videret suis insectationibus & commotionem in plebe adversus Jesuitas, quam optabat, & plausum, cui inhiabat, excitari, factus protervior, Cæsarem ip-
sum Rudolphum ceperit impudenter proscindere, perjurum vociferans, ac fœdisfragum. Non impunè tulit læsa Majestatis violationem: re ad Impe-
ratorem delata decretum ex aula venit, quo proturbatus è cathedra urbe etiam expulsus est.

322.
Quanquam
haud insolite
& Societati
gloriosa.

An convicatoris hic abitus prodromus fuit adventantium tandem me- liorum pro Sociis Augustanis temporum? quorum si exordia altius nonnihil repetam, faeturum me rem non exiguae delectationis autumno cordatis lecto-
ribus, utpote, cùm agnituri hinc erunt admirabiles æternæ mentis inven-
tiones, quibus famulorum suorum remunerari simul constantiam, simul de-
stinationes suas, longè aliâ, quā nos homuli arbitramur, viâ ad exitum con-
suevit

323.
Sed sopiae
expulsione
calumniato-
ris.324.
De Augus-
tano Collegio
fundando
spes redit im-
provisa.

A.C.
MDLXXXIX.

suevit perducere. Vicefimus jam annus ibat, ex quo Societas Augustea inter plurima incommoda animorum commodo insudaverat, eo cum proventu, ut stabilem pro illa sedem & Collegium, proba doctrinæ vitæq; homines quām plurimi optarent. At enī, quid optasse juverit, ubi Principium, Imperatorum, Pontificum autoritas toties implorata & adhibita contra odii & invidiæ pertinaciam nihil profecit? verū ecce, Sociorum fiduciam, quā unā subnixi ministerium suum implere nihilō segniores pergebant, inopina, neminiq; expectabilis occasio, compotem efficit votorum, quā non tam pro se, quām pro urbe hactenus aluerant: Raymundus Fuggerus

^{325.}
Quam in solo
adhus DEO
repositam
stebant Socii.

cipum, Imperatorum, Pontificum autoritas toties implorata & adhibita contra odii & invidiæ pertinaciam nihil profecit? verū ecce, Sociorum fiduciam, quā unā subnixi ministerium suum implere nihilō segniores pergebant, inopina, neminiq; expectabilis occasio, compotem efficit votorum, quā

^{326.}
Ex quaternis
fratribus Fug-
geris tres
moriuntur.

non tam pro se, quām pro urbe hactenus aluerant: Raymundus Fuggerus quaternos ex Catharina Thurzonia genuerat filios, Joannem Jacobum, Georgium, Christophorum, & Udalricum. Joannes Jacobus, quem haud iū pridem laudavimus, fatis jam concesserat: decepsit hoc ipso quoque anno Christophorus, nonis Februarii, quem secutus fuit post quinque hebdomadas Georgius, solus itaque superfluit Udalricus, cui, quād cælebs manere voluerit, haud multum indolent Fuggeri; quippe, cūm nullum non probat Catholicum ex gente sua, permultos verò Orthodoxæ fidei propagatores eximios numerent, unus hīc Udalricus ad Interimistas abiit, nunquam quod sciatur, ad Catholicos reversus. Cæterū Christophorus, quem nominavi, morte tam repentina abruptus est, ut condendi testamenti tempus

^{327.}
Quartus cœ-
lebs, Udalri-
cus, qui so-
lus ex Fug-
geris Acathe-
licus.

haud superfluerit, opulentia verò tanta, ut ad bis vicies centena ac terna florenorum millia ascenderit; cūm insuper absque liberis obiisset, hæreditas omnis ex lege ad Udalricum, atque ad fratum Joannis Jacobi, & Georgi filios devoluta, atque in trientes lecta est, quorum unus Joannis Jacobi filius, Georgii alter, tertius uni Udalrico integer cessit. Georgius superstites reliquerat natos quinque, tredecim Joannes Jacobus: Jacobianorum singulis sexaginta aliquot florenorum millia, Georgianorum uni centena & quadraginta millia, Udalrico soli plura multò quām septingenta millia obtigerant. Enimvero non ita ab omni humanitatis, quā Fuggerianæ Stirpi congenitum est, atque adeò pietatis in DEum sensu remotus erat Udalricus, ut non supremo Numini gratias pro tam pingui hæreditate opere ipso referendas agnosceret, decernereturque. Dena igitur florenorum millia seponit in salvare quodpiam opus expendenda. Idem ut faciant, cohæredes monet: nec

^{328.}
Christophori
Fuggeri opu-
lenta hæredi-
tas in tres di-
visa stipite.

Udalrici consilio triginta ex hæreditate florenorum millia seponuntur ad pias causas. Udalrico soli plura multò quām septingenta millia obtigerant. Enimvero non ita ab omni humanitatis, quā Fuggerianæ Stirpi congenitum est, atque adeò pietatis in DEum sensu remotus erat Udalricus, ut non supremo Numini gratias pro tam pingui hæreditate opere ipso referendas agnosceret, decernereturque. Dena igitur florenorum millia seponit in salvare quodpiam opus expendenda. Idem ut faciant, cohæredes monet: nec

^{329.}
Udalrici con-
silio triginta
ex hæreditate
florenorum
millia sepo-
nuntur ad
pias causas.

Udalrici consilio triginta ex hæreditate florenorum millia seponuntur ad pias causas. Udalrico soli plura multò quām septingenta millia obtigerant. Enimvero non ita ab omni humanitatis, quā Fuggerianæ Stirpi congenitum est, atque adeò pietatis in DEum sensu remotus erat Udalricus, ut non supremo Numini gratias pro tam pingui hæreditate opere ipso referendas agnosceret, decernereturque. Dena igitur florenorum millia seponit in salvare quodpiam opus expendenda. Idem ut faciant, cohæredes monet: nec

^{330.}
Cujus summa
dividendæ
ratio ab Au-
gustano Se-
natū decerni-
tur.

Udalrici consilio triginta ex hæreditate florenorum millia seponuntur ad pias causas. Udalrico soli plura multò quām septingenta millia obtigerant. Enimvero non ita ab omni humanitatis, quā Fuggerianæ Stirpi congenitum est, atque adeò pietatis in DEum sensu remotus erat Udalricus, ut non supremo Numini gratias pro tam pingui hæreditate opere ipso referendas agnosceret, decernereturque. Dena igitur florenorum millia seponit in salvare quodpiam opus expendenda. Idem ut faciant, cohæredes monet: nec

^{331.}

Maximilianus
Fuggerus rem
eo dirigit,
ut Societati
Collegium
paretur.
Imbof Notis.
S. R. J.

Udalrici consilio triginta ex hæreditate florenorum millia seponuntur ad pias causas. Udalrico soli plura multò quām septingenta millia obtigerant. Enimvero non ita ab omni humanitatis, quā Fuggerianæ Stirpi congenitum est, atque adeò pietatis in DEum sensu remotus erat Udalricus, ut non supremo Numini gratias pro tam pingui hæreditate opere ipso referendas agnosceret, decernereturque. Dena igitur florenorum millia seponit in salvare quodpiam opus expendenda. Idem ut faciant, cohæredes monet: nec

Udalrici consilio triginta ex hæreditate florenorum millia seponuntur ad pias causas. Udalrico soli plura multò quām septingenta millia obtigerant. Enimvero non ita ab omni humanitatis, quā Fuggerianæ Stirpi congenitum est, atque adeò pietatis in DEum sensu remotus erat Udalricus, ut non supremo Numini gratias pro tam pingui hæreditate opere ipso referendas agnosceret, decernereturque. Dena igitur florenorum millia seponit in salvare quodpiam opus expendenda. Idem ut faciant, cohæredes monet: nec

mor, quantum jam & avi frater Antonius, & parens suus pro Collegio Societati in patria statuendo laborârint, in spem venit resuscitandi nunc perficiendique operis, modò tum fratres cæteros tum patruelles, quos omnes familiæ nostræ addictos esse noverat, eò adduceret, ut, quam ad pios usus pecuniam destinaverant, fundando Collegio, Templo, Scholis attribuendam concordi sententia decernerent. Nil moratus, cum Ferdinandu[m] fratre, quem primum adiit, cogitationes cōmunicat: docet, quām præclarè pecunia collocari possit, si ex ea census perpetui futuro Societatis Collegio emantur, nihil neque Superis gratius, neque patriæ utilius, neque ad nominis æternitatem sibi fore illustrius. Non dispuicuit Ferdinandu[m] Maximiliani oratio, quin planè in fratribus sententiam concedens, ultrò pollicetur, se cum Georgianis, quorum convictu tunc utebatur, acturum, ut idem sentiant, nec destitutum, donec consentiant. Facilè fuit persuadere, quod suadebatur: quo cognito Maximilianus formulam à se conceptam ad fratres ac patruelles circummittit, ut sua huic nomina subscibant singuli, testenturque, eam sibi omnino mentem esse, ut triginta, quæ ex Christophori patrui hæreditate penè Senatum deposita esent, florenorum millia stabiliendæ in urbe Sociorum IESU Stationi evenendæq[ue] in Collegium, impendantur. Subscriperunt perlibenter, atque, ut perpetua illorum, qui id beneficii præstiterunt, memoria extet, grati animi, & præsentis historiæ esse arbitramur, ut nomina subsignantium singulorum adnotemus. Ex Joannis Jacobi filii primus fuit Sigismundus Fridericus Cathedralis tum Ecclesiæ Salisburgensis Decanus, Passavensis Canonicus, cujus ad Insulam Ratisbonensem postea evehti cum laude memoriandi multa olim recurret occasio, alter Alexander fuit, in Cathedrali Ecclesia Fisingensi Præpositus, Victor dein Augustus, itidem Præpositus in Cathedrali Ecclesia Ratisbonæ; Maximilianus, quem totius hægrotii molitorem dicebamus; Severinus, cujus propago in Maria Johanna matre Maximiliani Felicis Loeschii, qui inter Aulæ Bavaricæ primos hodiè ministros vivit, ante complures annos exaruit: Ferdinandus demum: Supererant sex alii horum fratres, sed quos ætas quamvis jam tum adolescentiæ annos attigerant, lex tamen solenniter testari necdum permittebat, Joachimus, Alexius, Albertus, Constantinus, Trajanus ac Mathias. Horum itaque nomine tabulas signârunt, tum, quos dixi fratres, tum eorum futores Adamus Lichtenavius & Casparus Lindelius. Quod Carolus, qui fratrum decimus tertius in Belgio legionem Fuggerianam, in historiis celebrem, contra Gheusios ducebat, non subscriperit, impedimento fuit ærumnosa apud hostes captivitas, & mors, recuperata quamvis libertate, paulò post insecura. Ex Georgianis Philippus Eduardus & Octavianus Secundus tam professe, quām pro ternis junioribus fratribus Antonio, Raymundo, ac Julio Georgio Jacobianorum sententiam pariter scripto firmârunt. Re hunc in modum inter Fuggeros Catholicos pertractata, ut curatoribus Udalrici, quos satîs prævidebant, huic molitioni adversatueros, tricandi viam obstruerent, gemina iterum, quæ nuper sancta jam erant, capita à Magistratu confirmari petunt, nempe, ut memorata sæpius æris collatitii summa non nisi in finem civibus, ac reipublicæ salutarem impenderetur: alterum, ut pactum de legato in id expendendo, in quod duæ familiæ consensuæ erant, ita innovaretur, ut neque magistratus, neque alias quidquam in illo immutare audeat: Obtinuerunt postulatum utrumque suffragantibus ipsis etiam Udalrici Legatis, consiliorum quæ agitantur, prorsus ignaris, quin & urgentibus, ut brevi finis toti imponeretur negotio. Mora in Senatu non est, dies statuitur rei definiendæ, quo simul Octavianus Fuggerus Domum nostram mittit, monéisque, ut à Deo felicis causæ successus exorent: itur à

Histor. Prov. Germ. Sup. S. f. Dec. IV.

Bb

No-

332.
Singulorum,
qui subscrip-
runt nomina.
*Mausoleum
Ratisbon.*

Famian.
Strada de
Bello Belg.

333.
Decretum
Magistratus
nuper factum
innovatur.

A. C.
MDLXXIX.

334.

**Udalrici Fug-
geri Procura-
tores suam
sententiam
aperiunt.**

335.

**Jacobiani
causas affe-
runt, cur ex-
citandum
dum Colle-
giui.**

Nostris ad preces, dum à Fuggeris in Curiam: Primus loquendi, mentemque suam aperiendi locus iis datus est, qui pro Udalrico agebant. Videnti sibi hi indicant, pecuniam, de qua quæstio esset, in pauperes cives, & egenos municipes conferendam esse, qui in Xenodochio degerent, vel in urbe quidem familiam haberent homines frugi, sed magnis rei domesticæ difficultatibus pressi. Jacobiani, ad quos dicendi ordo pervenerat, dissimulato, quod fovebant, consilio, præfati, non multum quidem displicere, quod Udalriciani arbitrarentur, subdunt tamen, operæ pretium videri, ut, prius quam approbent, super eo deliberetur, postulare se itaque, ut secedendi tantisper venia concedatur. Conceditur. Post pauculam moram reversi collaudant denuò priorum voluntatem: Cæterum in aliam se inclinare sententiam: id genus domicilia pauperum, de quibus antè dictum, plura jam & magnifica in urbe structa, atque etiam opulentè dotata esse à suis Majoribus: verum experimento constare, nullos mortalium æquè ingratos, ac hujusmodi homines esse, qui, posteaquam semel in possessionem venerint, nec conditores agnoscant, nec, ubi agnoverint, gratos se exhibeant, ita, ut beneficia in eos collata periisse videantur. Esse sibi in promptu novam tum civitatis communia emolumenta, tum immortalis Fuggerianæ genti nominis comparandi rationem, quam supremo quoque Numini gratam fore confidunt, si videlicet summam omnem, quam in sancta opera destinatam Magistratui servandam deditissent, in scholas expenderent publicas, iisque moderandis Collegium adjungerent, Societatis JESU, quæ in pueritia erudienda solertiam, industriamque toti Christiano orbi, uti jam probâsse, ita impo sterum probatura certo speraretur. Perculit hæc sententia Calvinianos, & adeò vulneravit, ut plagam neque vultu dissimulare possent. Spes restabat in Georgianis, quos veluti sequestres expectabant, eamque partem reddituros victricem, ad quam hi accessissent: latebant nimirum adhuc subscriptiones illæ, de quibus antè meminimus. Petunt primùm Georgiani, ut, quemadmodum cæteris, ita & sibi deliberandi spatum permittatur; negari haud poterat: seorsim igitur collocuti redeunt in Senatum, ac laudato, quod tam Udalriciani, quam patruelles cepissent, consilio, profitentur tamen dissentâ voce, & magnâ libertate, gravissimis rationibus se impulsos, ut totum animum in patruelium sententiam acclinent, cui nec patruelum dissentire jam posse aut velle confidant: verbo: totam trigesies mille florenorum summam in Societatis usum convertendam esse. Hic Divûm hominûmque fidem implorare Calviniani, religiones obficere, quibus prohiberentur, Domini, à quo legati essent, voluntatem ex toto contrariani protestari, versare se in omnes partes, dicere, lupis se malle & scortis donare omnia, quam Jesuitis teruntum; denique & Electoris Palatini, in cuius Aula Udalricus nobilissimo fungebatur Officio, iras, vindictamque minitari. Contrà reliqui, nihil infraicti, urgenc animosè pacta, ipsorummet Udalrici Procuratorum magnâ lubentiâ, ne dum consensu, inita, & auctoritate Senatus comprobata, quæ violare contra jus, contra fas omne foret. Non deerant in Senatu, qui tacitè contra Fuggeros fremerent, pactionésque optarent quocunque obtentu rescindi posse, sed quid agerent? qui ex Jacobo nati erant, sub Boici Principis clientela stabant, cuius jura ac dominium ad Lycum usque flumen urbi vicinissimum sele porrigunt. Non minus favebant Fuggeris Principes Austriaci, qui ex altera parte ad Vindam usque pariter Augustanis proximum amnem, ac ipsis propemodum pomoerii dominantur: sat faciles, variisque modos habituri erant tanti fautores, ut æquam clientum suorum, ac etiam Societatis, cui nihil non boni volebant, causam evincerent. Ex adverso spes in Palatino, ut infirmas Udalrici protestationes tuendas suscipieret, incerta, ac, si vellet etiam, auxilia longinquæ. Itaque ne Senatores quidem

336.
**Quibus etiam
Georgiani
adstipulante
multum ob-
luctantibus
Udalricianis.**

latebant nimirum adhuc subscriptiones illæ, de quibus antè meminimus. Petunt primùm Georgiani, ut, quemadmodum cæteris, ita & sibi deliberandi spatum permittatur; negari haud poterat: seorsim igitur collocuti redeunt in Senatum, ac laudato, quod tam Udalriciani, quam patruelles cepissent, consilio, profitentur tamen dissentâ voce, & magnâ libertate, gravissimis rationibus se impulsos, ut totum animum in patruelium sententiam acclinent, cui nec patruelum dissentire jam posse aut velle confidant: verbo: totam trigesies mille florenorum summam in Societatis usum convertendam esse. Hic Divûm hominûmque fidem implorare Calviniani, religiones obficere, quibus prohiberentur, Domini, à quo legati essent, voluntatem ex toto contrariani protestari, versare se in omnes partes, dicere, lupis se malle & scortis donare omnia, quam Jesuitis teruntum; denique & Electoris Palatini, in cuius Aula Udalricus nobilissimo fungebatur Officio, iras, vindictamque minitari. Contrà reliqui, nihil infraicti, urgenc animosè pacta, ipsorummet Udalrici Procuratorum magnâ lubentiâ, ne dum consensu, inita, & auctoritate Senatus comprobata, quæ violare contra jus, contra fas omne foret. Non deerant in Senatu, qui tacitè contra Fuggeros fremerent, pactionésque optarent quocunque obtentu rescindi posse, sed quid agerent? qui ex Jacobo nati erant, sub Boici Principis clientela stabant, cuius jura ac dominium ad Lycum usque flumen urbi vicinissimum sele porrigunt. Non minus favebant Fuggeris Principes Austriaci, qui ex altera parte ad Vindam usque pariter Augustanis proximum amnem, ac ipsis propemodum pomoerii dominantur: sat faciles, variisque modos habituri erant tanti fautores, ut æquam clientum suorum, ac etiam Societatis, cui nihil non boni volebant, causam evincerent. Ex adverso spes in Palatino, ut infirmas Udalrici protestationes tuendas suscipieret, incerta, ac, si vellet etiam, auxilia longinquæ. Itaque ne Senatores quidem

337.
**Cause, cur
Fuggeris Ca-
tholicis tam
Senatores
Catholici,**

338.
**Quam ac-
tholici item
adjudicârint.**

Aca-

Acatholici, non, quid præoptarent, sed quid ex propiore periculo magis timendum foret, reputantes Catholicis se opponere sunt ausi. Promuntiarum est communi suffragio, standum esse Senatusconsuko nuperim innovato, præcidendum esse funem perpetuis cæteroquin, & toti Republicæ pernicio-
fis litibus trahendum. Neque jam Udalrici Procuratoribus repugnandi lo-
cus datur: refugâ pennâ coguntur inviti subscribere, & benefacere Jesuitis, exemplo forte nunquam audito, ut, cum septeni, & octo ad fundandum
Societatis Collegium trices mille florenorum pecuniam conferrent, unus ex his Interimista, divisâ in cæteros singulos portione multo minore, solus tertiam & maximam partem, seu dena florenorum millia contribueret. Quàm op-
tant omnes boni, eam viro mentem inditam fuisse aliquando, ut saltem in extremo agone dignum se præstaret, qui pro hac beneficentia, quamvis ab invito extorta, in æterna reciperetur tabernacula. Restabant nunc, post-
quam Fuggeri pecuniam receperant, duo confienda: primum, ut de area circumspiceretur, in qua collocandum Collegium, tum de emptore, apud quem elocanda foret pecunia pro emendo interea censu, dum Collegii fa-
brica inchoaretur. Placuit rogari, ut emptor esse velit, Guilielmum Bojo-
rum Principi Alberti filium: ad hunc mittitur is, quem Jacobianorum junio-
rum tutorem fuisse diximus, Joannes Liechtenavius, ex ea inter Bavros pro-
sapia, quæ ante quingentos propè annos Conradum Liechtenavium protulit, rerum Germanicarum scriptorem celebrem, & Abbatis Urspergenis nomine, atque eruditorum de ipsius scriptis multa disquisitione notum. Joannem So-
cietas fautorem habebat maximum, ipse plurimùm faventes principes, qui-
bus erat à consiliis. Itaque rem facilè feliciterque confecit: numerata mense Aprili exeunte Guilielmo dena aureorum millia, ex his census anni affi-
gnati, fideliterque redditi ex finitimarum urbium Fridebergæ ac Landsbergæ vecigalibus salinariis. Arduum magis fuit alterum, quod quærebatur, lo-
cus videlicet ædificando tum Gymnasio, tum Collegio: difficultates in eo plurimæ, quæ, uti non minus admirandis, quàm hoc anno, Divinæ Pro-
videntiaz adminiculis superatæ fuerint, deinceps conspicabimur. Gregorius Roseffius, cum tam fausta procurâset Collegii initia, à Congregatione Provinciali, pro qua Augustæ mense Majo habenda sumptus tribuerunt amici, Rouiam ablegatus fuit in sequente mense Septembri ut cum cæterarum Pro-
vinciarum Legatis pari felicitate totius Societatis ac Provinciaz negotia curaret. Eius, dum rediret, vices, in Cathedra tenuit Ferdinandus Albe-
rus, Monachio, ubi Rectorem agebat, tantisper commodatus.

Fieri hoc potuit, quin Monachii aut disciplina domestica, aut Societatis consueta munia quidquam detrimenti acciperent. Erant quippe ma-
gnam anni partem in Monacensi Collegio Provinciaz columina, Hoffæus, qui per Quadragesimam conciones rursum in Aula habuit, & Canisius, usq; dum is Everardi Mercuriani jussu sub Augustum ad Albertum Fürstenbergium eni-
xè hoc flagitantem in aliquot hebdomades abiret: aderant Joannes Con-
fluentinus & Carolus Leopoldus, qui sacræ eloquentiaz vi summos ac infimos impellebant, quò vellent, & volebant nonnisi ad magnum, quo ipsi arde-
bant, virtutis Numinisque amorem, Gaspar Hayodus doctrinaz famâ &
difficillimas, quæ conscientiam tangunt, ambiguitates extricandi peritiâ, do-
ctis, æquè ac indoctis, non minori erat utilitati, quàm admirationi, dum Gaspar interea alias Obergasserus haud die, haud nocte quiescens urbem totam concursabat, ut quacunque ope nulli non hominum generi ad corporum ac animorum tutelam professet, unde rebus domi tam benè proceden-
tibus tuto jam ipse Ferdinandus Alberus Collegii Moderator laxare posse vi-
debatur sibi fræna servoris, quo pariter, ut subditæ, ad alienam salutem pro-
curandam cerebatur. Occasionem obtulit Albertus Eisenreich Othonis no-

A.C.A.
M.D.XXII.

105

339.

Udalrici Pro-
curatores sub-
scribunt.

340.
Tradit pecu-
niā Magi-
stratus.

341.
Quæ operâ
Joannis
Liechtenavii
elocatur apud
Guilielmum
Bavariz Prin-
cipem.

342.
Structura
Collegii dif-
fertur ob no-
vas difficul-
tates de Area.

343.
Roseffii Ro-
man missi vi-
ces in Cathe-
dra obit Fer-
din. Alberus,

344.
In Collegio
Monacensi
magni ex
Provincia
viri.

345.
Confluenti-
nus. Leopol-
dus, Hayvo-
dus, Obergaf-
serus

A.C.
MDLXXIX.

346.

Ferdinandi
Alberi, ante-
quam Augu-
stam abiret,
labores Un-
denstorffii.
Hundius.

347.
Et in Mona-
sterio S. Alto-
nis.

348.
In scholis die
Sabbathi
coepit Differ-
tationes sacra-
Vespertinae.

349.
Principibus
hospitibus
exhibita
comœdia.

350.
Sodalitatum
Marianarum
Confirmatio
Pontifica,

351.
Sodalitas ma-
jor dividitur
in duas alias.

stri frater, qui Ordinis Divi Augustini Collegio Understorffensi (Inderstor-
phium vulgus appellat) sub id temporis præterat. Est Understorff celebre
Regularium, quos dixi, Canonicorum asceterum, jam ante annos plusquam
sexcentos ædificari cœptum ab Othono Witelspachio Patre Othonis Magni,
qui Bavariam familiæ suæ hodiéque regnanti postliminiò restituit. Eo ut venit
à Præsule invitatus Alberus, gemina intra biduum exhortatione perfecit, ut
tum ipse Antistes, tum cæteri religiosi omnes sua illi peccata, & propemo-
dum singuli, totius vitæ retrò acta in Confessione detegerent, quod idem
præstiterunt loci officiales Laici, traditis etiam libris, quos hæreseon aut
magiæ præceptis infectos habebant. Non procul Understorff Sancti Alto-
nis Monasterium abest, à Pipino Francorum Rege ante annos ferè millenos
Ordinis Sancti Benedicti Patribus conditum, translatum dein à Guelphonibus
ad Monachas ejusdem Ordinis, demum à Georgio Bojorum Duce auctorita-
te Pontifica Sanctæ Birgittæ Monialibus Monachisque antc annos ferè ducentos
& quinquaginta traditum. Cœnobii Prior in Collegio nuper Exercitia Sancti
Patris Ignatii admodum salutaria sibi fuisse expertus, ut ejusdem fructus Mo-
nachos suos ac Moniales participes faceret, Alberum Understorff accersi-
vit: Advolavit protinus, &, cum tempus plura haud permitteret, concio-
nem unam ad loci incolas viros foeminasque habuit, tum allocutionem quo-
que ad quasdam, hortationum plus cæteris indigere visas; Obtemperarunt
tandem & hæ, atque ad Instituti sui normam gnaviter se accommodarunt.
Redux domum Alberus strenuè gesta invenit quam plurima: reconciliatos
cum Ecclesia haud paucos, qui subin ad triginta quatuor excreverunt: plu-
res Divi Ignatii commentationibus excultos. In scholis cœpta diebus Sab-
bathi explicari sequentis Dominicæ Evangelia cum appositis corollariis, qui
mos in omnem postea Provinciam introductus: antequam sub dies canicu-
lares, uti tum consuetudo erat, discipuli in patriam dimitterentur, se-
dulò fuere edocti, qua ratione, quæ per anni decursum salutaria monita
ad vitam rectè instituendam audissent, aliis quoque captata solerter occa-
sione instillarent, quod non pauci præstiterunt studiosè. Advenerat cum Ma-
ria Conjuge Archidux Austriæ Carolus, ut ad Socerum affinesque inviseret:
adduxit illum, sororem, fratres, Guilielmus Princeps ad Collegium, in quo
pransi, spectatores postmodum esse voluerunt Comœdiæ à Gymnasi duci-
pulis exhibitæ, fueruntque etiam laudatores. Cum juventute scholastica
crevit simul Marianorum Sodalium numerus. Antonius noster Possevinus
à Pontifice missus in Sueciam, ut ejus Regem Joannem, in fide Orthodoxa
nutantem, confirmaret, ex itinere Monachium deflexit, Bullam deferens,
quâ Gregorius decimus tertius Sodalitates Divinæ Matris, quæ in Provinciæ
nostræ Collegiis erectæ hactenus fuerant, non approbavit modò, verum
etiam magnoperè laudatas eximio Indulgentiarum sacrarum thesauro locu-
pletavit. Ita hinc Sodalitatis æstimatio aucta est, ut Joannes Baptista Guido-
bonus Liechtenbergæ Dynasta mox ad exornandam ejus exedram & ex-
edræ aram florenos bis mille ac ducentos sit largitus. Multitudo vero in So-
dalitum recipi flagitantium ea fuit, ut dividi in plures oportuerit. Itaque
Rector Collegii ipse Ferdinandus Alberus, qui tum Monachii adhuc erat,
Dominicæ, quæ Sanctissimæ Trinitatis peculiari adorationi consecrata est,
Sodales universos in aulam scholarum convocatos edocet, quantum sibimet
ipsis gratulari possint, quod suo exemplo tam multos jam Deiparæ iis virtu-
tum exercitiis, quæ Sodalibus præscripta sunt, colendæ imitatores habeat,
ut hos in plures ordines dispelcere necessarium sit. Facere proin se istud
autoritate Pontificis, & Generalis Præpositi, uti & Provincialis voluntate, ac
pronuntiare tres imposterum fore Congregationes Parthenias, quarum prima,
quæ jam anno superiore constituta vigeat, jure suo Major, quæ nunc in-
choandæ

A.D.
MDLXXXI.

choandæ sint, Minor altera, altera Convictorum Sodalitas deinceps appellanda sit: in hac postrema illos duntaxat fore, qui in Sancti Michaelis contubernio degant, in minore eos, ad quos, ut lingua latinâ sermo fiat, neccum expedire videatur, cæterum privilegiis, gratisque Pontificis omnes omnino pares fore, ita ut disparitas, quæ soli Deo cognita sit, in solo virtutis aut defectu aut profectu sit constituta: hortari se vero quam maximè, ut singuli charismata emulentur meliora. Finita promulgatione supremo Numini cantatæ fuerunt laudes: Ex iis qui magno numero in minorum Sodalitatem recens admitti rogitabant, delecti fuere viceni tantum, reliquis spes facta tum impetraturos, quod peterent, cum prius & Confessione Generali emaculârint animum, & constantiam in virtute Sodalitati probaverint. At in Sodalitum majus pro plurimis unus accessit, qui quam plurimos sequaces exemplo suo traxit, tam illustri, ut pulchrius non facile quis in ulla Congregatione editum fuisse invenerit. Habeatur vicefimo Septembris Sodalium conventus ordinarius in Schola quapiam Gymnasi, ad hos usus tum altari tum aliis ornamentis, in Sacelli formam eo adhuc tempore apparari solita. In hunc locum aggregatis Sodalibus, improvisus cum modico comitatu ingreditur Guilielmus Principis Alberti filius, atque à Patre jam tum gubernandæ totius Bojariæ consiliis adhibitus. Sakratâ de genibus Magna Bavariæ Domina surgit, atque stans in medio, aperto capite, verbis Principalem modestiam simul & gravitatem sonantibus petit à Congregationis Præside (Gasparem Hayvodom fuisse nuper intellectimus) cæterisque Sodalibus, ut & ipse inter Marianos Sodales deinceps numerandus admittatur. Ad tanti Principis, quem tota venerabatur Germania, præsentiam, ad tam demissè exposita postulata sacer quidam horror ac reverentia perculerat universos. Præses ipse attonitus vix verba inveniebat, quibus omnium nomine ad petitionem, prout decebat, responderet. Nec mora: Princeps ante aram denuo in genua provolutus, formulam, qua Sodales in perpetuam servitutem sese Matri Propitiæ addicunt, voce clara recitat, ac dein consurgens, stansque rursum in medio primùm quidem pro beneficio, quod sibi Congregatio (verius ipse Congregationi) præstisset, grates agit, ac vicissim ex eâ hora Sodaliti omnem ellentelam, præsidium, tutamèque pollicetur. Quantus hic animorum extiterit motus, quis satis explicet? profusi omnibus, qui aderant, erupere fletus, profusa ab omnibus, qui audierunt laudes, & tam magnæ in magno Principe pietatis admiratio. Necdum ternæ abierant hebdomades, cum Sodalitas gratificari posse novo Sodali gavila est. Albertum Ducem mörbus admodum gravis invaserat. Preces ubique pro parentis salute intulit Guilielmus, ac præcipue Sodalitatis suffragia expetiit; Itaque pridie plicatum proportionas Octobris quotquot Monachii degebant Sodales, Clerici, Domini, Scholastici, Supplicationem Dalkircham, aliquot passuum millibus ab urbe tremotam, instituunt. Templum huc est prodigiosa origine memorandum. Bello, quod inter Stephanum Bojariæ Ducem & Augustanos, ante annos tercentum quinquaginta, & plures intercesserat, adfuit cum Wilhelmo fratre Christianus Fraunbergius antiquissima inter Bojos Stirpe, vir multis rebus fortiter non minus quam feliciter gestis celeber. Evenit tamen, ut aliquando nimia hostium multitudine coacti fuerint ambo fratres in fuga salutem querere. Instabant à tergo Augustani, à fronte pernicibus equis ad Ifaræ, ampli & vorticosi fluminis, ripam delati, quod vado illud transfiri non posse cernerent, actum de se cernebant pariter: In ultima desperatio-
ne salutare consilium venit in mentem, Mariam vocare in auxilium, vovent, templum se illas honori, si evaderent, structuros: sic in undas se immittunt, atque enī duco illa, quæ cultoribus suis via faturis est, per gurgites

352.
Guilielmi
Principis in
petenda Con-
gregatione
pietas ac de-
missio.353.
Sodalitas pro
salute Ducis
Alberti Sup-
plicationem
cedit354.
Dalkircham
de cuius ori-
gine quædam
memoranda.
Adlersteiner
Gasparus
berg: Abbae
Mariæ

A.C.
MDLXXXIX.

vorticēsque in adversam crepidinem salvi enituntur & incolumes, ac paulū post zdem, quam voverant, moliuntur, multā eam hodie convisentium religione celebrem. Huc igitur, ut narrare insti, Sodales educto suppli, ci agmine egressi, cùm pridie ultroneo omnes jejunio & peccatorum confes, sione se præparassent, sacram obière Synaxim, &, qui Sacerdotes erant,

355.
Alberti V. Bo
jarie Ducis
mort.Brunnerus
alii p̄s̄im.356.
De eo breve
elogium.357.
Verè Magna-
nimus ob Ze-
lum Religio-
nis.358.
Ad quam o-
mnia retulit.359.
Hæreticon
persecutor.Rotmar. An-
nat. Acad.
Ingalb.360.
Eius de Petro
Canisio &
Paulo Hof-
fso sententia.

Divinum obtulere sacrificium, ut optimo Principi Alberto longiorem à Deo vitam exorarent. Sed aliter visum est Supremo rerum arbitro. Vigesimo octavo Octobris è vivis sublatus est. Quàm verè magnanimus, etiam in morte fuerit, quàm piè ad eam se præparaverit, cùm alii scriptores fideliter adnotârint, nos ea duntaxat memoramus, quæ Societatem propius contingunt. Expeditionibus, quas contra hæreses & flagitia pro Institu, sui ratione Societas perpetuò suscipiendas habet, sua Albertus auspicia, sua præsidia impendit constantissimè. Palam & crebrò contestatus, caram sibi fore Societatem, quàm diu Religio Orthodoxa sibi cara futura esset; hanc porrò ita cordi habebat, ut provincias omnes vitamque ipsam pro ea exponere nihili penderet. Magnanimi titulum magna illi pericula, quæ su, peravit, rèsque arduæ, quas perfecit, pepererunt, sed periculorum omnium, ac difficultatum causa una & occasio fuit Zelus conservandæ, in sua saltē Bavaria, & quantum posset, in universo Imperio, Catholicæ fidic. Sagacitatem ingenii, ac politicæ prudentiæ, qua excelluit; autoritatem, qua in tota Europa valuit: opes, quas absque magnificentiæ jactura aux subditorum oppressione, solius parsimoniae moderato usu congesit maximas, potentiam, qua instructas semper aluit haud contemnendas copias, curas demum omnes & indefessas vigilias non ad luxum, quem vanitas, non ad artes, quas soli ambitioni serviliter mancipata suggerit Pseudopoliti, ca, sed ad solam Dei Ecclesiam dilatandam, tuendamque retulit, satis gna, tus, satisque etiam, ut grato erga Deum animo persæpè fatebatur, exper, tus, mirè illis coelum favere Principibus, quibus primo loco Divina sunt, quod si destinato Numinis permisso adversa eveniant, suggesti tamen cœle, ste robur, ac tranquillitatem animi, calamitatibus universis superiorem, præstarique iolatium, quod nemo, nisi, qui illud sentit, estimare novit, nempe, quia id non aliunde, quàm ex recte factorum, & cogitatorum conscientia oriri solet, cùm ex adverso inter frustaneos fremitus miserrime torqueantur ii, qui, postquam malis artibus ad sua, vel tutanda vel augendi grassati sunt, cernunt tamen ab eo, qui in cœlis habitat, subsannari, & velut vas figuli confringi, reprobari cogitationes, & dissipari consilia. Mirum sanè fuit, ac evidens Divinæ Providentiæ pia Magnorum Principum consilia secundantis, argumentum, bella, quæ à foris Alberto intentabantur, intra minas constituisse, intestinas eorum, quibus in novitia dogma, ta præliebat animus, conspirationes evanuisse absque damno intra cur, niculos. Dum interim animo imperterritu pergeret Albertus ferro, igne, aqua persequi hæresim, idem tamen clemens in eos, quos error po, trius, quàm obstinatio transversos egit. His in rectam semitam reducendis, & ipse suam operam atque hortatus, & Consiliariorum adhibuit studia, qui plerique doctrinæ & virtute tales erant, ut celeberrimus Cardinalis Hosius Alberti aulam scholam pietatis appellandam putaverit. Theologiæ simul & Juventutis in literis inferioribus Magistros longè majoribus impensis conqui, sivit, quàm ceterarum artium, quanquam & harum non nisi peritissimos tota ex Europa conduxit: Petri Canisii nostri reconditam Eruditionem, & Pauli Hoffæi iuavem eloquentiam tanti estimavit, ut, cùm uterque hæc in, genu & gratiæ Divinæ munera unicè in Religionis inter Bojos conservandæ cur, ram maximo cum labore, & æquali fructu impenderent, usitatum fuerit Alben, to Ecclesiæ versiculos gemina interjecta voce ad geminos hosce viros trans, ferre

ferre, Petrus Canisius, & Paulus Hoffæus docuerunt nos legem tuam Domine, quod pronuntiatum si proferri in vulgus cuiquam nimium videatur, eximiae Alberti in hos viros benevolentia, nostræ autem venerationi indulgeri posse arbitramur, qua laudamus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Funus illatum est Templo in urbe Primario Beatae Virginis, & ibidem habitæ, quæ in Ecclesia solent, ac viros Principes decent, magnifico apparatu Exequiæ, inter quas illud memorabile accedit, quod ipsa, quâ Exuviae tumulata sunt, die, cum sub concione funebri cerei, qui mortuale feretrum ambiebant, tantisper extinguerentur, solus, qui in summo feretri supra cæteros eminebat vertice, nullâ ratione extingui potuerit, quæ res non sine omnium admiratione, & pia mortuo benè precatum interpretatione, solatiæque accepta fuit. In communi totius Bavariae, quo Patri Patriæ parentatum est, studio, suæ etiam pietati litârunt Socii. Locus actui delectus est in Gymnasio, quod Albertus ædificârat; interfuerunt cum Paulo Hoffæo ex Collegio omnes. Sacrificio exequiali à Fabricio Reinero Rhetorices Professore præmissa fuit in defuncti laudes oratio, subjuncta verò Epicedia à Balthasar Schreivogelio Poëseos Magistro & octonis discipulis.

In tam universali Bavariae, Imperii, Ecclesiæ totius luctu nefas sibi meritò duxissent Ingolstadienses Academicæ Justa non persolvere Alberto, cui, ut Restitutori ferè unico Athenæum omnem, quo tum maximè viguit, splendorem debebat, ac magnificentiam. Litatum itaque in Templo Mariæ Virginis, quod Academicum vocant, pro ipsius anima precibus & Sacrificiis per sex omnino dies, litatum etiam honori, ac memoriae senis Panegyricis, è quibus unum Gregorius noster de Valentia recitans & laudes defuncti commemorare, & pro fundato Collegio grates agere, quâ valuit, eloquentiâ conatus est. Ex fama, quâ omnes personabant cathedræ, de sancta Principis ad mortem præparatione, morteque ipsa, qualem Christiani omnes sibi, ac aliis optare habent, nostratum aliquis occasionem nactus est, publicè privatimque suadendi, ut, sicut in aliquibus jam locis, ita & apud Anglipolitanos introdiceretur mos recolendi quâvis feriâ quintâ memoriam Servatoris nostri in Agonia positi, ad impetrandum à DEO, ut peculiaribus Mysteriis hujus cultoribus peculiaria & extremæ quandam luctæ superandæ, mortisq; feliciter obœundæ adminicula concedat. Permota est Matrona quæpiam, ut trecentos florenos elocaret, ex quibus annua merces ei penderetur, qui sub destinati diei vesperum æris campani pulsu populum ad hoc religionis opus singulis posthac hebdomadis excitaret. Alia Matrona Magdalena Reinthaleria hortum Collegio contiguum emit, atque eidem magno incolentium commodo donavit. Sed & Mariani Sodales hortum suum (huic enim in evulgato ante annos complures libro ampla eruditio Sodalitium suum comparant) gnavoriter instituerunt excolare. Antonium Possevinum nuper Monachio Ingolstadium itineris ratio deduxerat: attulit huic quoque Sodaliti, ut & cæteris in Provincia, Pontificis Diploma cœtus istos compabantis, dotantisque proventibus spiritualibus, quos cum Gregorius de Valentia luculento ac solidæ doctrinæ argumentis firmato sermone explicasset, accensa multum est Sodalium pietas. Septendecim ex iis Ignatianam Ascensim subiérunt. Cæteris omnibus magnopere placuit ritus colendi unum è Divis aliquem, cuius nomen in scheda expressum sub cuiusque mensis initia sortito accipienti in manus venit, adnotata etiam virtute, in cuius exercitium eo mense quisque peculiariter haberet incumbere, precibus item, quæ, & pro quo essent per eundem mensem persolvendæ. Tam piz sortitionis usus in Divi Francisci Borgiæ, adhuc Principis Aula receptus, ab eodem poste cum tota Societate communicatus, hoc anno in Congregationes nostras in-

361.
Observatu
digna in ejus
Exequiis.

362.
Gymnasium
quoque Mo-
naeense pa-
rentat Alber-
to.

363.
Et Academia
Ingolstadien-
sis.
Rotmarus
Annal. In-
sol.

364.
Pulsus cam-
panæ ad
Agoniam
Christi Angli-
Polin induci-
tur.

In libro cuius
titulus:
Poma nova
C vetera.

365.
Gesta à Soda-
libus Ingol-
stadienibus.

366.
SS. Menstruo-
rum sortito
introducta
in Sodalitie
Marianas.

vetus

A. C.
MDLXXXIX.

vestus est, hodièque durat per omnes omnino Germaniae saltē Provincias, accessitque inflammādē erga Sanctos devotioni insigne inventum, vita scilicet Divi, quem quisque sortitur, compendio, scripta autore, de quo olim multa, Andrea Brunnero nostro, qui lingua Latina ac Germanica legitur, addita, insuper Sancti illius effigie cupro incisa. Aliud erga Cœlites ac horum præcipue Reginam obsequii genus instituere Sodales. Cyriacus Luzius Medicinæ Doctor, & cum eo nonnulli ex Sodalitate alii stipendium fundarunt, adituis, musicisque dandum, illis, ut à festa Divæ Virginis in cœlum assumptræ luce in tricesimum usque diem vesperi plebem campanarum sono ad templum Academicum evocent, his, ut convenienti tum populo canticum, quo Reginam mundi Misericordiæ Matrem salutamus, præcinant.

367.
*Cantus Salve
Regina insti-
tutio per So-
dales.*

368.
*Dilingæ am-
plificatur So-
dalitas.*

369.
*Guilielmi
Bavaricæ Du-
cis de Dilin-
gano Colle-
gio sensus.*

370.
*Landspergen-
sis Noviti
constantia in
vocatione,*

371.
*Quem dein
Guilielmus
Laureum
mittit.*

372.
*Par constan-
tia Georgii
Schrötelii.*

Academica Sodalitas, quæ Dilingæ est, ut paria cum Ingolstadiensi incrementa sumeret, dilatanda censuit pomœria, & quæ haec tenus solos in cœtum admiserat Convictores in Collegio Divi Hieronymi, annuente aliorum precibus, qui extra id contubernium vivebant, Theodorico Canisio Academiciæ Rectore, etiam ex his adlegit, qui digniores judicabantur. Cætera Dilingæ ordine, & bono publico sic gesta sunt, ut Guilielmus parenti Alberto Bavariæ Principi ex Thermis Wirtembergensisibus reduci obviâ profectus, cum Academiam & Collegium contemplatus esset, dicere postea non dubitârit, se, si Jesuita foret, liberumque sibi fieret habitationis locum deligeret, nullum alium Dilingæ præpositurum. Seminarium virtutis religiosæ, cuius propior nos cura urgebat, Landspergæ excitatum, magno fuit Provinciæ solatio ex Tyronum nostrorum se ad Societatis leges conformandi ardore. In duobus insigne specimen eluxit constantiæ, quâ in statu, ad quem vocati à DEO fuerant, perseverârunt. Eberhardus Cremerius absoluto Oeniponti Philosophiæ curriculo stadium Religionis ingressus fuerat: Illius Patruus Juris utriusque Doctor, ac simul Colonensis Canonicus de re certior factus tulit ægerrimè, factum id se inconsulto; cumque persuasum haberet, juvenem malis artibus atque blanditiis ad hoc vitæ genus adductum, literas ad ipsum Albertum Bavariæ Ducem exarat, ejusque autoritate fratrī filium sibi & propinquis reddi postulat; adeò, ut hac peteret, audacem carnis affectio fecerat. Albertus, qua erat prudentia, Cremerii mentem prius intropiciendam, excutiendamque est arbitratus. Bona Moderatorum voluntate Monachium evocat, Consiliariis quibusdam negotium dat, examinandi Eberhardum, atque in causas, cur hanc vitæ rationem præ alia delegerit, inquirendi, ac difficultates objectandi, quæ ab incepto amovere posse videbantur: faciunt hi imperata: Novitus constanter ad omnia prudenterque respondet, insuper responsa ad quæstiones singulas scripto tradit tam cordata, ut, cum ea ad Patruum transmissa fuissent, Eberhardo neque is, neque suorum aliquis molestiam ultrâ faceſſiverit. Ex adverso ingeniosi juvenis sagacitas, ac præsens sibi inter multiplices versationes animus, ita Principibus placuit, ut, cum, defuncto nuper Patre, Guilielmus Bojariæ gubernacula suscepturnus, fausta à DEO auspicia per DEI Matrem exorare piè decrevisset, non aliud, quam Eberhardum adhuc Novitium delegerit, qui pretiosissimum Anathema, Crucem quater mille florenorum pretio æstimatam, Laureum in Italiam deferret, ad aram Potentissimæ Virginis suffigendam, quod quidem Cremerius præstítit, non absque gemino tamen periculo, ex quo nonnisi præsentissimo Numinis beneficio evasit. Alter, qui parem in pari certamine victoriā retulit, fuit Georgius Schrötelius Donawerdæ, quæ in Sueviæ ac Bavariæ confiniis urbs est, natus. Vocibus visisque nocturnis, cum Rhetoricæ studeret Anglipoli, ad petendam Societatem impulsus, eâ impe trata, protinus Landspergam evolavit iniciâ matre, quæ vidua erat. Vix hebdomadem unam in Tyrocinio posuerat, cum missus adest à parente germanus

manus frater, qui fratrem revocet: cum is nihil proficeret, abiit M D E X X I X, quidem, sed post aliquot dies reversus, perstante in sententia Georgio, solus iterum redire cogitur: tertium itaque assultum facturus, suppetias adducit avunculum, virum gravem, & facundum; at si non facundiā, certè constantia majore causam suam egit Novitus, ita, ut objurgaret importunos flagitatores, qui petere non horrerent, ut matri potius, quam vocanti ad Sanctiora Deo obtemperaret. Itaque non sine stomacho recedunt. Provinciae temen Præpositus re intellecta matri aliquid indulgendum ratus, ac de Georgii tertium jam victrice constantia certus, eundem cum alio Novitiō Donawerda mittit, ut matri solatium, ac simul rationes, cur ad Societatem se applicuerit, afferat. Enimvero etiam in hanc palestram immisus, octodecim annorum adolescens, virum se prætulit, heroibus parem. Minis, blanditiis, promissis egit Mater, egerunt alii, actum egerunt. Vocatus in subsidium est Abbas magni Nominis, vocata matris soror celebris Monasterii Antistita. Primus, qui dimovere adolescentem à consilio defessit, Abbas fuit, quod ipse vir prudens gravissimis Georgii responsis diutius obluctari religioni sibi duceret. Mater tera quoque Monacharum Præfecta, posteaquam de Societatis Instituto pleniū edocta fuit, eò perducta est, ut, quod antè vehementer improbaverat, nunc magnopere commendaret, ac matrem impensè cohortaretur, ne filio in tam sancto proposito ulteriora obstacula poneret. Ergo mater re cognita filii sententiæ tandem & ipsa acquievit, deque victoria lætum, ac plurimas Deo grates agentem cum Socio Landsbergam remisit. Perstiterunt in Societate ambo Eberhardus & Georgius multa virtutis commendatione in vita ac morte insignes. Ad Collegii plenam absolutionem Templum adhuc deerat, neque enim Sacelli angustiæ populi, paulatim magno numero accidentis pietati sufficiebant. Neque Swicardus & Maria quidquam magis desiderabant; de area, ubi statueretur, dispiciendum fuit, deque expensis in fabricam: illam Jonas Hollius, publicus ac nobilis Augustanæ Urbis architectus, quem Gregorius Roseffius secum adduxerat, designavit, designatam mox Comites suo ære compararunt. Aedificii sumptus ab amicis & fautoribus conquirere necessum fuit, id ut facere liceret, Roseffius jam nuper Romæ, quod Procurator Provinciæ iverat, à Præposito Generali obtinuerat. Primus ad tam sanctum opus Achilles Illsungus trecentos florenos elargitus est. Senatus Landspergenis lapidum coctilium multa millia, notabilem pecunia summam Abbas Augustanus Jacobus Köpplinus ad Sanctorum Udalrici & Afræ, Pembleri, Peutingeri, Imhofii, aliisque Patritii Augustaci, sed maximè ad sustinendam fabricam profuit ultima Alberti Principis beneficentia. Non modo è Sylva Schongaviensi quam plurimas arbores cæduas vivens concessit, verùm multò liberalior in extremo morbo fuit; cum enim diversa ad diversos pios fines legata condidisset, percontatus circumstantes, qui testamento faciendo aderant, num quos omisisset, quibus benefacere æquum foret, reposuit horum unus, palam orbe terrarum esse, quantum Dux Societatem JESU amaret, in Superioris præsertim Germanicæ Provincia: hujus ferè matrem appellari posse Domicilium Landsbergense, ut, quod provinciæ filios parturiat, donec Christus formetur in eis: videri, hujus quoque loci habendam rationem esse. Cum gemitu incusavit optimus Princeps oblivionem suam, mox que decem florenorum millia scribi, ac Provinciæ alumnis Landsbergæ, seu potius eorum templo extruendo assignari jussit.


Oenipontanis Sociis ipse anni ingressus luctum indixit, quanquam Oeniponti haud improvsum; Kalendis Januarii post diutinum morbum è vivis abiit mortuus Joannes Christophorus Klekler universæ Tyrolensis Provinciæ Cancellarius. Inter Kleklerus Cancellarius periculosisima Catholicæ Religioni tempora hunc virum DEus providit Patriæ. Consilio, hortatibus, omni opera, & prompto contra quosvis aut insultus

Histor. Prov. German. Sup. S. f. Dec. IV. Cc Dd aut

373.
Templi Stru-
ctura paratur
Landsbergæ.

374.
variorum ad
hanc benefi-
centia.

375.
Præcipue Al-
berti Principis
decem flore-
norum millia
Legantii,



A. C.
MDLXXIX,

aut dolos animo intentus semper fuit, ne unquam ulla hæresis firmum aliquid, publicumque haberet in Tyroli. Ut primum Societatis notitiam cepit, pariter amorem concepit, atque postea, stabilito Collegio, usum etiam. Neque propterea aut oblocutores extimuit, aut osores: eas se causas habere tuendi Societatem tam coram Principibus, quam in Senatu contestatus, quas quilibet aequus judex approbaret. Magnificus Dei cultor, propalam & ex ritu Catholico, octavo quovis aut certè quarto decimo die in Templo nostro Confessionis Communionisque Sacra Mysteria frequentavit. Longa illum morbi vexatio exercuit, in qua omnibus ad se invisentibus mira tolerantiae Christianæ exempla præbuit. Cadaver suum Halam deferri petiit, & juxta nostros sepeliri, quod facile indultum fuit. Tanti Patroni præsidio orbatos Patres fovere tamen perrexit suapte indole ac voluntate in Societatis commoda sollicitus Archidux Ferdinandus. Ex Temporum superiorum terræ motibus in ruinam propendebat Turris ædis sacræ, hanc ille refici curavit suis sumptibus, plurimū quoque grata sibi fuisse testatus est obsequia, quibus discipuli in Gymnasio nostro Andream filium Cardinalem, ex Urbe reducem, excepérunt, vario carminum orationumque genere. Præter Annam Spauriam & Genovafam Lodroniam Illustrissimas foeminas, in templum beneficas, alia quoque memoranda venit nobilis foemina. Multis hæc annis multos sumptus fecerat in medicos, in Thermas, in omnis generis medicamenta, ut deperditam recuperaret valetudinem: incassum omnia: ita, ut dolorum acerbitate victa cum de cæteris remediis desperasset, etiam in Deum spem omnem abjecterit. Tum dejectam animo Noster convenit, monet, viam superesse, qua ad mentis simul & corporis quietem redire possit, si videlicet generali peccatorum à tota vita confessione animæ vulnera, quæ non levia esse variis ex signis apparebat, consanare studeat: persuadet tandem multo nisu Sacerdos, sed, dum ad rem veniendum erat, tantis, prævalente Dœmone, terroribus, angustiisque oppressa fuit, ut non semel, propemodum invitata tamen ac suam ipsius inanem verecundiam deflens, ex templo in lectum se reciperet, mortuumque simularet. Vicit tandem, opitulante Deo, ac adhortante Patre, metum difficultatis, nimis quam muliebrem. Et en! expiata jam à noxis non modo tranquillitatem animi, sed corporis quoque sanitatem recuperat, depulso brevi malo, quod hactenus fuit immedicable. Ne in id recideret, præcavere coepit vitæ in melius mutatione: quot hebdomadis emundare conscientiam, quot mensibus accedere ad mensam Domini, quot diebus frequens e in templis institit, & quod frustra in medentes expenderat, in pauperum de levamenta & Sacrarum ædium decora munificè impendit. Sodalium Marianorum, qui hoc anno à Congregatione Romana Virginis ab Angelo Saluatoræ, in Privilegiorum, meritorumque coelestium communionem fuerunt recepti, eximia pietas etiam ad alienæ salutis curam pervasisit: Quidam eorum cum magna urbis approbatione mulieres duas ob impudicitiam infames horatibus suis induxerunt, ut retractata per confessionem priore vita ex monitis postea, quæ Noster dedit, castigate, proboque viverent.

379.
Sodalium Oc.
nipontano.
vum Zelus
animarum.

Halæ quoque in vicinia haud minor pro castitatis communi tutela Sodalis cuiuspiam ardor eluxit. In nundinis, quæ illic magnâ venditorum emptorumque frequentâ celebrantur, bibliopola exterus præter libros, icones quoque castis luminibus abominandas, & emblemata Sanctissimis Christi Vicariis scelerato risu proscindendis expicta venditabat; horum sat multa cum Sodalis coëmisset, aliqua in conspectu institoris discerpsit, alia ad Collegium detulit: ubi res Magistratui innotuit, propudiose merces ablatae, mercator ipse in custodiā datus, nostris verò cura commissa fuit, inspiciendi venales libros, quorum paucorum, noxiis argumentis infartorum, suppressione ingens simul, quod incautis lectoribus incubiturum erat, periculum, provide suppressum fuit. Petrus Fraccarius ante decennium Societati adscriptus, cum tractan-

380.
Halæ Sodalis
noxiæ icones
emptoribus
submovet.

380.
Petrus Fracc
mia Wormii
in finibus In-
subrie utiliter
laborat.

Halæ quoque in vicinia haud minor pro castitatis communi tutela Sodalis cuiuspiam ardor eluxit. In nundinis, quæ illic magnâ venditorum emptorumque frequentâ celebrantur, bibliopola exterus præter libros, icones quoque castis luminibus abominandas, & emblemata Sanctissimis Christi Vicariis scelerato risu proscindendis expicta venditabat; horum sat multa cum Sodalis coëmisset, aliqua in conspectu institoris discerpsit, alia ad Collegium detulit: ubi res Magistratui innotuit, propudiose merces ablatae, mercator ipse in custodiā datus, nostris verò cura commissa fuit, inspiciendi venales libros, quorum paucorum, noxiis argumentis infartorum, suppressione ingens simul, quod incautis lectoribus incubiturum erat, periculum, provide suppressum fuit. Petrus Fraccarius ante decennium Societati adscriptus, cum tractan-

A. C.
MDLXXX.

tractandi cum suis negotii causa Bormium in Comensi Dicēsi & Vallis Tel-
linæ finibus nobile oppidum missus fuisset, animorum simul causam tractare
ea oportunitate cœpit. Ex Rhætiæ, quæ magnam partem ad Zwinglium
defecerat, vicinitate, cives in fide titubabant. Concionibus aliquot habitis con-
firmavit vacillantes: dissidia inter nobiles quatuor familias, magna oppida-
norum gratulatione luctulit, Divinorum Mysteriorum enovavit studia, largam
egenis stipem procuravit, atque ita, etiam, cùm pōst tres menses Halam rediit,
^{382.} magnum incolis Societatis desiderium reliquit, haud quiescentibus, donec Inde Bormi-
tensis Domiciliū nostrū or-
eius stabile apud se nanciserentur Domicilium, Mediolanensi hodie attribu-
tum Provinciæ. Cùm prosperè sati sacerdoti viderentur omnia, & Regina quo-
go.
que Magdalena ubiores semper in nos clementiæ fontes derivare pergeret,
simul tamen patientiæ scaturiginem aperiri nobis DEus voluit: hoc enim ^{Tormularium}
anno Domiñus incolæ, ac præ cæteris Sacerdotes vexari cœperunt acerbissimis ^{Halensium}
viscerum doloribus, ita, ut Monachio, & Oeniponto suppetias ad cathedræ
ac templi supplenda munia accersire necessum fuerit. Morbus hic in sub-
secutas etiam ætates per annorum intervalla exercere pergit Socios, alieno
præsertim in solo natos, quin vera mali origo hactenus deprehensa esse vi-
deatur.

Ex adverso Lucernatum auræ paulatim assuefabant Socii, ut sacris schô-
lasticisque laboribus, quo cœperant ardore, jam possent insistere. Ludovi-
cuss Pfyferus haud ita pridem summâ non contemnendâ domum coemerat, ^{Ludovici}
Collegio è regione oppositam, atque unius tantum plateæ transverso inter-
iectu remotam. Antiquissimam fuisse, fama est, atque diu ante urbem ste-
uisse; quâ conditâ, Judæis, antequam Lucernâ pellerentur, in Synagogam ^{Pfyferi benefia}
cesserit. Haud abs fundamento opinionem hanc esse characteres & scri-
pturæ Hebraicæ hinc indè parietibus quondam illiæ demonstrant. Sanctiori si
non linguæ, certè studio ædes has destinavit Pfyferus, dum eas præsenti anno
Reipublicæ ultrò concessit in Gymnasium vertendas, quod & factum, Icho-
laeç in eas magno docentium, discentiumque commodo translatae sunt, quæ
antea absuerunt longiùs.

Fama, quæ de fructuosis Lucernæ Sociorum laboribus omnem Helvè-
tiam, atque trans Alpes in Romanam usque Curiam pervaserat, Pontifici Gre-
gorio Decimo Tertio, Fidei in illis terris tam restituendæ, quam conservandæ ^{383.}
studiosissimo mentem injecit curandi, ut unum saltem adhuc in Helvetia Col-
legium poneretur. Priusquam Societas ab Helvetiis accerseretur, actum jam ^{Friburgi in}
fuerat de Seminario constituendo, ut in eo septuaginta alumni, communibus ^{384.}
Helvetiorum sumptibus, literis ac probitate bene instruti Sacerdotes eva-
derent: Sacerdotum quippe in Cantonibus Catholicis damnosa omnino pau-
citas erat, & neque istorum omnium ea scientia aut virtus, quæ oviculis con-
tra circumfrementes omni ex parte lupos defendendis sufficeret. Lucerna-
tes contubernium hoc penè se esse voluerunt, quod inter Orthodoxas Res-
publicas foret præcipua: Aliis Friburgum magis placuit, urbs, quam ii ha-
bitant, quos Nuithones & Aventicos antiqui nominârunt. Berchtoldus ^{385.}
quartus Zæringiæ Dux Friburgum condidit, ut memoriam reluscitaret Aventici, ^{Friburgensis}
antiquissimæ Romanorum, sed temporum injuria pridem devastatæ Colo-
niæ, quæ haud procul Friburgo steterat. A Ducibus Zæringiis Friburgum
ad Habsburgios Comites, qui nunc Archiduces Austriæ sunt, emptione, at-
que dotali titulo pervenit. Pōst verò, ut suis juribus libera esse posset Res-
publica, magnam auri sumnam dependit Habsburgiis, indè cæterorum Helvetio-
rum accesit foederi ante annos propè ducentos quinquaginta: Magistratum
nunc ipsi cives diligunt, vicenos quaternos interioris, ducentos exterioris Consilii:
Dynastiis imperat undeviginti: Orthodoxam Religionem urbs, ac tota
circum regio profitetur. Præter Divi Nicolai Collegiatam Ecclesiam cum suis
Canoniciis, sunt in urbe Franciscanorum, Cappuccinorum, & Augustinianorum
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. IV. C c D d a alce-

A.C.
MDLXXX.

asceteria, quibus & Monialium claustrum est additum. Sana fluvius urbem interfluit; turris præalta, structuræ Gothicæ antiquum opus visendam se of fert, magno Ædis, quam Divi Nicolai honoribus consecratam diximus, orna mento. Cæterum, quod Friburgum Seminario aptius, quam Lucerna vi deretur, causa erat, quod Friburgi aura salubrior, quam isthic, & vietus ha bebatur parabilior. Sic res aliquamdiu intra deliberationem hæsit, dum Lucernates animadverso insuper, de impensarum collectione non minùs quam administratione difficultates orituras, sibi ipsi procurato Societas, ut vidimus, Collegio prospectum ivere. At Friburgo, & vicinis Friburgo, qui int eriorem Helvetiam colunt, populis, hac ratione consultum haud fuit, qui tamen, si quicquam alii, ope indigebant quam maxime. Deprehendit indigentiam Franciscus Bonhomius Vercellarum Episcopus, ac Pontificius ad Helvetiæ plagas Nuntius. Demandarat huic Gregorius, ut ante omnia Religionis statum in Lausannensi Diœcesi, ac Nuithonum tractu inspiceret. Prima igitur ejus cura fuit, convocare Synodum, in qua mox apparuit Agri Dominici misera vasis; et si namque Magistratus, quod prodigo simile est, in Religione avita adeò firmus perstaret, ut neque Bernatum, quorum potentissima in Helvetiæ Respublica est, exemplo ac viciniâ, neque Genevensium ad Sectæ communionem solicitantium invitatu moveretur, subditorum tam en ad novitates respectantium haud exiguus fuit numerus, haud exigua item juventutis depravatio: si quos enim ad literarum studia parentes destinârunt, Lausannam, Bernam, Genavam amittere consueverant, locos tales, ex quibus nihil sani in religione, licentiæ vero effrenis plurimum reportare primum fuit. Jam, ut in Clero multi essent congræ statui suo virtutis retinentes, quid mirum tamen, fuisse aliquos inscitia ac moribus gregi magnopere perniciosos, cum à triginta quatuor annis expulsus Lausannæ Episcopus fuisse. Bonhomius, quæ Pontificis de Societate voluntas esset, gnarus, & ejus exequendæ suopte in Familiam nostram affectu cupidissimus, cum finitâ Synodo ex iustificatione totius Diœcesis Friburgum revertisset, arctam familiaritatem contraxit cum Petro Schneulino ad Divi Nicolai Præposito, ac Diœcesis Vicario Generali, viro prudente admodum, & in arduis fidei rebus magnanimo. Amicitiae tractatio ferè unica fuit, fulcimenta conquerire, quibus lapsabunda salus animorum publica sustentaretur. Creber ambobus sermo de Societate fuit, cuius quam actuosa in DEI Gloriam amplificandam vita esset, jam non ex fama nōssent publica, sed oculis propemodum intra ipsos Helvetiæ fines cernerent. Itaque eò conniti statuunt, ut, quemadmodum Lucernæ, ita & Friburgi Societatis Collegium locetur. Satis prævidebant, fore, ut, cum nuper statuendi Seminarii consilia sumptuum corrogandorum difficultas sufflaminasset, nunc longè major oritura esset in impensis pro Collegio inveniendis, ut, quæ non jam toti Helvetiæ Catholicæ, sed unis Friburgensibus incubituræ essent. In aliam itaque partem se verterunt. Quaternis Friburgo horis dissitum stetit Ordinis Præmonstratensis Abbatia, Marsens appellata, duobus non plus annis post Divi Norberti obitum fundata à tribus Germanis fratribus Anselmo, Guidone, Boccardo Marsenii Dominis. Celebre fuit multis ætatibus Collegium, Lausanensiūmque Episcoporum, ac vicinæ Nobilitatis beneficentiâ non mediocriter opulentatum; verum, subsecutis ætatibus ea supervenit paupertas, ut vix jam anni reditus sustentandis quinque coenobitis sufficerent: Quæ res tum Bonhomio, tum Schneulino ad Divi Nicolai Præposito, Monasterii prorsus suppressi, & proventus, qui pro statu, in quo Coenobium tunc erat, adhuc in deterius ituri videbantur, meliores in usus convertendi cogitationem indidit. Re sic deliberata Bonhomius coram frequenti, qui ad hanc causam rogatus fuerat, Senatorum plebisque Tribunorum confessu, ex posuit primò, tam illætabilem se, dum Diœcесim visitaret, religionis formam ubique

387.
Religionis in
Cantone Fri
burgensi co
tempore
status.

388.
Franc. Bon
homius
Nunt. Apo
stol. suader
Friburgensi
bus Collegi
um Societatis

389.
Schneulinus
Præpos. ad
S. Nicolai
promovet
negotium.

390.
Marsenii
Asceterii de
fluens status.

391.
De hoc in
Collegium
vertendo agit
cum Senatu
Bonhomius.

A. C.
MDLXXX.

ubique conspicatum fuisse, ut planè fateri cogatur, se cum suis ad tantam
Ioliorum vim extirpandam imparem, atque adeò necessarium omnino esse,
ut plures accersantur operari: hæc prælocutus, copiosa oratione explicat,
quantum spei ad avitum DEI cultum hic reparandum, ibi conservandum, &
ipse & Magistratus in Societate IESU collocare possit, ita, ut nihil ejusdem
evocationi obstare debeat, queátve, nisi fortasse subsidiorum, unde alatur,
penuria, sed difficultati huic amovendæ modum se dispexisse, cùm Marsense
nuper Monasterium inspexisset: ex visa ibi inhabitantium paucitate, oce-
nomiae angustiis, disciplinæ statu, rem fibi judicatam esse, multò fore consul-
tius, ut Marsenii proventus Collegio ejusque incolis in futurum destinentur:
in quod si Patriæ Patres consentiant, facilè annuitum quoque Pontificis ac-
cessurum esse. Apparebat enimvero, quanta juvandæ ditionis Friburgensis
ürgeret necessitas, huic levandæ cùm absque ærarii impendio obviari posse
audiret Curia, tota utique pedibus ivit in Bonhomii sententiam: postula-
tum proinde est unanimi suffragio, ut, quod Nuntius suggesterat, ipsius apud
Pontificem confessum daret. Nil hic negotii, nil moræ: Diploma venit
Pontificium, quo Marsenium, Marsenii Jura ac Privilegia omnia, omnes re-
ditus erigendo alendoque Societatis Collegio applicantur, una hac adjecta
conditione, ut ne Abbatæ titulus, nomen, insignia, officiæque regularia
ad novos possessores transeant, quarum sanè rerum cùm usus in familia no-
stra haud sit, neque appetentia futura erat. At vero plus difficultatis in-
venit Bonhomius in iis ipsis, quos in Helvetiam evocabat, quibuscque insciis
evocationem hanc molitus fuerat.

Quippe, cùm Paulo Hoffæo Provinciæ Præposito, quid Friburgenses
decrevissent, quid permisisset Pontifex, scripto significasset, monereturque, ut Nostræ tergi-
quamprimum aliquos ad Marsenii possessionem adeundam mitteret, Hoffæo,
primisque Provinciæ Patribus multa occurrerunt, ob quæ, ne tam benevolè
oblatam gratiam acceptare cogerentur, Patronos esse precandos judicarunt.
Locum imprimis esse ab reliqua Provincia longè diffitum. Invidiosam Mar-
senii suppressionem uti nunquam ausuri fuissent petere, imò nec unquam co-
gitassent, ita nec arbitrari admittendam, quod id sine aliorum offensa futu-
rum sperare non possent: jam, cùm promiscuus sit Friburgi linguae Gallicæ
simul & Germanicæ usus, Socios haud suppetere, qui utriusque sermonis
peritiæ valerent. Denique timeri posse, ne tunc primùm, cùm adveneri-
mus, conditiones obtrudantur, de quarum cum Instituto nostro convenien-
tia si dubium incidat, molestæ sub ipsum ingressum disceptationes oriri que-
ant. Diuturna hæc obluctatio perpulit Legatum, ut aliud consilium cape-
ret. Ad ipsum recurrit Pontificem, rogar, velit, jubeat Societatis Præpo-
situm quamprimum aliquos è suis Friburgum mittere. Quantumcunque ac-
celerent, venturos tardius, quam Religionis discriminem postulet. Movit hæc gium.
Epistola Pontificem, pro Helvetiorum, quos amabat, salute mirè solicitum.
Mandatum dat Everardo Præposito mittendi ex Provincia superioris Ger-
manicæ binos saltem, qui Collegii Friburgensis fundamenta jaciant. Obtem-
peravit, ut æquum erat, Everardus imperio Pontificis, Hoffæus Everardo,
Gregorii imperia confessim denuntianti.

Et quidem, quod res virum poscere videretur, omni ex parte eximium,
Provincialis ipsi, quem haetenus Provinciæ gubernandæ socium circumduxit,
Petro Canisio profectionem Friburgensem, & gravem negotii de Collegio
statuendo expediendi laborem desert. Haud refragatus, ut ex Moderato-
rum nutu totus vivebat, Petrus, mox Bavariae, Sueviae, Tyroli, terris, quas
ipse amaverat tenerè, quæ ipsum coluerunt magnoperè, nunquam revisen-
dis valedicit, atque id ætatis & autoritatis vir itineri admodum difficili, ac
difficiliores habituro terminos, unà cum Patre Roberto Andreo natione
Anglo sese accingit. Ac profectò haud inanies fuisse metus, ob quos Col-

392.
Senat. una-
nimiter con-
silio approu-
bat.393.
Uti & Ponti-
fex.395.
Pontificis
jussu accep-
tur Colle-
gium.396.
Mittitur Pe-
trus Canisius
ad jacenda
fundamenta,

A. C.
MDLXXX.

397.
Periculum, ne
injiciantur
fundando
Collegio re-
morar.

398.
Moras, quas
posuit Magi-
stratus, tollit
Bonhomius.

399.
Juvantibus ex
Senata ali-
quot amicis.

400.
Transfigitur
etiam cum
Marsensibus.

401.
Canisium Lu-
cernam ap-
pulim Bon-
homius Fri-
burgum de-
duct.

402.
Bonhomius
ignominiosè
trahatur à
sive Bernensi.

403.
Magistratus
factum excu-
sat, Deus
sestigat.

legium acceptare Provincia eu~~tabac~~atur, res ostendit. Laborandum Boni-
homio fuit, tum, ne Senatus repente mutaret mentem, tum, ut Marsenses
Cœnobitæ aliquando mutarent locum. Euerunt è Magistratu nonnulli,
quibus fieri non posse persuasum erat, ut pro xot Sociorum, qui ad Colle-
gium constituendum accessuri erant, sustentatione, Marienii fundus suffice-
ret; hinc eventurum, ut maxima sumptuum pars in ærarium publicum reci-
deret: tam scitè proponi augerique hic metus potuit, ut Senatorum pleriq;
de sistenda Collegii institutione cogitarent. Resciit hoc Bonhomius, &
quantocyùs Lucernâ, ubi tum agebat, Friburgum advolans, Curiāmque
ingressus, primùm quidem obtestatus est Magistratum, ne ullis unquam ar-
gumentis à priore consilio, tam salubriter concepto, dimoveri se pateretur à
neutiquam enim formidini, quæ injecta esset, quidquam solidi fundamenti
subesse, inspeccas à se fuisse perquam curatè rationes proventuum ex Coenobio
Marsensi, deprehensumque laus fore, ut indè Patrum victui, qui sanè
frugalis esset, prospici queat: Pro rei Divine usu concessum esse à Summo
Pontifice templum Divæ Virginis, pro habitatione ædes, quæ ad templum
pertineant; cæteros ejus fructus, vasa sacra, ornamenta omnia salva manent
Sacerdotibus, qui ex æde Mariana ad Divi Nicolai transituri essent, ita pen-
tius, ut ex æratio publico in absolutionem Collegii nullo pacto, nulla spon-
sione quidquam Respublica superaddere teneretur, nisi quod largiri ultro-
neæ ejus placeret munificentia. Adfuerunt, cùm hæc dissereret Legatus, in
Senatu Joannes Heidius Prætor, Guilielmus Krumenstollius, Petrus Quen-
sius, Christophorus Reissius, viri primariae in Republica autoritatis, eximia
in Societatem benevolentia; persuaserunt hi Senatui cætero, ut sublata omni
hæsitatione, cùm ratam suo etiam calculo haberet Marsensium redditum pro
condendo Collegio translationem, tum publicas conficeret tabulas, queis
totius negotii definiendi ratio Vercellensi Antistiti committeretur. Ea tamen
conditione, ut indemnes servarentur census Reipublicæ. Rebus ita cum
Magistratu transactis facilius longè fuit transfigere cùm cœnobitis. Jussu Pon-
tificis, ac Senatūs etiam auctoritate permoti, contentos se futuros esse affir-
mârunt, ut singulis, quamdiu Marsenii perstare vellent, quinquageni in an-
nos singulos coronati nummi præter alia suppellecilia assignentur, quæ sanè
pro iis temporibus summa fuit notabilis. Quanquam non diu permanere il-
lis in veteri statione libuerit, ad varias, quæ concessæ fuerunt, parocias di-
gressi.

Negotiis ita compositis, latus Præsul Bonhomius Lucernam revolut, quò Petrum jam Canisium, unà cum Socio advenisse intellexerat. Hunc in
urbem Friburgensem ipsem deduxit, non tamen absque patientia initia-
mento, quam DEus in omni via vitâque famulis suis vult esse comitem. Bernâ
transeundum fuerat urbe, à qua Bernensium potentissimo inter Helvetios
Cantoni nomen est: reus tunc fortè capit is educebatur ad supplicium, itaq;
plateam, ut fieri solet, effusus ad spectaculum opplerat populus, qui, ut uni-
versus Calvini dogmatis depravatus est, sic, ut viatores Sacerdotes Catho-
licos vident, aptam petulantia suæ aperiri scenam arbitratus, fannis eos, con-
viciis, insanis vociferationibus insequi, atque etiam luto cœpit impetrere, quin
unus aliquis eò impudentia prorupit, ut ipsum Bonhomium brachio corri-
peret, velut ex jumento dejecitus, clamitans, hos popas suppicio dignio-
res illo, qui modò duceretur. Haud quidem omisit Senatus, missis ad Bon-
homium, qui violatum in persona sua jus gentium questus fuerat, depreca-
toribus contestari, quantum sibi hæc plebis effrænatio displiceret; verùm,
Divina Nemesis severiorem, magisque mirabilem ultionis modum invènit;
permisit quippe, ut impius conviciator eodem adhuc anno abnormis flagi-
tii reus ageretur, de quo convictus eodem in loco, in quo innocentes
plecti optaverat, meritum infami nece exsolvit supplicium. Intrarunt
Fribur-

Friburgum avida sui expectatione suspensum novi hospites decimo Decembris non sine communis gaudii significatione. Exceptus est Petrus Canisius ab adducta ordinato agmine tenera ætatula, quæ Scholas infimas frequentabat. Ex hac adolescentulus Pancratius Python Latino eos sermone perquam venustè salutavit; vir postea in Republica & literaturæ famâ, & gestis Magistratibus longè clarissimus, privati Consilii Senator, & tabularii juriū inque Fiduciariorum & clientelarum summus cognitor, Patris verò Canisii, cui in primo etiam ab adventu Sacrificio primus ad aram minister fuit, perpetuus laudator, Societatis verò tantus ex professo Patronus, ut Jesuicarum Angelus tutor appellaretur. Quam ille affectionem, velut hæreditarium familie decus, post vitam piissimè exactam anno superioris sæculi quadragesimo octavo, cum morti esset proximus, quatuor circumstantibus filiis impenissimè commendavit. Pondus habuerunt morientis verba apud filios: amavere, dum in adultum usque senium vixerunt, Societatem, & amorem multâ beneficentiâ reapsè contestati sunt. Nepos Pancratii, Petrus in Canisii memoriam à parente Jacobo Beato appellatus, in amando peculia-
riter, venerandoque Perro Canisio Avum patremque est imitatus, quippe ante annos sexaginta novem Societatem ingressus, nuper septuaginta jam annorum senex vitam Venerabilis Patris Canisii, quam Joannes Doriganus no-
ster gallicè conscripsit, in latinum sermonem transtulit, multarumque rerum accessione auxit, vivens adhuc, dum ista molimur, fruensque solatio ex aucta pariter veneratione illius, pro cuius gloria pie sumot ac eruditè laboravit. Ce-
terum, ut ad antiquorum temporum feriem redeamus; postquam à Pueritia fa-
luti sunt advenæ, quos suprà memoravimus, ipsi ad salutandum perrexerunt, illum in Patria Magnatum Ordinem, qui mite nomen à senibus habet. Con-
gregati hi omnes in curia erant; introduxit ambos hospites idem, qui Lucifer-
nâ adduxerat, Bonhomius, atque post mutuæ salutationis officia, intento in
Canisium digito, en, inquit, Viri Friburgenses, habetis gemmam in theca
serica, virum in bombyce servandum, habetis virum, non seculis ac pignus;
quoddam sacrum, singulari veneracionis cultu prosequendum, custodien-
dumque; exceptit Senatus verba hæc, secundo murmurè præfatus gra-
tes se debere Nutrio, Canisio quoque ac Roberto, amorem his duobus, tu-
telam, & quidquid officii posset, prolixissimè addixit; neque cessatum est
ultra undecim dies, quin deducto Marsenium Canisio Petrus Schneulinus Præ-
positus, & Joannes Michaëlius ex Ordine Franciscanorum, Bartholomaeus
item Reinoldus, Franciscus Gurnelius, & Guilielmus Krumenstolius, primi
quidem duo nomine Summi Pontificis, cæteri auctoritate totius Republicæ
plenam loci possessionem tabulis ritè firmatam tradiderunt; atque ita posita,
sunt Collegii Friburgensis fundamina, supremi Numinis, summi Pontificis &
Friburgici Cantonis beneficio, quo, sicuti Societas perfaci, ita urbs vicissim,
totaque Nutthonia Societatis laboribus strenue non minus quam salubriter
uti cœpit.

Dum ita feliciter res cadunt in extremis provinciæ oris; in ejus medi-
tullio majori difficultate, sed non minore successu fuit laboratum. Cujus labo-
ris fructus tanto accidit jucundior, quanto in illius maturatione Cœli aspiran-
tis benignitas eluxit mirabilior. Vidimus elapo anno collatam pro condendo
Augustæ Vindelicorum Collegio pecuniam, addita sicut ab amicis pro ædifici
imperialis summa non exigua, sed perinde hoc erat, ac si quis senentem ha-
beat, agro fundoque careat. Multum in hoc quærendo temporis, multum
industriæ, & cassæ spei consumptum fuit. Hoc demum anno frustranea in-
quisitione lassatis, ultrò non oblata duntaxat sedes est, corundem donatio-
ne, quibus jam pro re alimentaria mille grates debebamus, sed ab iis ipsis
procuratum etiam, evictumque fuit, ut donatio rata haberetur, ususque li-
berimus obveniret, in quo omni negotio, quam extraordinaria semper ad-
fuerit

MDLXXX.

404.

Patri Canisii

honorifica

exceptione Fri-

burgi.

405.

Sistunt se Ma-

gistratus.

406.

Traditur V. R.

Canisio Mac-

senium.

407.

Augustæ ne-

gotium de

condendo

Collegio felici-

citer absolviri-

tur.

A.C.
MDCXXX.408.
In eo subur-
bio ex tribus,
quod Maria-
num dicitur.

fuerit supremai Numinis providentia, nemo non agnosceret, ac prædicabat. Urbs Augustana, ex vastatione quidem Hunnica, sub Francico regimine paulatim reparata est, longè tamen anterioribus terminis, quam antea sub Romanis steterat; Ubi subsecutis temporibus ad pristinam resuscitare cœpit magnitudinem, tria adjecta fucrunt suburbia, reliquæ tamen civitati tam contigua, ut unam esse urbem possis dicere: neque enim veteres portæ, quæ diu noncùque sunt patulæ, aditum in interiorem Augustam præpediunt, neque ipsa suburbia aliter propemodum distinguantur, quam solo nomine, quod à præcipuis templis sortiuntur, ut unum à Beata Virgine, à Santa Cruce alterum, tertium, idque amplissimum à Divo Jacobo nomenclaturam habeant. Muri Augustæ veteris, et si adhuc stent magnam partem, monumenta sunt potius vetustæ angustiæ, quam munimenta; hæc enim cives eosque protenderunt, ut uno tractu continuo etiam suburbia complectantur. Muro veteri ex ea parte, quæ suburbium Marianum est, pomerium olim præjacebat, nominis hominumque retinens, uti & fossa, quam congestitia humo oppletam in spatum plateæ suburbanæ extenderunt, quam Carbonariam dixeré. In hac Platea Carbonaria ædes olim steterant complures, quarum quædam malè materiatæ, ac in ruinam pronæ, aliæ satis commodæ erant, ac habitabiles, unâ cum porticu & horto, ampio illo ac peramoeno. Domus hæ à Christophoro Fuggero, de quo ante annum meminimus, olim undeviginti florenorum millibus cœmptræ, in divisione hereditatis, Octaviano, Philippo Eduardo, atque Antonio, Georgii haud dudum pariter extincti filiis, obtigerant. Octavianus, qui uti cæteri Fuggeri, ita & ipse aream constituendi Collegii solicite indagabat, in eam cogitationem venit, locum pro hoc idoneum fore has ipsas, quas ille ac gemini fratres in herciscunda familia obtinuerant, ædes, ut quæ amplæ per se se: regione civitatis quieta, atque etiam ob situm in clivo editiorem aura salubri essent; interpellat de hoc fratrem Philippum Eduardum, facilèmque omnino ac promptum invenit. Antonius partem suam ambobus jam cesserat, duorum, quiætate adhuc tenera utebantur, Raymundi & Georgii fratrum tu: tores, atque adeò moderatores ipsimet erant Octavianus ac Philippus: qua: propter consensu, quo qui optimo, ædes has Societati offerunt, unum id pacti, ut quatuor florenorum millia, quæ parens eorum Ursula Liechtenstainia ex muando muliebri conficienda Societati legaverat, filii solvere non tenerentur, qua conditione, quid optabilius! sed obstabat nempe, ne domatio protinus effectum sortiretur, lex publica, qua cautum est, ne dominio civica, locusve ullus, invito vel insciente senatu, in sacrorum hominum & religiosorum usum potestatèmque veniat, adeò, ut si quidpiam tale etiam jure hereditatis ad Clericum perveniret, is vertente anno id vendere compellatur. Aegrè contra veterem Legem & majorum instituta quidquam obtineri posse sperabatur. Sed ubi suprema Lex & Legislator Deus consilia meliora & suggerit & moderatur, facile cedunt conditiones humanae. Memoratum à nobis jam olim fuit, Rehlingio Scherneckanæ quondam Toparchiæ Domini nos ante complura secula Augustam immigrasse. Proseminata in varias Germaniæ plagas, atque in ipsam usque Galliam gens ampla, uti variis distinguitur honorum ac dignitatum gradibus, ita diversis insignitur nominibus, quæ à Dynastiis potissimum nascuntur, quas quælibet stirpis familia possidet. Harum una Schlipshemia appellatur, à castro Schlipshem, quod non procul Augustæ situm est, ex hac Antonius Christophorus Augustanæ tunc Rei publicæ Duum-viratu fungebatur, summa pollens prudentia, maximâque apud omnes auctoritate, cuius uti posteritas adhuc viget in ejus abnepote, ita ejusdem memoria in Societatis, & Collegii præcipue Augustani annalibus in signum grati animi perpetuò conservabitur. Hujus animum Octavianus Fuggerus, qui integrum nobis, absolutumque præstare satagebat beneficium, prius expugnandum putavit, quam ad Senatum referret, quæ postulaturus erat.

Hic

409.
Fuggeri suas
ædes Collegio
struendo de-
stinant.410.
Donationi
Lex obstat.411.
Legis veniam
Fuggeri per
Rehlingium
Duum-viratu
obtinere sta-
gunt.

Hic enimvero præpotentis Numinis omnia suaviter disponentis Providentiam adorare fas est, cuius vix non prodigioso nutu intervenit quidpiam, quod perducendo ad finem Fuggerorum consilio mirè aptum fuit. Nocte, quæ diem præcessit, qua Rehlingium adire Octavianus constituerat, sub quietem Rhelingius conspicatus est in somnio ad lectuli caput lucernam magno pere splendentem, quæ adeò quiescentis oculos fulgore suo everberabat, ut quamvis re ipsa dormiret, somnum se capere non posse somniaret. Famulum ergo vocat, (ita nempe somniabat) qui lucernam extinguat: adestis, ter fortis flatu lumen conatur suppressum, ter frustraneus inflatus fuit. Incipiat Præfectus hominem, ipseque le erigens tantum intra fauces Spiritus colligit, quantum ad extinguendam lampadem plus sati sese posset; verum ecce! dum flare incipit, vocem audit, nescius ipse, unde allabentem: heus tu, quid moliris? tunc ut extinguas Lucernam, quam ego ardere mihi volo sempiternam? cave, hoc feceris: quin oleum affunde potius. Ad hanc vocem solitus est somno, sed quia somnium esse judicavit, animum ad illud ultrà non reflexit, donec altera statim die, nova visum sapienter interpretandi occasio secuta est. Solebat Duumvir, ut erat vir probus, summa luce templum adire Sacro adfuturus, horam observavit Octavianus: velut casu obvium se fert Rehlingio: post urbanam consalutationem indicat, quid cum Philippo fratre de donatione ædium, unâ & Gymnasiæ ædificatione constituerit, etiam atque etiam rogans, ut rei tam sanctæ patronus esse velit, & Senatui, sine cuius assensu fieri nil poterat, commendatam facere. Percellitur improvisa petitione urbis Præfectus, occurrit menti ocyus, quantæ hoc arduitatis futurum esset, in tanta civium ac voluntatum varietate, tanta animorum acerbitate, quæ tunc temporis Acatholici erga Catholicos, ac Jesuitas præ omnibus exasperati erant. Quare, quod unum in implexis petitionibus responderi solet, in re tam insolita, multisque obnoxia difficultatibus neque negare se quidquam reponit Duumvir, neque appromittere; velle tamen deliberare accuratius: quod vix non idem erat, ac aperte repulsam dare. Et verò non multum sibi de Antonio Christophoro polliceri poterant nostri: unus ille, cum adhuc ædilis esset atque dealia sede nobis quærenda ageretur, præteritis annis maximè se opposuerat, ne ad optata perveniretur; majorem longè spem conditam habebamus in Urbis Cancellario: alio nomine Archigrammateum vocant; Adamus Zechius hic fuit, cuius profapia hodiéque admodum illustris est, ac celebris: Vir, ut singulari prudentia, religione, & Catholicæ disciplinæ amantissimus, ita Societatis apprime studiosus. Hunc Roseffius, qui haud pridem ex Urbe ad cathedram simul & nostrorum gubernationem redierat, confessim edocet, quid Fuggeri à Præfecto urbis postulassent, quid is reposuisset; orat impensè ac obtestatur, ut pro sua pietate Societatem in tam ancipiti vado hæsitantem leyare, atque expedire annitatur: æterna apud Societatem memoriâ duraturum hoc beneficium, duraturam apud Superos mercedem, ac præmium. Adamus exoratu facilis omnem nobis operam addicit, & Præfecto optima quæque, ubi primùm ferat occasio, suasurum se spondet. Sic domum abit, causam nostram meditatur, atque, ut in re vehementer utili rationes multas colligit, & memoriae commendat. Et en! quā oportuna Deus exequendis, quæ destinavit, usurpet tempora! hora una alteraque effluxerat, cum Præfectus Cancellarium ad prandium invitatus, sed alio prorsus consilio, quā eventu. Inter epulas: vocavi te, inquit, Cancellarie, gravem ob causam, in qua tuo mihi iudicio, tua consultrice prudentia opus est; Petiit à me Octavianus Fuggerus, quod mea sententia concedi nullo modo potest, præcisè negare durum videtur ac inhumanum. Velim ex te audire, quæ via & amicitiam hominis retinere, & postulata rejicere possimus. Dissimulans Zechius, quidquam sibi jam cognitum, quid rei sit, quam Fuggeri petant, sciscitatur, exponit Rehlingius, multis exaggerat, cur petitioni concedi nequeat, simulque responsi aliud à Cancellario non exspectat, quā, ut

Histor. Prov. Germ. Sup. S. f. Dec. IV.

E e Ff is

A.C.
MDLXXX
412.
Rehlingii mi-
rum somnium
de Lucerna
non extin-
guenda.

413.
Offertur Reh-
lingio occa-
sio interpre-
tandi So-
mniū per Oci-
vianum Fug-
gerum.

414.
Quæ promo-
vetur Adami
Zechii patre-
ciniæ.

415.
Quem Rehlin-
gius conlute

A. C.
MDLXXX.

is quoque neganda esse Octaviani postulata nil dubitans, excusationes etiam suggerat, quibus repulsam cohonestent. Verum Zechius sagax animi, & gnarus, qua ratione mollire oporteat aditum, ubi consultoris sensus Consilia petentium propensioni adversatur, initio & ipse affirmat, rem postulari difficillimam, neque se jam videre, qui expediri queat; Paulatim tamen altius ingressus, religione se impediri affirmat, quod minus Fuggerorum Consilia protinus damnet, aut pro eorum defensione clypeum penitus abiiciat: mox veluti drepente animosior factus extemporali facundia rationes Divinas humanasque, domi utique præmeditatas, assert, ac pro causa nostra concludit demum, operæ sanè pretium esse, ut omnem Præfectus confiendo negotio conatum impendat, sic enim fore, ut suum quoque ipsius nomen ex tanto, quod civitati procurasset, lumine,

416.

Ad Cancella- illustre reddat in sempiternum. Ad has ecce postremas voces sedet primùm ve-
rīi verba ipse luti stupore defixus aliquamdiu Rehlingius, tum miratione plenus exponit Can-
Duumvir in- cellario habitum prægressa nocte somnium, cuius modo in mentem veniret.
terpretatur suum somni-
um. Ac Lucernæ quidem fulgidè splendentis symbolo depingi Societatem inter-
pretatur, vocem verò prohibentis Lucernam extinguere, atque oleum potius
jubentis affundere esse ipsius, planè Cancellarii verba, quibus sibi velut à Deo
præciperetur, ne, quam lampadem, lucemque Numen ipsum accendisset, ho-
mo extingueret. Quid multis? præcisa omni deliberatione in id potius um-
417. **Et exinde pro** cum Zechio, Fuggeris, Illsungis, ac nostratis, quantocvūs consilia univer-
Collegio una sa, studiaque refert, ut, quæ firmiter decreverat, ad optatum finem perduce-
cum aliis la- borare satagit. ret, eam in rem preces nostrorum expedit, quas faciebamus ultrò, frequentes
non minus, quam servidas. Zechius Senatores, quorum aliqui etiam ex or-
thodoxis nutabundo adhuc erga nos animo fuere, scripto, quo illos de Insti-
tuto nostro pleniū edocuit, conciliare satagit, Octavianus denique Fuggerus
libellum supplicem, ab ipso informatum Rehlingio, expedit, Conscriptis Patri-
bus offerendum, atque ita concinnatum, ut donationem ædium suarum pro
solo scholarum ædificio, & Magistrorum, qui ex Societate futuri essent, habi-
tatione confirmari flagitaret: nulla Collegii ac templi mentione facta. Ob-
418. **Supplice libel-** latus est Magistratui libellus hic decimo quarto calendas Aprilis, felicibus Di-
lo petitur vi Josephi, quem eo die veneramur, auspiciis. Cum cerneret Præfetus,
Schola tan- frequentes ad esse, quos volebat, petitionem Fuggerorum, loco ultimo in-
tum & habi- ter ea, de quibus illo die actum fuerat, legi jubet. Quo facto, itane, inquit,
tatio pro Ma- hæc Jesuitæ? nunquam, opinor, hæc Senatus concederit, non scholas, non do-
gistris. mos, antequam transfigatur de vectigalibus, pensionibus, jurisdictione. De
hīs nempe Duum-vir eas pactiones excogitari posse prævidebat, quæ Societati
essent simul tolerabiles, ac reipublicæ juribus non adversæ: Rogantur exim
sentientiae, & plurium consensu id decernitur, quod ad summam rei sati sum-
erat: Senatus consultum in hæc ferè verba editur: Dominis Philippo Eduardo,
419. **Petitio certis** & Octaviano Fuggero atque Sociis non aliter postulata concedantur, quam si
conditionibus prius cum Senatu transegerint de vectigalibus, jurisdictione, ac pensionibus,
admititur. néve Academia, sed schola tantum erigatur. Enimvero scholarum, quales
Fuggeri postulârunt, concessio, cum Magistrorum quoque in Fuggericis ædi-
bus habitationem complectaretur, Collegii etiam ac templi ædificio viam aper-
ruit, quamquam non sine metu obstaculi. Solicitudo aliqua fuit, ne Col-
legii conditores futuris inquilinis, in suscipienda scholarum gubernatione con-
ditiones ponerent, quæ duræ forent, ac Societatis Instituto adversæ. Sed
multis persuadere opus non fuit Fuggeris, ut Boiorum Principum exemplo,
quantum ad ipsos quidem pertineret, liberrimam penè nos possessionem Col-
legii ac templi, itemque liberrimam scholarum administrationem relinquenter:
unum hoc postulârunt, ut quandoquidem ipsi nulla gentis suæ insignia (tan-
ta erat eorum modestia) ædibus nostris præfigerent, ita nec ab alio id fieri
pateremur, quod profecto uti æquissimè fuit postulatum, ita & à Sociis appro-
missum & hactenus servatum fuisse nemo unquam improbavit. Major repul-
sa

420.
Fuggerita-
men absque
conditioni-
bus liberri-
mam ædium
& scholarum
possessionem
concedunt.

Ia è senatu danda formido erat: dissimulari jam, & nec differri potuit Collegii condendi, atque adeò Societatis in civitatem recipiendæ petatio. Li-
bellus ergo supplex, quo id poscebamus, denuo offerendus fuit. Patebat, Petitur jam
responsonem haud datum iri absque conditionibus, quas senatus positurus aperte Colle-
gerat, has Rehlingius, jam totus in eo, ut beneficium nobis completum face-
ret, ipsem et privato domi studio concipit, ea forma, ut illas cætero etiam
Magistratui probabiles à se reddi posse considereret, exputandas tamen prius
Roseffio mittit, qui, quæ admitti possent, annotet. Sic frequente senatu Li-
bellus porrigitur, sic legitur. Nequaquam omnes ex senatoribus Protestan-
ticis tam alieno in Jesuitas erant animo, ut penitus expulsos urbe vellent; quan-
doquidem ita jam stabilitam reipublicæ formam cernebant, ut religionis di-
versitas obligationi, qua ciuium commune bonum curare tenerentur, officere
non deberet; intelligebant pariter, urbis plurimum interesse, ut non sua
tantum modo, verum catholica etiam juventus bene morata, litterataque e-
vaderet, quod sperari posse, si publicæ scholæ Societati committerentur diffi-
cili ipsi nequibant. Itum igitur est in suffragia, sed antequam hæc ferrentur,
questio orta est, nullæne conditiones positæ jam, aut certè ponendæ forent,
de his si nil constaret, nihil quoque decerni in rem totam posse: Enimverò
affirmavit Rehlingius, excogitasse se aliquas, in has si consentiret Societas, videri
admitti posse: secùs, neque domum, neque Reipublicæ communio-
nem ei permittendam esse; Recitantur pacta, examinantur; timeri ex ad-
versæ religionis senatoribus duo præcipue poterant Heinzelii, quorum unus
Consulatnm, alter Septemviratum gerebat, ambo nostris capitaliter infensi.
Divinitus accedit, ut, dum transactionis examen maximè ferveret, consul,
ob nescio, quid sinistri casus, qui domi acciderat, ex Curia, antequam ferre
sententiam posset, derepentè evocaretur; Septem-vir, cum præscriptas con-
ditiones bis attentissimè legisset: nihil tum sanè deprehendit, ob quod re-
liquis, certatim paœta approbantibus, refragandum putaret. Operæ pretium
est, pacta, quæ Senatus proposuit, breviter perstringere. Primum erat, ut,
quod nuper jam statuerant, scholæ duntaxat, quas vocabant, triviales, non item
Academicæ aut academiarum iuribus insignes, erigerentur, dein, ut, nisi post-
hac aliter transigeretur, quotannis pro concessione loci quadraginta floreni
penderentur, si verò cædem domus quocumque eventu rursus venderentur,
soli cives jus emendi haberent. Jam Societatis quidem homines, ut Religiosi,
à vestigalibus & potestate Magistratū exempti sunt, non item ministri, non
externi scholastici, ita tamen, ut vicissim eorum defensionem tutelam-
que in se Magistratus recipiat: quem in finem singulis annis Scholasticorum
nomina censoribus traduntur, adjecta nota iis, qui aut religiosi aut majori-
bus Clericorum ordinibus sint initiati, in quos potestas penè suos sacrorum
Præfides relinquitor. Gymnasium denique gratis pateat, quorumcunque
ciuium filii, dissensio religionis turbis anam ne præbeto arque de his caven-
dis literaria juventus sedulò monetor; unam adhuc his conditionibus adje-
ctam voluere senatores, ut videlicet ædificationibus futuri Collegii archite-
cti, murarii, lignarii & fabri cum operis ex ciuitate, quantum fieri possit, ad-
hibeantur. Postquam fama est per urbern didita de recebris in ciuitatem So-
ciis ac iis quidem pactis, quæ Socii recusaturi haud essent, quanta inter pl-
rōsque Orthodoxos lætitia, tanta inter alios exorta est consternatio, illos
præsertim, de quibus facile est suspicari, cur & quantum Societatis progres-
sibus sint contrarii. Subornantur à ministris, uti se se appellant, Evangelii
nobiles viri, qui rescindi acta flagitent, indicuntur preces ex Cathedris, ad
averruricandam, quæ Augustæ ab Jesuitis immineret, perniciem, volumen
componitur, in quod, quidquid mendaciorum contra nostram familiam scri-
ptum, fictum, piætumque usquam unquam fuit, conjicitur, legendumque
patriæ Patribus obtruditur. Verum enī ipse hic liber pessimè cogitatus causæ
prodebat.

Histor. Prov. German. Sup. S. f. Dec. IV. Ee 2 Ff 2 no-

A.C.
MDLXX.

421.

Quidam Sena-
tores etiam ex
Protestanti-
bus favebant
petitioni.

422.
Duo tamen
Jesuitis infensi
ex his unus
repente ayo-
catur, alter
non dissentit.

424.
Conditiones,
quibus co-
cessum est
Collegium.

425.
Motus ex Pa-
ma concessu
Collegii.

426.
Columnia-
rum atrocitas
causa nostra
prodierat.

A. C.
MDLXXX.

nostræ profuit, Senatorès, etiam non Catholici, vila atrocissimum catus
mniarum falsitate, quam nemo, qui manibus haud careret, non illico palpa-
ret, obfirmârunt potius animum ad tuendam, quam semel tulissent, senten-
tiā, ne sp̄i sententia totius prudentioris orbis inconstantia damnarentur, ut
qui manifestissimis comitentis conviciis ad ea se mutanda decretū dejici pate-
rentur, quæ post longam integrimēnsis, ac ultrā! deliberationē sanxissent
totum igitur negotium ex eo nunc pendebat, ut nostrates, quibus conditiones
à Curia prescriptæ, ad expendendum traditæ erant, assensum quoque suum

427.
Nostrī condi-
tionib⁹ sub-
scribunt.

solenni scripto testarentur; id ut facere liceret, ad Everardum Generalem Prae-
positum scripserant, sed Rehlingius, cùm turbas cieri animaduerteret, ne mo-
rā invalescerent, vehemens nobis auctor fuit, ut non exspectatis Romā literis,

428.
Festa inven-
tæ S. Crucis
die sit decre-
tum de con-
dendo Colle-
gio.

Collegium cum omnibus conditionibus absque ulla tergiversatione accepta-
ri, rite confessis tabulis profiteremur. Obsecundarunt prudentissimæ mo-
nitioni Hoffæus ac Roseffius, quod dubitare haud possent, quin Roma quó-
que aut jām subscriptisset, aut certò subscriptura esset; Facta hac contestatio-
ne conditum mox postridiè decretum est à Senatu, quo & donatio Fuggero-
rum rata habita, & Societas urbis incolis in perpetuum adscripta, & Col-
legii, iis tamen, quæ memoravi pactis, ædificandi potestas concessa est. Ad

429.
Nostrī plate-
am latiorem
faciunt, urbs
turris & tem-
pli ædificandi
dat copiam.

sunt hæc die mensis Maji tertio, ter fausta omnino luce, ut qua olim Diva Im-
peratrix Helena divinam Salvatoris Crucem, Thesaurum maximum refocit,
eadem die nobis obtingeret, ut inter tot difficultates veluti defossam eruere-
mus facultatem ipsi Salvatori, ut postea factum est, Collegium dedicandi, in
quo & ex quo Christi Crucifixi Gloria in urbem Augustam & urbis viciniam
augustis incrementis propagaretur. Äquum sanè erat, ut Socii post viginti
annorum in hoc molimine sudores, curas, laborésque superatos lata tunc in
domino agerent Vicennalia, sibi mutuò gratularentur, & junctis gaudiis Tri-
umphatori Deo laudes cantarent, & gratias: tantò magis, quod etiam paulo
post ædificandi templi & adjungendæ templi turris copia levi negotio est im-
petrata. Antiquis legib⁹ vetitum erat, ne à quoquam turris intra urbem
urbisve pomæria exstueretur, absque Magistratus facultate. Causa Legis esse
dicitur, quod olim ex turri quapiam dato signo urbs hosti sit prodita: equi-
dem haud defuerunt, qui sanctionis hujus prætextu non turris duntaxat (quid
enim hæc absque templo?) sed ipsius templi structuram everti posse spera-
bant: verùm, ut apud viros cordatos honesti & æqui amor præ omni affectio-
ne est, ubi retulit Senatui Præfetus, statutum esse Sociis de ædibus, quas Fugge-
ri donaverant, eas, que obliquis angulis in plateam non sine illius deforma-
tione pluribus in locis excurrebant, solo æquare, ita, ut deinceps latior via pu-
blica longo rectissimōque ductu plūs quam ducentorum pedum, quos Colle-
gium cœlurum erat, procursura esset, humanitatis esse crediderunt Senatorès,
vicissim gratificari Sociis, copiamque dare templum simul turrimque ædifican-
di, uno hoc excepto, ne id structuræ moliremur in hortis, qui veteribus urbis
moenibus adjacent. Ursit inter alios hanc conditionem ipse Rehlingius, satis
mente prævisum habens, nihil minus nobis in animo esse, quam eo loci sacram
ædem ponere, atque ita fore, ut facilius daretur, quod re ipsa intendebamus.
Terminata itaque divino, quod grati agnoscimus, auxilio tota res, atque ad
felicem exitum perducta est. Quapropter Nostrī facultate, quæ tam admiran-
dis viis concessa fuerat, celeriter utendum rati, cùm grates impensè egissent

430.
Nostrī in ædes
Fuggerianas
immigrant.

Cathedralis templi Canonis pro hospitalis recti permisso usu, sub quo lustris
quinque habitassent, decimo octavo Calendas Decembres ad ædes Fuggeria-

431.
Roseffius ad
electionem
novi Genera-
lis Roman
abit.

nas transmigrarunt, quæ tamen ipsæ paulo post dejiciandæ, ac novo Colle-
gii ædificio locum facturæ erant, Mors Euēhardi Mercuriani, nocte Calendas
Augusti subsecuta Romæ defuncti, universæ Societati, quam octo annis san&is-
simè gubernavit, illætabilis & peracerba, in hoc tamen Augustanis nostrati-
bus minus incommoda fuit, quod non antè contigerit, quam Roseffius, cuius
præ-

A.C.
MDLXXX.

præsentia Collegio Augustano fundando planè erat necessaria, *tertium* hoc roties interruptum feliciter pertexuisset, quapropter jam liberiùs à Provincia, quæ Monachii congregata fuerat, Romam, unde ante octo non amplius Menses redierat, ad novi Generalis electionem unà cum Patre Provinciali, ac Martino Leubensteinio remitti potuit, gubernatione Collegii, quam nuperimè primus ipse Rector suscepserat, tantisper in Joannem Völkium translatā, uti & curā fabricæ, cujus Joannes non imperitus esse censēbatur. Multum negotii in apparatu materiali ad ædificium conquirendo habuisset Völkius, nisi hanc fautores nostri consilio & operâ procurassent. Rehlingius cùm rescivisset, laterum præcipue magnam penuriam esse, mœnium reparationem, nuper decretam, aliud in tempus distulit, unde Joannes Fuggerus, quem, uti & ejus fratrem Marcum, ambos jam sponte currentes, Guilielmus Bojariæ Dux, datis haud pridem literis ad promovendam Collegii structuram incitaverat, centena illico lapidum coctilium millia coëmit, quibus mox addita fuerunt trecenta alia, empta pecuniis, quarum mille florenos Welseri, septingentos Marcus Fuggerus, Christophorus Hermannus quingentos, Michaël demum Majus ducentos dono dederat.

Dum sic Augustæ necessaria inchoandæ ædificationi celeriter simul & gnaviter curantur, Landspergæ ita jam omnia parata fuerant, ut condendo Domicilii nostri templo fieri posset initium. Rogatu Swicardi Comitis Augu-

432.
Materia novi
ædificii ab
michi suppe-
ditatur.

ftâ venit Episcopi Vicarius Generalis & Suffraganeus, Michaël Dornvogelius, Episcopus Adramytenus, Vir Pietate ac Doctrina magnus, atque Societati peramicus; is primum lapidem, consueto Ecclesiæ ritu sacratum Adjutoribus Swicardo Comite, & Gregorio Roseffio in fundamenta demisit: adfuisse non modò Urbis Consules Luzius ac Probstius cum Senatoribus ac civibus permultis, verùm etiam, quotquot in urbe degebant Clerici: Linteis hi amicti, ac prælato Crucis signo, quod faultum, quodque suo nomini gloriosum Deus esse juberet, ædificio Ecclesiasticis cantibus piè ac bene à Cœlo precati sunt. Pias 433.
Landsperga
fundamenta
locantur pro
templo.

etiam precatio[n]es facere oportuit non pro uno duntaxat loco, sed universa Bojaria, ac Bojariæ præsertim Principibus. Eas expetiit Guilielmus ab omni gubernatio[n]em Clero, quām populo, qui cùm Parenti Alberto in gubernanda Patria successisset, ut prosperos quoque in regimine successus impetraret, ipsos subditos, quorum æquè multum intererat, apud Deum precatores adhibuit. Hunc in finem quinto Februarii solemnis per urbem Monacensem instituta est Supplicatio. Prima cœptæ gubernationis cura fuit, Bavariam habere Deo non minùs quām sibi morigeram. Albertus Genitor immortali apud Deum merito Patriam ita Catholicam, aut reddiderat, aut servârat, ut filio planiora ad religionem salvam tutamque tenendam essent omnia, quapropter id sibi relictum putavit Guilielmus, ut profigata jam hæresi etiam vitia, quantum posset, exterminet. Lupanar publicum in urbe steterat, id jussu novi Principis, ac operâ Civici Magistratus, jussum exequentis, occlusum statim fuit; mulieribus ex eo septem, ut rigido vivendi genere sponte suscepto antea expiatent, persuasum: sex aliis, ut in matrimonio collocari possent, dotem Guilielmus suppeditavit: Idem, cùm annonæ sterilitas ingruisset, suis ex horreis vendi frumentum jussit leviori pretio; prohibuit ex adverso, ne, qui tritico abundabant, id celarent, donec aucto pretio suæ litare possent avaritiæ. Jam Dei ac Cœlitum cultus quantis per Principum exempla propagatus est incrementis? Hebdomada ferè non abiit, qua non expurgatâ coram Nostro conscientiâ Divino peterent cibo refici. Cùm paci in Lusitania restituendæ Jubilæum publicâsset Pontifex, solemnem ad tempa circuitum cum universa Nobilitate Aulica ter comitati sunt Conjunx Guilielmi Renata, cum Maximiliana Principe Guilielmi sorore, ad publica valetudinaria persæpe conviens, ex Nostris unum simul ire semper voluit, ut, dum ipsæ largam ægrotis porrigerent stipem, hic pios ad persuadendam morborum tolerantiamhorta-

434.
Guilielmi Bo-
jariæ Principis
nem adeuntis
sancta initia,
cujus pietate
tem imitatur
Conjunx, &
Maximiliana
Soror.

A.C.
MDLXXX.

227

435.
S. Bennonis
Reliquiae
translatae in
templo B.V.

tus adderet. Quod memoro, Cœli in primis Civibus ad gloriam, Bojariæ deinceps indigenis pariter, & accolis, atque adeò multis longè latèque populis ad corporis sanitatem salutem in hodierna usque tempora mirificè profuit. Quadriennium fluxerat, ex quo, uti tum exposuimus, Divi Bennonis Misericordia quoniam in Saxonia Episcopi sacræ exuviae Monachio, & Monacensis Regiae sacello, ornatissimo quidem, sed magnæ populifrequentia haud capaci fuerant illatæ. Religioni sibi duxit Guilielmus tam pretiosum thesaurum haud communicare cum subditis: transferre itaque statuit in ædem urbis primariam, Divæ Matris honoribus consecratam. Habuit translatio pompam à sancta Magnificentia venerandam non minùs, quam admirandam: duxerunt eam complices Infulati Antistites, atque ipse cum suo Suffraganeo Episcopus Frisingensis Ernestus Guilielmi frater, stiparunt longissima supplicantium agmina, quibus præbat ipse Guilielmus, magnus utique Doctor, & si unquam, hunc obductum principali Ducis titulo dignissimus. Oratus fuit Divus Præsul communis omnium prece, ut ex eo die peculiariter Bojariæ tutelam præsidiumque in se susciperet. Exoratum fuisse testatur Gentium ad ejus opem implorandum concurrentium fiducia, quam indies universalis hic supplicum Patronus amplis beneficiis, ac saepe prodigiosis, pergit accedere. Ut aliquid nostræ quoque opellæ augendo Sancti Præsulis honori afferremus, tum ejus vitam & miracula vulgato typis Monacenibus libro, tum editis in lucem non secundis concionibus Panegyricis illustrare studuimus. Hac occasione eidem Ecclesiæ Collegiatæ obvenit sacer digitus ex Reliquiis Divi Pauli Apostoli, ut paulò post nostro quoque altari exornando obtigisse videbimus Radium ex Brachio ejusdem Sancti Apostoli à Wolfgango Agricola Collegii Canonicorum Spalatensis Decano. Lipsana hæc Bonifacius hujus appellationis octavus Pontifex maximus, ad piorum Principum preces Româ transmiserat seculi decimi tertii anno octogesimo primo; collocata dein fuerunt in celebri quondam Franconiaæ Monasterio Helbrunensi, quod cum in irruptione Brandenburgica nuper vastatum, & in equile versum fuisse, Catholici sacras hasce Reliquias hæreticorum furori subtractas, ei, quem diximus, Decano, hic nobis tradidit, una cum legitimis tabulis, queis rei gestæ series firmatur. Porro studia hæc erga Superos plurimùm inflammârunt celebres, atque servidi ex Collegio Oratores, Paulus Hoffæus, Ferdinandus, Alberus, Carolus Leopoldus, & Conradus Vötterus, quorū ultimus, licet in Aula duntaxat Gymnasii ad juventutē scholasticā haberet dicere, maximo tamen omnium concursu frequentabatur, ut locus quantumvis amplissimus, capienda multitudini vix sufficeret, ac mulieres, quibus ad Aulam accessus non dabatur, oppositas ei fenestras domorum, quæ, templo nondum condito, in vicinia stabant, magno numero, audiendi cupidæ occuparent. Par accursus extitit ad Carolum Leopoldum, qui cathedram in templo Augustinianorum tenuit: Edmundus Campianus è Societate nostra, Megalo martyr in Anglia, cum Pragâ appulsus Romam contenderet, profecturus, indè ad suos Britones, invitatu Principum die Sancto Thomæ Aquinati sacra concionem Latinam habuit in Gymnasio ad Scholasticos, cui Duces ipsi Guilielmus & Ferdinandus Auditores adfuere. Oriente verò Quadragesima concionari iterum in Principali Aula exorsus est Paulus Hoffæus extraordinario labore, quod præter curas gubernandæ Provinciæ, studium etiam peculiare impendendum esset quæstionibus de censu, & usurâ, quas Princeps ter coram Auditoribus enodari voluit, argumentum, illo præsertim tempore, intricatum & tractatu creperum. Ad lustranda Provinciæ Collegia discedenti tum ipsi equum donavit Princeps, tum ejus Socio Vito Linero; nam, qui antea simul concionator in Aula, Rector Collegii, & Præses Congregationis,

436.
Radius ex Bra-
chio S. Pauli
nobis donatus437.
Præter ordina-
ries concio-
natores ma-
gni nominis438.
Edmundus
Campianus
Monacho
transiens,439.
E.Paulus Hof-
fæus concio-
natur in Aula.440.
Ferd. Alberus
simul concio-
nator in Aula,
Rector Colle-
gii, & Præses
Congrega-
tionis,

sacer digitus ex Reliquiis Divi Pauli Apostoli, ut paulò post nostro quoque altari exornando obtigisse videbimus Radium ex Brachio ejusdem Sancti Apostoli à Wolfgango Agricola Collegii Canonicorum Spalatensis Decano. Lipsana hæc Bonifacius hujus appellationis octavus Pontifex maximus, ad piorum Principum preces Româ transmiserat seculi decimi tertii anno octogesimo primo; collocata dein fuerunt in celebri quondam Franconiaæ Monasterio Helbrunensi, quod cum in irruptione Brandenburgica nuper vastatum, & in equile versum fuisse, Catholici sacras hasce Reliquias hæreticorum furori subtraactas, ei, quem diximus, Decano, hic nobis tradidit, una cum legitimis tabulis, queis rei gestæ series firmatur. Porro studia hæc erga Superos plurimùm inflammârunt celebres, atque servidi ex Collegio Oratores, Paulus Hoffæus, Ferdinandus, Alberus, Carolus Leopoldus, & Conradus Vötterus, quorū ultimus, licet in Aula duntaxat Gymnasii ad juventutē scholasticā haberet dicere, maximo tamen omnium concursu frequentabatur, ut locus quantumvis amplissimus, capienda multitudini vix sufficeret, ac mulieres, quibus ad Aulam accessus non dabatur, oppositas ei fenestras domorum, quæ, templo nondum condito, in vicinia stabant, magno numero, audiendi cupidæ occuparent. Par accursus extitit ad Carolum Leopoldum, qui cathedram in templo Augustinianorum tenuit: Edmundus Campianus è Societate nostra, Megalo martyr in Anglia, cum Pragâ appulsus Romam contenderet, profecturus, indè ad suos Britones, invitatu Principum die Sancto Thomæ Aquinati sacra concionem Latinam habuit in Gymnasio ad Scholasticos, cui Duces ipsi Guilielmus & Ferdinandus Auditores adfuere. Oriente verò Quadragesima concionari iterum in Principali Aula exorsus est Paulus Hoffæus extraordinario labore, quod præter curas gubernandæ Provinciæ, studium etiam peculiare impendendum esset quæstionibus de censu, & usurâ, quas Princeps ter coram Auditoribus enodari voluit, argumentum, illo præsertim tempore, intricatum & tractatu creperum. Ad lustranda Provinciæ Collegia discedenti tum ipsi equum donavit Princeps, tum ejus Socio Vito Linero; nam, qui antea simul concionator in Aula, Rector Collegii, & Præses Congregationis,

compulsus fuerat, usque dum tempus profectionis in Helvetiam appeteret. Post Hoffæi abitum Ferdinandus Alberus Rector ad munus concionatoris

natoris in Aula assumptus, ut amplissimo suo animas salvandi studio velificaretur, etiam Marianæ Sodalitatis regendæ curam suscepit, summo utrobique fructu. Eluxere plurimorum Sodalium plurima exempla profusa in egenos charitatis, quibus edendis insolita frumenti inopia occasionem dedit. Unius in hoc genere virtus eminuit; Compererat mille minimum extra urbem passibus in casa ægrotum decumbere pauperem, ac præterea fame miserè labulantem. Huic, quem dixi, Sodalis per integrum hyemem quotidie cibum ipsemet in tugurium detulit: non gelu acre, non deciduae nives, non validæ imbrium aquæ charitatem hanc & misericordiam potuerunt extingueare. Ex quadragenis, quibus ab hæresi redeuntibus maternus Ecclesiæ sinus iterum patuit, memorandus venit Anglus, nobilissimo ortus genere, qui, cum ad lustrandas regiones exteriores à parentibus, quorum erat unigena, missus fuisse, ab ipsa Anglia Regina Elisabetha commendatitias ad Cæsarem acceperat, à quo Pragæ, ubi Cæsar Rudolphus ut plurimum versabatur, hospitaliter habitus, Monachium venit; hic urbem curiosè inspectans, ad domum quoque nostram accessit: captata uetus occasione sermonem intulit de Controversiis fidei, & scrupulos juveni injecit non exiguos, quibus ille expediri avidus, cum saepius de suis dubiis collatum rediisset, agitæ tandem veritati manus dedit, & ritè Catholicum se ex Tridentina formula coram testibus aliquot professus, plenus spirituali solatio iter in Italiam persecutus est.

Magnam Principi ipsi Guilielmo hic eventus peperit luctitiam, quæ memorabili incremento brevi post aucta est. Ingolstadium profectus erat, tum venationis causâ, tum, ut fidelitatis Sacramentum à civibus acciperet, atque res etiam Academiæ inspiceret. Peregrè nuper ad eam ex ipsa Lithuania accesserat Alexander, ex regia Jagellonidum stirpe, Ducis Slucensium, & Cope-lienium Georgii filius, optimæ indolis Princeps, sed qui ex avito errore Græcorum Schismati erat implicitus. Animum, curamque juvenis ad Ecclesiam Orthodoxam reducendi Dux ipse Guilielmus suscepit, suaque comitate effecit, ut Alexander cum Gregorio nostro de Valentia hac de re agitare cœperit. Audivit eum Princeps Lithuanus perlubenter, ac demum validis Gregorii argumentis expugnatus, Romani Pontificis clavibus se submittere, cæteraque, in quibus Græci discordant, dogmata abjicere decrevit. Lætus enuntio Guilielmus Martinum Schaumbergium Ecclesiæ Eystadiensis Præsum, senio ac pietate summè venerabilem, ad se amicitiae causa invitavit, re ipsa, ut Alexandrum à Schismate ablolveret, ac Pontificis nomine inter obedientes Romanæ Sedis filios reciperet, quod etiam bonorum omnium gratulatione perfectum est. Gregorius postea Romam cum Hoffæo abiit, non quidem, ut electioni Generalis adesset, verum accitus à Pontifice, ut disceptationi assideret, de cuius argumento exituque anno proximo dicendum erit. Est haud procul Lyco amne aliquot militibus Ingolstadio remorum Monasterium Thierhauptum Ordinis Divi Benedicti, pervetus, ac imprimis inclitum: hujus Antistes Benedictus ex antiqua Gaugenriediorum stirpe, ut primus Coenobio suo mitram intulit, ita primus morem invexit, plus commentatoribus spiritum exercendi in sacra solitudine, quam intra Collegii Ingolstadiensis patentes subiit: in quam eandem dein & Prior & alii ex eodem Monasterio complures se receperunt.

In Suevia etiam Asceteriis usus exercitorum spiritualium aliquot in locis introductus multum jam increvit, postquam hoc anno Julius Priscianensis & Antonius Balduinus, hic Philosophicatum, ille Theologicarum literarum in Academia Doctor non vicina duntaxat, verum etiam remotiora diveltorum Religiosorum domicilia obire cœperunt. Enimvero mira vis est ad conciliandos mortaliū animos in candore animi, si conjunctam similitudinem gravitatem habeat, minime tamen fastidiam: Utrumque hoc decus in Antonio æquè ac Julio elucebat, quo sermo omnis, actioque nativâ quadam gratia resplendebant: Accedit prudentia fama: doctrina item ac probitas non vulgaria specimina: itaque ubivis locorum honorificè excepti ac peramanter habiti non solum presentiā suā consilio & horacibus multum profuerunt, verum etiam

A.C.
MDLXXX.441.
Sodalis Ma-
rianæ eximia
charitas.442.
Nobilis Bri-
tanni conver-
go ad fidem.443.
Ingolstadii
Alexander
Dux Slucen-
sis redit ad
Ecclesiam.444.
Gregorius de
Valentia Ro-
manum evoca-
tur.445.
Julius Prisci-
anensis & Ant-
tonius Bal-
duinus Augi-
fest in Monat
studi Suevia.

A.C.
MDLXXX.

446. Sodalium Partheniorum pietas praesertim Joannis Scribonii: & ejusdem beata morte.

etiam absentes plurimorum Antistitutum literis rogati sunt, ut dubia illorum & questiones expedirent; certè ab eo tempore multi Religiosi, qui ad literas condiscendas à suis moderatoribus destinabantur, non in aliud Doctrinarum Emporium quam Dilinganum, & quod ibi erat Divi Hieronymi Collegium mitti cœperunt, magno Academæ incremento. Augescebat simul notabiliter cum scholasticorum numero Sodalium Partheniorum fervor, ac pietas. Supplicationibus ultimo ante Pascha biduo & adjunctæ corporum per flagella castigationi, ut Sodalitates in Bavaria ac Tyroli, sic etiam Diligana hoc anno initium fecit. Meminerunt Annales Sodalitii ante alios piissimi Adolescentis Joannis Scribonii: integrerrimis hunc tradunt fuisse moribus, quorum innocentia Christo Servatori ita placuerit, ut puerili specie visendum se illi præberet. Hujus aspectu tantos, tamque celeres in omni virtute progressus fecit Joannes, ut juvenili ætate cœlo maturuisse sit judicatus: moribus itaque lethalis immissus fuit, quo cùm laboraret, etiam Virgo Mater Divinum Pusionem brachio gestans, & magno splendore circumfusa sese adspectabilem dedit. Mortem octavo post die inter prægustata coeli gaudia oppetiit felicissimam.

447. Oenipontani Sodalis patientia & conscientia hæreticum con- vertit,

Oeniponti etiam in Tyroli cum in universo populo consuetæ operæ consuetus fructus, tum maximè in Sodalitate Mariana emicuit, ut nostri Socii servidâ institutione etiam Sodales ipsos in scelerum profligatione & virtutis promovendæ cum Socios ac adjutores effecerint. Qui maturiores ex his, & satis eruditæ erant, occisiones quærebant de Fide disceptandi cum hæreticis, non incassum semper. Fuit, qui, cùm pertinaci cuiquam Religionis Catholicæ desertori redditum vehementer persuadere niteretur, conviciis & impacto sonante colapho rejectus fuit. Major ex hominis contumacia, quam ex alapa & ignominia, doloris sensus extitit: resumit animum Sodalis, instaurat pugnam, oportunè, importunè, atque etiam adeò solidis argumentis urget, instatque, ut alter demum manus, quas nimis quam temerarias in amantissimum adversarium extenderat, jam vietas tenderet, sineretque se ad Sacerdotem ex nostris perduci, qui expiatum, posthac morigerum Ecclesiz Matri filium reddidit. Akerius quoque Sodalis admiranda extitit charitas: multi nocte ac asperrima hyeme in aliena domo negotii nescio cuius tractandi causâ detinut, cùm ædes suas repeteret, in pauperculum humi jacentem, seminudum, atq; ex gelu propè seminecem incidit: miseratione motus sublevat hominem: ægre molientem gressus, sublectis brachiis domum deducit, foco, cibo, vestitu liberaliter ac benignè recreat. Sodalium virtutes æmulari si non superare videbatur, insolitus quidam simulator Sanctorum, cuius ingentem famam apud plebem adeptus fuerat, reapse homo improbus, & gravibus cooperitus flagitiis, quæ Sacerdotis gradum, quo fulgebat, maximè dedecebant. Specabilem se misero stitit ipse Servator Christus, & acriter objurgatum jussit ad Nostrarium aliquem se conferre, sine qua confessione sempiterno fæse exitio subtrahere. Advolat confessum tremebundus, noxarum omnium confessionem inter singultus ac lachrymas instituit. Vim deinde talam duxit, ut, qui nomine duntaxat hucusque, etiam re deinceps prius, & Sanctitatis studiosus esset.

448. Alterius Sodalis magna charitas in egenum.

Tridenti rerum, quas primi quondam è Societate egerunt, memoriam innovavit recens fama de iis, quæ Oeniponti à nostris gerebantur, Tyrolim universam pervagata, quapropter cùm aliquoties quidem Collegium jam illuc fuisse expetitum, quin tamen ob interventionia semper impedimenta statui posset, duo saltæ furent postulati, qui ad aliquot hebdomades operam illic ponerent, & posuerunt sanè cum fructu uberi, apud plebem simul ac Nobilitatem. Bormiensis quoque urbis cives regustare iterum desiderârunt per Quadragesimæ tempus sacram nostrorum tum ex Cathedra eloquentiam, tum in audiendis confessionibus industrias. Concessi fuere bini ex Collegio Halensi, horum alter ad habendas Conciones destinatus fuit idem, qui anno clapsi, Petrus Fraccarius. Redierunt Halam promoto magnis auctibus DEI cultu, & apud Bormienses Collegii penes se habendi desiderio. Lucernæ in Helvetia Franciscus Bonhomius, Pontificius, ut sèpè jam indicatum, Legatus, postquam Martini Leubensteinii Rectoris opera, zelo & sagacitate feliciter usus fuerat ad supprimenda dissidia, quæ inter Monasterii cujuspiam incolas gravioribus malis ansam dare potuerint, Vercellas ad revisendum Diocesis suam rediit. Ut dolorem leniret, quem ex tanti Patroni abitu merito concipere debebamus, pollicitus est, consilio, atque omni, quæ posset, cura & autoritate rei Catholicæ patiter ac Societati semper affuturum, cuius promissi exsolvendi ut in occasionem brevi, postquam Vercellas appulsus est, oblatum habuit, sic etiam graviter est amplexus.

450. Excursus ad urbem Tridentinam,

451. Nella duo mituntur, Bormium.

452. Franc. Bonhomius Pontif. Legatus ex Helvetia in Italiæ rediens sua nobis studia pollicetur,

Tridenti rerum, quas primi quondam è Societate egerunt, memoriam innovavit recens fama de iis, quæ Oeniponti à nostris gerebantur, Tyrolim universam pervagata, quapropter cùm aliquoties quidem Collegium jam illuc fuisse expetitum, quin tamen ob interventionia semper impedimenta statui posset, duo saltæ furent postulati, qui ad aliquot hebdomades operam illic ponerent, & posuerunt sanè cum fructu uberi, apud plebem simul ac Nobilitatem. Bormiensis quoque urbis cives regustare iterum desiderârunt per Quadragesimæ tempus sacram nostrorum tum ex Cathedra eloquentiam, tum in audiendis confessionibus industrias. Concessi fuere bini ex Collegio Halensi, horum alter ad habendas Conciones destinatus fuit idem, qui anno clapsi, Petrus Fraccarius. Redierunt Halam promoto magnis auctibus DEI cultu, & apud Bormienses Collegii penes se habendi desiderio. Lucernæ in Helvetia Franciscus Bonhomius, Pontificius, ut sèpè jam indicatum, Legatus, postquam Martini Leubensteinii Rectoris opera, zelo & sagacitate feliciter usus fuerat ad supprimenda dissidia, quæ inter Monasterii cujuspiam incolas gravioribus malis ansam dare potuerint, Vercellas ad revisandum Diocesis suam rediit. Ut dolorem leniret, quem ex tanti Patroni abitu merito concipere debebamus, pollicitus est, consilio, atque omni, quæ posset, cura & autoritate rei Catholicæ patiter ac Societati semper affuturum, cuius promissi exsolvendi ut in occasionem brevi, postquam Vercellas appulsus est, oblatum habuit, sic etiam graviter est amplexus.

FINIS DECADIS QUARTÆ.

HISTO.

HISTORIÆ PROVINCIÆ GERMANIÆ
SUPERIORIS SOCIETATIS JESU
DECAS QUINTA.

SYNOPSIS.

Ils de Collegii Friburgensis fundo sopita adventu Oliverii Manarei Visitatoris. n. 1. Honor à Friburgensis exhibitus Oliverio discendent. n. 25. Collegium Augustanum adificari cœptum. n. 26. Uri & Gymnasium. n. 38. Seminarii pauperum Scholasticorum Augustæ initium. n. 49. Episcopus Collegio Dilingano faveat. n. 50. Gaspar Huidodus mittitur in Angliam. n. 57. Monachii turbarum aliquid ob Menginum Principis Confessarium. n. 62. Oenipontii Scholarum & Sodalitatis incrementa. n. 78. Georgius Baderus Provincialis. n. 84. Monacensis templi fabrica decernitur; decernendi occasio. n. 94. Mylius Prædicans Collegio Augustano litem intendit nullo successu. n. 100. Cœpta Augustæ Fabrica templi, immigratum in novum Collegium. n. 105. Variorum Principum, præcipue Boiorum in Comitiis Religio publica. n. 111. Scholarum Augustæ initium. n. 116. Lucerna & Friburgi Helvetiorum acta in Gymnasio, Templo, excursionibus sacris. n. 117. Profugi è Societate miserabilis exitus. n. 137. Monacensium pietas ob bellum Colonense. n. 138. Templi S. Michaëlis pro Collegio Monacensi fabrica inchoata. n. 143. Augustani Collegii inter prospera & adversa progressus. n. 146. Sociorum Dilingensium improvisa provocatio Norimberga ad disputandum, successu adversariis parum honorifico. n. 162. Narratio longior de Augustano tumultu, & Collegii periculo ob Calendarium Gregorianum. n. 163. Nova calunnia sociis impacta falsitas pacta. n. 170. Theodori Peltani mors & elogium. n. 185. Templum domus Landspergensis dedicatur & ornatur. n. 187. Maximilianus Guilielmi Ducis filius Præfectus omnium Sodalitarum in Germania. n. 196. Ingolstadiensia. n. 197. Oenipontana & Halensia. n. 200. In Helvetia missio ad Subsylvanos ac Tugios fructuus. n. 203. Friburgi nova sedes Collegio & Gymnasio deligitur. n. 208. Lucerna primus ex nostra Provincia in obsequio pestiferorum moritur, de ejus vocatione memorabilia. n. 213. Roseffius Luca Osiandri librum refutat. n. 220. Monachii primus lapis positus pro struclura Collegii. n. 223. Tres Marchiones Badenses sunt Catholicæ. n. 226. Guilielmi Ducis peregrinatio Lauretana. n. 229. Cathedra S. Mauriti & Gymnasium pleno jure Societati traditur sublato Pædagogio. n. 230. Gregorius XIII. pridie mortis fundat Alumnos Pontificios Dilingæ. n. 235. Cœpta in Collegiis Conferentia casuum. n. 236. Ex Collegio Dilingano missiones; harum præcipua Elvicensis. n. 240. Gamundia & Gunzburgum excolitur. n. 253. VVilhelmi ex Rothensi Præmonstratenſum Collegio Religiosi pia Dilingæ memoria. n. 257. Fuggeri denuo in Augustanum Collegium benefic. n. 265. Miespachienſis missio memorabilis. n. 269. Prima Collegii Ratisbonensis origines. n. 271. Sodalis ope B. V. venit in notitiam occulti peccati. n. 271. Excursio Leuchtenbergam, & Kauffburam. n. 281. Oenipontana, Halensia, Lucernensia. n. 285. Friburgi motus ob fabricam Collegii. n. 294. Franc. Bonhomii Episc. Vercell. mors & elogium. n. 301. Acta Lucerne, Oeniponti, Hale. n. 303. Initia propensionis VVolfgangi VVilhelmi Princ. Neoburg. ad fidem Catholicam. n. 318. Acta cætera Monachii. n. 319. Ingolstadii cœptum adificari templum. n. 332. Ingolstadiensia, Augustana, Dilingana, Elvicensia. n. 331. De Collegio Ratisbonensi difficultates. n. 341. Guilielmus defendit Collegium Monachense. n. 350. Landspergensia. n. 354. Dilingana, Oenipontana, Halensia. n. 364. Helvetica. n. 371. Bruntrurani Collegii origo. n. 374. Ratisbonensis Collegii fundandi negotium feliciter terminatur, n. 381. Desertum Biburgense.

sc. Monasterium collegio Ingolstadiensi traditur. n. 389. Monacensis, Dilingana, Elvicensis. n. 411. Augustiana, Oenipontana, Halensis. n. 418. Friburgensis, Lucernensis, Brunnerutana. n. 428. Raesbone acta. n. 430. Monacensis Templi & Gymnasii fabrica interrupta. n. 445. Ingolstadiensis. n. 453. Dilingana. n. 461. Augustana. n. 467. Magdalena Regine mors; acta Oeniponti. n. 471. Acta in Helveria. n. 477.

A. C.
MDLXXXI.

1.
*Lis de Fribur-
gensis Colle-
giū fundo re-
fuscitata.*

2.
*Iterum sopia
literis Bon-
homii*

3.
*Ad Andrenum
& alios.*

4.
*Litera Magi-
stratus ad
Hoffseum.*

5.
*Petri Canisi
& Roberti
Andreni labo-
res.*

6.
*Typographia
introducta.*

7.
*Inchoata Con-
gregatio B.V.*

8.
*Canisii mode-
stiam veron-
tū sectarii,
amant Catho-
lici.*

Non tam citò ex Germania discesserat Bonhomius, cùm Friburgi Nutthonum refossa denuò lis est, quam superiore anno cum bona omnium pace tumulatam fuisse credebamus. Fundum, quem Pontifex & Senatus futuro Collegio addixerant, in controversiam traxit nonnemo magnæ in Reipublica autoritatis. Id postquam intellexit Vercellensis Præsul, primum quidem ad Robertum Andrenum Cadisi socium, in quem hic, ut liberius animorum defensioni sese impenderet, oeconomiae stabilendiæ curas reje- cerat, literas dedit, quibus & illatas ab altercatoribus molestias lenivit, & suum ad eas frangendas auxilium appromisit, dein scriptis quoque ad alios epistles utilitates, quas à Societate Urbs jam recipere, ac imposterum præsto- lari haberet, tanta verborum efficacia ob oculos posuit, ut Magistratus non modò litigatores nequaquam ultrà audiendos censuerit, verùm etiam com- muni Reipublicæ totius nomine, ac publicis literis grates perhumaniter egere Paulo Hoffæo Provinciæ Præposito, quòd ex ejus concessionie nacta sit Nutthonia Petrum Canisium Virum tam re ipsa magnum, quām tota Europa cele- brem: cuius spiritum cùm in cæteris etiam Sodalibus vigere, perennemque fore confidant, nihil sibi optabilius esse, quām ut Beatissimi Patris Gregorii de Collegio Friburgi ædificando, quām proximè fieri possit, voluntas expleatur. Et verò tam strenue in commissis sibi Novalibus laborabant ambo hi Operarii, ut nemo non indefessam eorum diligentiam admiraretur. Et Canisius quidem in templo Principe Divi Nicolai, Robertus in Aede Matris Virgi- nis diebus festis ac Dominicis populum instruebant è cathedra, æstatem teneri- ore in Catechesi. Ille int̄serebat publicè privatimque Disputationes de Capitibus fidei, cuius dogmata solidè firmata, hæreticorum ex adverso errores luculenter confutati ut latius patescerent, effecit, ut Typographiam in turbe conderet Senatus, dum Andrenus int̄erea Sodalitatem congregaret sub Mariz Deiparæ auspiciis, DEO peculiaribus statutis servitaram, cuius præfecturam primus gessit Pancratius Python, cum Assistentibus, ut vocant, Nicolao Maier & Carolo Diespachio, è prima loci nobilitate. Concuti in dies magis per vicinas oras cœpit hæresis, ac reformidare Canisium; quāmquām enim nihil aut sermonibus viri aut scriptis asperum subesset, nihil àmarum, quin modestus candor, agendi suavitas, & minimè cerussata comitâ undique eluceret, verebantur tamen pondus argumentorū, quo se p̄emi sentiebant, convincique errores suos, &, cùm à sua hara ad Christi ovile identidem complures tradi- viderent, congregati tamen cùm eo horrebant, quēm tantò efficaciorem in extorquenda veritatis palma, quād in ipsa extorquendi ratione pacatiorem ex- periebantur. Perstabat quippe Canisius in eo, quod pridem habebat propo- situm, ut quām parūm à falsa religione impugnanda, vera defendenda, pe- tulantibus aliorum conviciis retardari se pateretur, tam nihil ipse verbo aut scripto ederet, quod immoderatius piperatos, mordacésque joulos, nedūm acerbiores cavillos, saperet, solitus etiam adhortari alios, ut ab his sibi tem- perarent. Mirificè hic agendi tenor Nutthonum cepit animos, & Collegii habendi desiderium incendit, quod paulò p̄ost luculenter sese prodidit. Clau- dio Aquaviva, quēm Everardò Mercuriano in Societate regenda Patres con- gregati suffecerant, iudem novos Assistentes juxta Instituti rationem adjunxerē;

intra

inter hos pro Germaniae Provinciis delectus fuit Paulus Hoffæus, quem cum Gregorio Roseffio, & Martino Leibensteinio ex nostra Provincia electioni adfuisse nuper indicavimus. Itaque Hoffæi munus excipere jussus est Oliverius Manaræus, antea post Everardi obitum Generalis totius Ordinis Vicarius, habiturus modò nomen officiumq; Visitatoris in Germania; is cum socio Georgio Badero, quem de Rhenana Provincia evocaverat, rectè ex Urbe in Helvetiam perrexit. Ac Lucernæ quidem res invenit geri feliciter; perspecta in pestis contagio, quod aliquamdiu duravit, nostrorum laboriosa peritia, quam animis, & non raro corporibus quoque sanandis adhibuerunt, cives ad omnia, quæ salubriter instituenda suassimus, reddiderat prinos admodum, & paratos. Toparchiæ cuiuspiam Lucernensis Præfectus Landspergam usque, dierum aliquot itinere protectus est, ut, ubi Societatis Tyrone Religiosæ vitæ principia haurirent, ipse jam grandævus Vir per Sancti Ignatii exercitia altius proveheret virtutem, multis jam hucusque exemplis, multaque eorum, quos moderabatur, utilitate probatam. At cum Friburgum pervenisset Oliverius, ipsos Friburgenses paulatim formidare intellexit, ne Canisius Andrenusque sub nimio, quod pro animorum commodis portabant, onere sternerentur, unde nemo non copiosas illis, celeresque optabat suppetias. Quo cognito, petiit Oliverius à Magistratu, ut daret quosdem è corpore suo, quibuscum de Collegii perfectione certi quidpiam constitui posset; dati sunt. Ab his tria in primis Visitator petiit, primum, ut, cum recepta in urbem Societas foret, quemadmodum aliis in locis, ita & hic suis frui privilegiis, suis vivere statutis posset, & consuetudinibus; ex adverso totius Reipublicæ finibus exigerentur, si quos à Societate contingenter clanculum abire fœdifragos. Alterum, quod postulârat, sedes erat futuro legenda domicilio. Demum, ut Senatus, quæ pro sustentatione Collegii & pacta jam, & adhuc paciscenda forent, ad prævertendas in posterum lites novis tabulis declararet, munireturque. Primæ petitioni plenè simul & prolixè concessum est. In situ habitationis deligendo mutatum est, quod anno superiore placuerat, consilium. Nec enim jam aut Reipublicæ, aut nostris probabatur, ut Diva MARIAE ædes, quamquam pœnè in medio urbis sita, unà cum pertinentibus ad illam proventibus venturis Sociis tribueretur, quamquam id ut fieri posset, summus Pontifex indulserat. Itaque sìgenda habitationi mons destinatus est, quem Bysam appellant, urbis adhuc pomæriis comprehensus, at simul ex alto eam latè despectans. Arx id temporis vetusta montis verticem occupabat unà cum horto ac piscina: Loci Dominus Joannes Lantenus, alio nomine Haidius, urbis Prætor ceslurum se possessione appromiserat moderatissimo pretio, siquidem certus esset, haud alteri, quām Societatis Collegio bona hæc obventura esse; quod ut Magistrati indicatum fuit, is absque mora & contractu stipulationem expeditiit, ac tertium etiam, quod petieramus, largè spopondit, ac sponsionis tabulas hac, quam exscribimus, forma edidit.

„ Nos Consul & Senatus universus Urbis Reique publicæ Friburgensis notum, ac testatum fieri volumus universis, ac singulis. Cùm Sanctissimus in Christo pater ac Dominus Gregorius Decimus Tertius Sacrae Romanæ, & Universalis Ecclesiæ Pontifex Maximus paternam suam erga nos & Rempub- licam nostram benevolentiam, & insignem benignitatem cùm aliis præclaris beneficiis, tum hoc ipso luculenter, & mirabiliter declaraverit, quod nostris votis ac precibus clementer annuerit, quas, Reverendissimo in Christo Patri ac Domino Domino Joanne Francisco Episcopo Vercellensi Sacrae Sedis Apostolicæ ad Helvetios Nuntio, authore, hortatore & intercessore obtuleramus, nimirum ut in hac urbe nostra Collegium Venerabilis, multumque laudatae Societatis Jesu institueretur, ac eidem Collegio Marsacensis Abbatis & Monasterii fundi, census, & proventus omnes, qui in ditione nostra

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. V.

9.
Oliverius
Manareus
Visitator Socie-
tatis in Germania.

10.
Venit Lucer-
nam.

11.
Lucernensis
Prætor Land-
spergam per-
git ad obeudi-
da exercitia.

12.
Friburgum
venit Mana-
ræus.

13.
Literæ Ma-
gistrato Fribur-
geonis
quibus

14.
affinatio
fundi pro
Collegio à
Pontifice fa-
cta accepta-
tur.

„siti sunt, in perpetuum unirentur, atque incorporarentur, concesseritque
 „idem Optimus Maximusque Pontifex Diploma, quo dicti Monasterii Jura,
 „& Bona futuro apud nos Collegio perpetuo uniantur, factum est, ut missi ad
 „nos Societatis Patres in praesentia Reverendissimi Domini Nuntii, quem di-
 „ximus, anno superiore millesimo quingentesimo octogesimo, die vigesima prima
 „Decembri in possessionem Bonorum ejusdem Monasterii venerint. Ad quam
 „rem nos, uti par erat, tanto libenter assensum prebuerimus, quanto magis Rei-
 „publicae nostrae interesse cognovimus, ut pii juxta ac eruditii Professores &
 „Sacerdotes ex memorata Societate delecti suam certam ac stabilem apud nos
 „sedem haberent, suaque præsentia ac fidelis opera Christianam juventutem in
 „liberalibus artibus, bonis litteris, omnique pietate & morum integritate se-
 „dulò instituerent, qui præterea verbo, exemplo, suisque ministeriis, & offi-
 „ciis omnes civitatis nostræ Ordines ad benè beatèque vivendum, atque ad pub-
 „licum bonum promovendum instruerent, atque extimularent. Quare nos,
 „quibus Orthodoxæ in primis fidei propagatio, atque hujus Reipublicæ incre-
 „mentum ac decus cordi est, & semper esse debet, prædictam Pontificis gra-
 „tiam in nos collatam gratis animis complectentes, quemadmodum antea li-
 „terarum, quas publico sigillo obsignavimus, testimonio, sic nunc etiam ha-
 „rum tenore profitemur, quidquid in negotio hujusmodi translationis, & uni-
 „onis Monasterii Marsacensis in ipsum Collegium Autoritate Apostolica
 „actum & gestum est, id nobis perpetuo gratum & ratum fore, nosque Auxi-
 „liatrices manus tam præclaro, & sancto instituto fideliter porrecturos, &
 „perpetuo favore ac studio illud prosecuturos esse: sic enim Reverendo in
 „Christo Patri Oliverio Manareo nuper coram polliciti sumus, cum is Provin-
 „ciae Germaniae Superioris Visitator à Reverendo admodum Patre Præposito
 „Generali dictæ Societatis ex Romana Urbe destinatus ad esset, ac à nobis de-
 „hoc Collegio maturando, prout in mandatis habebat, postularet. Unde fa-
 „ctum est, ut nonnulli ex Ordine nostro Senatorio delecti cum prædicto Re-
 „verendo Patre Visitatore, & Reverendo Patre Petro Canisio, aliisque Socie-
 „tatis Jesu Patribus tunc præsentibus de Collegi hujus fundamentis jaciendis,
 „deque templo ejus, ac scholis erigendis, deque locis, ac sumptibus ad futuri
 „ædificia necessariis deliberarint, tandemque ultrò citroque collatis consiliis,
 „variisque ad rem perficiendam oportunis locis inspectis, Collegii Patrum
 „sedem ac domicilium in edito urbis loco vulgo Bisee vocato, qui ad strenuum
 „magnificumque virum Dominum Joannem à Lanten cognominatum Heid,
 „Equitem Auratum, & Proconsulem pertinebat, constituerint, ille vero præ-
 „dictum locum, domum, & arcem suam cum viridario, & aliis pertinentiis
 „ibidem existentibus in Collegii ulum, sicut è literis super hoc contractu con-
 „fectis patet, dictis Patribus liberè resignaverit. Super quibus ne in po-
 „sterum Collegii Patribus assensus nostri testimonium desit, non solum Mar-
 „censis Monasterii, omniumque ejus bonorum, possessionum, Jurium, cen-
 „suum, Decimarum, ac proventuum traditionem ad ipsos velut legitimos ha-
 „redes spectantem hoc publico velut instrumento testatam omnibus facimus
 „irrevocabiliter, sicut jam suprà, sed etiam declaramus, constituimusque
 „proprietatem prædictæ domus, aliarumque omnium, & singularum rerum,
 „quæ justo emptionis, vel donationis titulo in hujus Collegii possessionem ec-
 „dent, suum robur, & firmatatem perpetuam obtinere debere, quemadmo-
 „dum his literis in posterum etiam valitatis confirmamus. Quod verò ad sta-
 „gnum, sive piscinam dictæ domui vicinam attinet, iisdem Reverendis Patribus
 „in Collegio ibidem habitantibus omnem ejus stagni usum, sicut petiverunt,
 „gratiosè concedimus, & applicamus, solo aquæ ductu ad necessarios urbis
 „nostræ usus reservato. Præterea eorum votis in eo annuimus, ut ex vicinis
 „tubis fontem in quamlibet domus suæ partem, ejusque usum, sine aliquorum

15.
Collegio fu-
turo locus de-
signatur.

16.
Cum omni-
bus bonis ad
locum hunc
& Collegium
pertinenti-
bus, vel quo-
cunque modo
perveniatur.

17.
Et præsertim
usu fontis ac
piscinæ,

, tamen & publico detimento retinere possint. Tum de Fundo ad Tempore, plum Collegii, deque aedificiis comparandis ad scholam ejusq; Classes necessariis statuimus ac volumus, ut loca commoda, quibus liceat superaedificare, illis nostro etiam nomine procurentur, & applicentur. Præterea benignè concedimus, ac in perpetuum dicto Collegio eam facultatem, & immunitatem dare volumus, quamcumque alii hujus urbis Ecclesiastici, sive Religiosi homines in suis domibus vel Monasteriis de facto, vel de jure, vel de consuetudine tenent, ita ut præfens dominus vel Collegium ab omni civili gravamine, publica exactione, aliisque gravibus ordinariis, vel extraordinariis nunc & in posterum omni ex parte liberetur, cunctisque demum Ecclesiasticis immunitatibus, sive ad res sive ad personas, sive ad bona mobilia, vel immobilia pertinentibus domi forisque liberè gaudeat, ac fruatur. Ad haec ut Privilegia dictæ Societati vel concessa, vel concedenda, & quæcunque ad ejusdem Societatis Institutum, constitutiones, libertates, consuetudines, modumque in Ecclesia, vel schola procedendi, ac regendi pertinent, non minùs in hac urbe nostra, quam in aliis in Collegiis vim suam integrum habeant, ac sine cuiusquam molestia, vel impedimentoo clam & palam valeant exerceri. Decernimus, promittimusque in super nos in urbe, & ditione nostra Apostatas, ac rebelles ex eadem forte, Societate (quod Deus avertat) prodeentes, minimè passuros esse, si de his expellendis vel cohibendis Societatis nomine nostra opera fuerit requisita.

In quorum omnium suprà dictorum fidem, & robur nos non solum nostro, sed etiam successorum nostrorum, à quibus, quod ad singularem Dei Omnipotentis gloriam, & Catholicæ Religionis propagationem, nostræ Rei publicæ ornamentum cedit, ullo unquam tempore infringi, aut labefactari non debet, nomine hasce & alteras eodem exemplo literas per Wilhelmum Techerman Archigrammatum nostrum subsignari, ac sanctiori urbis nostræ sigillo communiri voluiimus undecima die Mensis Julij anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo octogesimo.

Bonitas haec facilitasque Magistratus, qua postulatis nostris tam profuse subscripsit, animos addidit Oliverio, alia adhuc quæ in deliberationem venire optabat, proponendi notarat, concessam quidem pro exstruendo Collegio Aream; at de sumptibus in structuram necessariis mentionem factam esse penitus nullam, cum tamen, unde depromi possent, haud facilè appareret. Quapropter petita in Confessu obtentaque loquendi copia: Evidem ait, Viri Magnifici, probè mihi cognitum, perspectumque est, Franciscum Bonhomium Sedis Apostolicæ Nuntium, cum Societatis nostræ operam Reipublicæ Friburgensi Summi Pontificis nomine offerret, vósque animis quam maximum volentibus acceptaretis, solicitum simul fuisse, ne quid novarum expensarum Alario publico accederet, unde sponsonem adjunxit, futurum, ut Collegium absque Reipublicæ sumptibus aedificetur. At nempe quamvis idem nos quoque optemus summopere, consultandum tamen arbitramur quædem id ratione confici possit. Ex Fundis, quos ad Collegium erendum sumimus Pontifex destinavit, tantum æris, quod in fabricam expendatur, sperari posse haud dispicio, nam & debita, quæ à prioribus loci incolis relicta in nos reciderunt, expungenda, & sarta ejusdem domicilii recta sunt conservanda: ex aduerso, postquam aliquot aureorum millia in aream futuri Collegii insumpta jam fuerunt, quantum expendi debebit pro ipso Collegio, pro ipso templo à fundamentis educendo, quantum pro sacra, quantum pro domestica suppellestili? Enimvero quisquis calculum etiam largis numeris duxerit, facilè agnosceret, proventus ex eo, qui assignatus est, fundo tantos haud esse, ut inde reliquum quidpiam extiturum sit, quod vel pauculis nostris in vicum, quantumvis tenuem, sufficiat. Unde igitur, aut quo ex agro, dum Spiritualia vobis seminamus, quod sanè perlubenter

18.
Immanuicis
quoque privi-
legiorum ac
statutorum
nostrorum.

19.
Ex dictum et
personis Apo-
stolarum à Se:
dictum.

20.
Agit coram
Senatu Olivie
fius de struc-
tura Colle-
gii.

21.
Et ostendit
sumptuum
pro aedificiis
difficilem.

^{22.}
Aperit consiliū de able-
gāndis tanti-
sper Canisio,
& Andreno.

^{23.}
Verū Sena-
tus Canisio,
Andrenōque
retento,

^{24.}
Potius Scho-
larum aper-
tionem in
quinque ad-
huc annos
differt.

^{25.}
Comitantur
abeuntē O-
liverium pri-
marii ex ur-
be.

^{26.}
Collegium
Augustanum
mira celeri-
tate ædifica-
tur.

facimus, unde, inquam, temporalia nos metemus, quin de vestra tamē messe quidquam demordeamus? quod evitare quām maximē cupimus. Profari liceat, quid in mentem mihi: suspendendam tantisper falcam autum, dum in horrea vestra tantum colligatis, ut absque decrementi sensu mensuram tritici, tempore vobis commodo, etiam in nostram, quæ tota vestra erit, familiam elargiri possitis. Petrum Canisium ac Robertum Andrenum, cùm apti sint ubique locorum animis commodare, in alias Germaniæ partes amittendos putem; usque dum extrui cum templo Collegium, rebūsque necessariis instrui queat, ad quod impensæ ex redditibus ordinariis, absque novo tributorum civibus imponendorum onere, seponi, aut ex gratuita bonorum liberalitate conquiri possint. Redibunt subinde Canisius Andrenusque, venient cum his sodales, qui se totos ad ea, quæ urbi, totique Reipublicæ salutaria sunt, devovebunt, & consecrabunt. Benevolas primū aures nacta est Manaræ oratio, quòd difficultates in perficiendo Collegio, quas memoraverat, veras esse agnoscerent, quòdque syncero animo optare viderent Oratorem, ut absque novis Civium incommodis civitati commodaretur, verū, ubi de avocando Canisio, atquæ Andreno sermonem inferri audierunt, motis illicò abnuere capitibus, tum voce unanimi exclamare, desineret de avocandis Patribus ultrà verbum facere, nunquam se permisuros, ut tam illustria sydera, nuper primū patriæ exorta, subducantur, Canisius præcipue, cuius doctrinā tam fulgidè claresceret religio, exemplis accenderetur pietas, precibus & sanctitate uberrimi è cœlo influerent favores: aliam se viam excogituros, qua statuendo Collegio æra colligerentur. Sic dimisso Oliverio novam incœptant consultationem, eidēque paulò post renuntiari jubent, optimum factū censi, ut in quinque adhuc annos Magistrorum ad scholas instituendas evocatio differatur, fore interea, ut, quod nummorum in hos expendendum foret, in Collegii constructionem, reponatur insumatūrūq;. Addituros se præterea, quidquid lignorum, calcis, saxonum, laterūmque, quin & vecturarum ad fabricam opus esset. Non potuit non grates agere Visitator pro tam profusa voluntate, &c, quem tam operosè deposcerant, Canisium cum socio Friburgi relinquere. Quin & tertium Dilingā accersit Antonium Balduinum, qui ædificationis haud ita post inchoandæ curam gereret, architectonices non minùs, quām literarum severiorum æquè ac mansuetiorum intelligens. Quanto cum Friburgensium solatio & approbatione negotium hoc omne pertractatum, compositūmque fuerit, sub discessum Oliverii demonstrāunt. Cùm ad urbis portam in egressu jam esset, ecce tibi equitum turram conspicatur. Primarii erant ex Ecclesiastico simul & sæculari ordine, hi Oliverium, tam improvisum quām insolitum honorem enixè sed frustra deprecantem accipiunt medium, & non minore, quām bidui integri itinere deducunt. Pupugit hæc pompa hæreticos, ut qui liventibus oculis cernere cogerentur, quanto in pretio Societatis homines, quos illi pessimè oderant, in Orthodoxa essent Helvetia, gaudebant ex adverso Friburgenses, publico tam luculentī honoris spectaculo resarcire, & exprobrare Acatholicis posse, quidquid hi ignominiosè contumeliaz elapsò Anno transeunti Bernā Bonhomio, Canisioque intulissent.

Digressus ex Helvetia in Sueviam Manaræus, quām probè de Collegii ædificio consultata conclusaque omnia reliquerat Friburgi, tam Augustæ, quam decimo quinto Calendas Septembris ingressus est, admirabili celeritate ædificatum jam penitus Collegium illic nostrum invenit, admirabili inquam celeritate, necdum enim annus abierat, quo nec de Fundo structuræ quidem certi eramus. At nempe ut primū Fuggerorum liberalitate, Christophori Rehlingeri sagace industria & Magistratus Augustani concessu aream, cui in ædificare liceret, obtinuimus, horām neque fautores nostri, neque nos elabi-

per-

permisimus, quam non strenue inchoando, perficiendoque operi impenderemus. Conducus jam erat magnus operarum numerus, conductæ vecturæ, quæ rudus ex dejectis Fuggerorum ædibus aveherent, subvehcerent calcem, arenam, lateres, cæteramque materia ingentem copiam, excavata denique jaciendo fundamento tellus, itaque (quod gratum Divis, hominibus salutare, bonis omnibus jucundum fuit) ducendis ædificationibus dandum esse exorsum visum est, non absque pompa tamen ac religione. Delectus ad hoc primus Februarii dies est, gemino felicis successus auspicio, quod & profestus esset celebritati, qua primum intemerata Puerpera cum Divina prole in templo processit, & dedicatus venerationi S. Martyris Ignatii, à quo familiæ nostræ Parens nomen adeptus, tundem in exorando suis filiis Dei auxilio perpetuum, uti confidimus, habebit socium. Propitiatus initio est peculari, solennique sacrificio Divinus Spiritus, tum confluente immenso populo processum ad limitem, quo Fuggerorum hortus ab horto Caroli Imhofii, vicini tunc nostri, disjungebatur. Hic quidquid in primo fundamenti ponendo lapide aut honorificentia haberi solet, aut amicitia, Patres detulerunt Fuggeris, Fuggeri acceptarunt, & ex his quidem præ aliis (nam plures Fuggeri ad erant) Philippus Eduardus, atque Octavianus Secundus, Germani fratres, Georgii soboles, donatores ædium, quarum in loco Collegium strendum erat. Lapii primo alterum superimposuere Antonius Christophorus Rehlingerus, & Marcus Fuggerus Urbis Duumviri, tertium denique addiderunt Joannes Fuggerus, Marci Frater, ac Joannes Volkius Collegii Pro-Rector. Primi lapidis hæc est descriptio: D. O. M.

„M. D. L. XXXI. Calendis Februarii Missâ de Spiritu Sancto prius „cantarâ Illust. Generos. D. D. Philippus & Octavianus Fuggeri Fundatores „multis Reveren. Illust. Generos. Nobil. præsentibus primum Collegii Socie- „tatis JESU lapidem Augustæ Vindelicorum posuerunt. In cavo lapidum inclusa fuit Agni consecrati effigies cerea, nummus argenteus Ico- nem Rudolphi Secundi Imperatoris præferens, duo item nummi aurei cum uno coronato. Absoluta celebritate publica frugale subseceturum est epulum, cui quinam præter jam nominatos assederint, memorare fas sit, ut constet, qui ævo illo nobis, vel ob officia publica, vel privata in nos beneficia singulariter fuere honorandi, ac deinceps quoque grata perenniter memoria celebrandi. Assederunt itaque Fuggeris & Rehlingero Maximilianus & Christophorus Illungi, Christophorus & Jacobus Paumgartneri, Marcus Welserus Se- nior, Septemvir, Udalricus Bechlerus Consul, Adamus Zechius Archigram- matæus. Invitatus ante alios Coenobiarca Udalricianus Jacobus Kœpli- nus. Maturatum exinde ac perpetuatum est opus, nunquam intermisso labore, et si tempestates interfurerent, ac frigora. Et in primis quidem spatii pro sacra olim statuenda æde usucaptionem auspicari placuit: quare plateam versus Sacellum celeriter posuimus, antequam mensis expiraret, absolutum, ac ornatum. Utque prænotione aliqua indicaremus, cui & quo titulo consecrandum aliquando templum foret, tabulam admodum spectabilem exteriore mu- ri facie suffiximus, quæ Christum Servatorem exhiberet, globum, qui mundi Symbolum est, dextra tenentem cum subscriptione: Salvator mundi, quæ Imago hodie dum in Collegio sub patente portico exposita videtur. Urbem ferè totam compluribus diebus ad spectandam imaginem excivit curiositas sacra, ut arbitrii licet, quamquam non apud univerlos. Jacobus Palenbi- der ad ædem vicinam Crucis Lutheranus Praeco solicite suos è suggestu admo- nuit, ne subscriptis imagini versibus sese decipi permitterent, illices has voces esce, quibus simplex populus ad audiendos Jesuitas, Papistis cæteris vagros magis & callidos abducatur; quippe cum sæpe inter Pontificios illud insonet, Sancta Maria salvanos, Sancte Petre salvanos, Loyolitas dolosè his verbis absti-

^{27.}
Primus lapis
ponitur Col-
legio ædifi-
cando.

^{28.}
Nomina eo-
rum, qui huic
functioni in-
terfuerunt.

^{29.}
Area templo
ædificando
occupatur
statuto ibi
facello.

^{30.}
Ægit latit
Imago Sa. va-
tori parieti
affixa Pra co-
ni Lutheranæ
no.

abstinere, ut cætera sua axiomata papistica tantò altius, quantò tectius audientium animis instillent. Quapropter illud crebro è suggestu Präco hic ingemnabat: latet anguis in herba: rectius sanè occentari poterat Poëtæ illud: Ex alto quid bubo gemis? sed neutquam hi cavilli remorabantur operarios Domini. Aliud erat, cui, ne fabrica sufflaminaretur, occurrentum fuit. Magna vis pecunia vel in solum jam fundamentum consumpta fuerat, quod nonnullis in locis ad quindecim pedum profunditatem demergi oportuit, ex quo assurgere quidem coepert parietes, sed cumulus æris, quod aliena potissimum beneficentia congesserat, paulatim decrescere. Unicum in hac necessitate per fugium rursus erant Fuggerorum ædes. Volkius, cui ædificii cura incumbebat, ad Joannem Fuggerum se confert: Adsum, inquit, Illustris Domine, ut, quæ adsint pro nostro ædificio, quæ desint, exponam: adest calx, arena, cæmentum, adsunt ligna & lapides, sed nummi desunt, quibus pretium exsolvam, pro iis, quæ parata habeo: imò, subridens Fuggerus, nihil habes, quod alteri debes, tuum ne dixeris: at qui malo huic obviabimus? præsente, reponit Volkius, pecunia; hanc autem, Fuggerus ait, quis repræsentabit? Tua, pergit Prorector, largitas, penes te fratrémque tuum summa est decies mille florenorum, quos Hieronymus Germanus vester, duobus ante lustris defunctus futuro Collegio destinavit; grati agnoscimus, quòd haec tenus quingentos annis singulis florenos in censum receperimus, at, agnoscas tu quoque, plus modò in singulos menses quin duplo tantum defluere. Ita nimirum scaturigo paulatim exarescit: Proinde nostrarum, Fuggerus inquit, esse partium innuis, ut novos fontes aperiamus: confide: faciemus; censum si redimamus, an fiet è re vestra? Annuente Volkio, pollicetur Joannes, se intra menses quinque summam omnem redhibiturum numeratis quovis mense duobus florenorum millibus. Quod liberaliter pollicitus est, integrè præstitit, oportuissimo sanè ad coepita prosequenda subficio. Fuerunt & alii, quibus ob collata adjumenta gratum perenniter memorémque animum debemus. Inter summæ ædis Canonicos beneficentiâ eminuit ejusdem ædis Decanus Otho Gemmingius, Villingerus, item Baro Eduardi & Octavianii Fuggerorum affinis, Schönfeldensis Virginum Cœnobii haud procul Augustâ dissiti Praefecta, ipsi denique urbis ædiles, quamvis omnes, uno excepto à Religione Catholica alieni. Calcem hi & ligna, quorum in urbe penuria fuerat, ordinario permiserunt pretio, & lateritorum quoq; lapidum septuaginta millia. Ex turri demum, ex qua miro artificio ad universæ civitatis fontes publicos magnificè structos opere, atque etiam in domos privatas lymphæ dispensantur, in Collegium quoque nostrum, quantum satis est, aquas derivari conesserunt. Mense Mayo ad finem inclinante Octavius à sancta Cruce Pontificis Legatus Augustam venit, eam ob causam, ut qui Collegii res procederent, coram speculari, ac subin Pontifici renuntiare posset: In suam Joannes Fuggerus domum recepit tam magnum hospitem, &, quamdiu is Augustæ substítit, lautè tractavit. Altera statim ab adventu luce Fuggeros, Duumviros, & Zechium Archigrammatæum ad alloquium invitavit Legatus, & in magna, qui unà venerant, circumstantium corona literas eis à summo Pontifice tradidit, breves quidem illas, undē & à brevitate nomen habent, quarum tamen argumentum Sanctacrucius amplio sermone explicavit, laudavit eorum pro conservanda, augendaque religione studium, ac Sancissimi Patris nomine grates egit, quòd superatis sua constantia difficultatibus, pervicerint, ut Collegium Societati poneretur, non defendendæ duntaxat fidei propugnaculum, sed & propagandæ seminarium. Addidit, placere sibi magnoperè, quòd futuram ædem lacram Salvatoris titulo decorare constituissent, sic enim & supremo Numini honorem, & peñennem etiam Salvatoribus memoriam dicatum iri, quos Deus, sancto Vate interprete, missurum se promisit-

33.
Nova Fugge-
rorum libe-
ralitas.

33.
Succurunt &
alii, ac ipsi eti-
am à religio-
ne Catholica
alieni.

33.
Venit Augus-
tus Legatus
Pontificus.

34.
Tradit datas
à Pontifice
breves litte-
ras Fuggeris,
Duumvirs, &
Archigram-
matæ.

35.
easque fusius
explicat.

35.
Eisque suffi-
ciet.

mississet, hos nimirum Viros, in urbe Augustana primarios, qui, quidquid haberent consilii in mente, authoritatis inter cives, nummorum in arca, in id unum conferrent, ut salva quamplurimis constaret Religio, sana redderetur. Mansurum illis pro hoc immensum à Deo præmium centuplicatum in Cœlo foenus. Promissi hujus explendi tesseram, & prævium veluti Chirographum esse Apostolicū, quā Christi Vicarius mitteret Benedictionem. Sic animatos sanctos recreatos solatio cùm dimisisset Sanctacrucius, ad facellū nostrum ex foro vinario, in quo Fuggerorū palatia visuntur, unā cū illis descendit, ubi expiatā apud unū è nostratis conscientiā missæ sacrificium obtulit, ac tū structuræ lustravit aream, & amicissimè colloquens ingens se gaudium haurire ostendit ex operum multitudine, laborumque ordinata particione, & industria. Et profectō admiranda hæc erat sedulitas, qua intra menses non plures, quām sex cum dimidio integrum Collegii ædificium absolutum fuit, tanta celeritate, ut arbores faxaque sponte ad opus cucurrisse, ac in ordinem sese locâsse videri possent, quod de muris Thebarum fabulantur Poëtæ. Verius est, effectum id fuisse peculiari favore Cœlitum, atque magnæ in primis Matris Virginis. Quemadmodum enim sub sanctissimis Divæ auspiciis Calendis Februarii strueram exorsi sumus, ita sub ejusdem patrocinio decimo nono Calendas Septembres finem imposuimus: uterque dies lucem præcedit Mariæ sacram, ille Matri filium offerenti in templo, hic Reginæ Sanctorum omnium corona-tæ in Cœlo. Redierat interea decimo nono Junii ex Romano Societatis Comitio Collegii Præses Gregorius Rosetti, qui novo quamprimum operi molliendo manus admovit Gymnasi scilicet, ac Scholarum: in quarum fundamento primi lapidis collatio sexto Calendas Julii novos triumphos, nova civitati gaudia, an & multis tremenda causam præbuit. Novem exinde, haud plures abierunt hebdomadæ, cùm & scholæ steterunt perfectæ, ac subint, quanquam aliquantò seriùs modica etiam turris ad ciendam suspensâ campanula juventutem Scholasticam, fuit imposta, quanquam id non absque multa discursione imperratum fuit, nec prius, quām vicissim sponderemus Senatui, nos eas domos, quas Fuggeri textoribus antea locatas Collegio donaverant, ita concinnaturos, ut æquali latitudine producerentur in plateam, recisis vicissim reductisque ædium angulis, sicubi in eandem plateam inæqualiter procurrent. Multum nitoris æquatio hæc addidit viæ publicæ, at multum simul hinc inde decerpit de fundo nostro. Etsi hoc nondum inter summas molestias fuerit, quibus, prosperæ cæteroquin ædificationi, nonnunquam interjectæ fuerunt remoræ. Quām amicum ex una ædium parte vicinum habebamus Carolum Imhofium, Partritium, tam malevolum pati cogebamur ex altera Joannem Rezerum civem Lutheranum hominem indole ferodem. Ferocior ex odio, quod adversus Societatem conceperat, trebras identidem nobis lites intendit: jam cryptas subterraneas puto suo nimis propè admoveri, jam vias cæduis arboribus intercipi, jam fenestrarum in Gymnasio projecturis lumen sibi obstrui causatus, concursare Aedilium, Consulūmque domos, ipsam quoque Curiam: petere nos querelis, & libellis accusatoriis, cogere proponendum, ut, sicut Esdras Solymæa quondam instaurans mænia, ita & nos instruendo Collegio una manu trullam, altera teneremus gladium. Lubentes tamen & istud fatemur, non semel ab arbitris, etiam Acatholicis, scutum nobis prætensum fuisse, ne perspectam causæ nostræ æquitatem malignè emissâ hostium tela sauciarent. Præcipua actio cum Joanne Berlachero fuit, Prædicante Lutherano Reducein è convivio nuptiali via ponè Collegii fores detulerat. Ibi conspicatus Joannem Volkum nostrum, fabricæ Moderatorem, copiam sibi fieri petit ingrediendi penitus, & quid struetum jam, quid struendum superest.

Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. V.

H h set.

36.
Tum in Sa-
cello nostro
sacrificat.37.
Fabrica pridi-
unius Festi
Mariani cœ-
pta pridiæ al-
terius intra
sex menses
absoluta.38.
Rosettius Rea-
mæ redux
Gymnasi
structura
inchoat.39.
Molestia, qua
interdum in-
terjectæ ædi-
ficationi.40.
Primum qui-
dem ab Joan-
ne Rezero vi-
cino nostro.41.
Præcipue ea-
tem ab Joanne
Berlachero
Prædicante,

42.
ex cubii,
quod Berla-
cherus propo-
suerat, solu-
tione.

43.
Is causam
conviciandi
universum
Clerum arri-
pit.

44.
Quem prop-
tersa Volkius
coram Magi-
stratu accusat.

45.
A quo jubetur
Palinodiam
canere, & ve-
niām petere,
quod & facit.

46.
Ob id ab uxo-
re acriter ex-
agiratus prae-
merore con-
tabelet.

set, amica curiositate inspiciendi. Per humānē introducitur, & officiosissimē commonstrantur omnia: dum circuitur, dum, ut fit, variæ ponuntur quæstio-
nes, Berlacherus demum veluti difficillimum, quem nulla Theologia solvat, nodum obijcit: ecce, ait, vos ô Jesuitæ operas, & architectos Lutheranos ad-
hibetis, cùm non Catholici tantum, sed horum Magistri vobis videamini? Promptè Volkius: ecce vos ad novum Gymnasium, quod ad D. Annæ struitis, Catholicorum utimini manibus, cùm vestræ tamen sortis hominibus abundetis at non ignoras sanctissimum illud templum, quod Salomon Jerosolymis posuit, operâ non Judæorum solummodo, sed multarum gentium exstructum fuisse? siccine alter, tu nos in numero Idololatraturum collocas, itane vobis Christiani haud sumus? ad consecutionem hanc ex intimis utique Dialetico-
rum axiomatis deductam, quam, siquidem ipse solus videret, invideret nemo, subridens Volkius, absit, respondet, ut Lutheri Sectatores Christianos esse negemus, baptimate, quod Christus instituit, consignatos: hic homo doctif-
simus aliam conclusionem enuntiat, priore haud paulò ridiculam magis, si convicium abesset. Christiani, clamat, nos sumus, ita ipse fateris, ergo vos Christiani haud estis. Simul, dubites, an vino calidior, an ignorantia hebetior, quidquid furentis maledicentiae ructus in lingua. subvexerant, in Societatem primum, deinde in universum Sacerdotii Catholici ordinem evomuit, infame hominum genus, vociferans, & omni turpitudinum cœno coopertum. Inter hujusmodi probra extra portam se projecit, in ipso tamen egressu dextram Volkio porrigen, velut hoc uno, quidquid injuriæ intulisset, sarciretur. At Volkio ad suas contumelias tacituro ostenderunt amici, virisque prudentes, nefas esse, non postulare, ut recantet conviciator, quæ tam impudenter coram pluribus, quæm quinquagenis effutisset, inter quos non pauci adfuerint Lutherani; si enim de quavis calumnia audacter ingestâ, quanquam solidè refella-
tur, semper aliquid hæreat, quanto magis fore, ut Luthericolæ credant veri esse, quæ Berlacherus exprobasset, talia utique, ut Societatis, & Clericorum omnium jugulum petant, si nemo sit, qui calumniatori dicam impingat, & noxiæ Viris optimis proterviæ pœnas depositat. His permotus Volkius libel-
lum tradit Senatui, petiturque ut jubeatur Berlacherus palinodiam canere. Uno duntaxat folio universa comprehensa erat accusatio: ad hujus capita respondere jussus Berlacherus, negare non ausus, quæ se dicta fuisse arguebatur, ac multo minus probare gnarus, quæ dixisset, futile duntaxat logos in septendecim propemodum folia contextuit, qui eò tendebant, ut rem tanti non esse diceret, ob quam forenses strepitus cierentur. Aliter omnino, & ut causæ gravitas mere-
batur, visum est Magistratu, Duobus è Senatu Stamlero & Rhelingero datum est negotium testes, quos novenos se daturum nominaverat Volkius, audiendi. Fuerunt ex his Lutherani aliquot, juramenti tamen, quod poscebatur, reveren-
tia ducti idem, quod Catholici dederant, ipsi etiam contra pastorem suum edi-
derunt testimonium, vera effati esse omnia, quorum Berlacherus accusaretur: Quibus ad Senatum relatis pronuntiatur, ut calumniator præsentibus geminis Consulibus Waltero & Joanne Udalrico Bechlero, atque ipso Joanne Volkio, quæ petulanter temerèque effudisset, tanquam falsa revocet, veniamque de-
missæ à Volkio præsente petat: ni faxit, sacro Ministerio (cathédrà nimirum) sibi interdictum sciat, & urbe Augusta emigret. Satius visum est homini Ma-
gistratus se fascibus submittere, quæm mitti in exilium. Itaque coram ambo-
bus, quos nominavi, Consulibus revocavit dicta, ac veniam verbis humiliibus
à Volkio præsente flagitavit, passus etiam, ut acta referrentur in tabulas publi-
cas. Atrociores Spiritus gessit uxor, à qua reversus domum maritus velut
à furente Mænade diris omnino convitiis est laceratus: rem indignissimam pro-
fessione sua esse commissam, satius futurum fuisse, urbem penitus deserere, &
extra

extra Solis ac mundi vias abire, quam Jesuitæ supplicem fieri Doctorem Evans, MPLXXXI.
geli. His à Xanippæ sua vocibus cum assidue popularet Joannes, moerore
infelix & dolore anno in sequente contabuit. Tempestive omnino contigit
necessaria hæc Nomini pro universo Clero non minus quam pro Societate vin-
dicio. Quippe rumor per vicina Bojariæ vulgaverat, quam duriter identi-
dem Augustæ haberetur Societas, & quam adversus eam non dira tantum
vota, sed machinamenta quoque gliscerent. Fama haec per motus Bayarizæ
Principis Guilielmus pro clementissima sua erga Ordinem nostrum solicitudine
vereri cœpit, ne penitus à multitudine adversantium oppressi, Augustâ mi-
grare aut vellemus ipsi, aut cogeremur ab aliis; quem in eventum, ne qua
perfugium nobis deesset, Fridbergæ, quam urbem Bojariæ haud procul Au-
gustâ sitam olim diximus, aut, si mallemus, Landspurgæ, ubi domus pro ty-
ronibus Societatis jam erat, Collegium insuper se locaturum promisit, ac pro-
missum publicis tabulis suo ornatis signo, manuque roboravit. Valuerunt
hæ literæ, postquam de iis in publicum constitit, eatenus, ut frænum injice-
retur persecutorum audaciæ, animus adderetur fautoribus studia in nos urgen-
di fortius, quos viderent tam potentis tamquam vicini Principis gratia frui, ac
tegi præsidio. Nostra quoque hinc firmata est industria in defensionem ani-
morum ac reparationem alacriter invigilandi. Complures in semitam verita-
tis ab hæreseon erroribus fuerunt reducti, inter quos memorandi veniunt Bar-
tholomæus Schrökenfuxius Episcopalis Curiæ Advocatus, unà cum uxore ad
Orthodoxos transgressus, & Saxo quidam, homo locuples, qui mox fami-
liam unà cum uxore sua ex urbe Hæretica in oppidum Catholicum transtulit,
eam unicè ob causam, ut, quæ boni Catholici essent, liberè posset, frequen-
terque exercere. Margaritæ Peutingeræ ex gente Patria demonstratum fuit,
gratum Deo opus facturam, si, cum Scholæ jam surgerent, instauraret, quod
Jagus Canisiusque olim cooperant, aliquam scilicet parationem subsidii pro
adolescentibus pauperculis Gymnasium nostrum frequentaturis. Florenos ex-
pendit ducentos, unde decem florenorum stabilis in annos singulos census re-
diret. Tantilla ex plantula procrevit satis amplum hodie Divi Josephi in
Urbe Augustana Seminarium, multiplici videlicet rigatum beneficentia pia-
rum mentium, & bonas in adolescentibus literas amantium. Abiit subinde
Augustâ Oliverius Manaræus, atque Dilingam ad Iustrandum Collegium tran-
siit. Mensem ibi Octobrem totum, ac dimidium pene Novembrem traduxit,
Theologiæ Professorem nominavit Joannem Pelecyum Ulmensem, virum,
de quo alias cum laude redibit mentio. Statuit, ut civium commodo sacri
Adventus tempore haberentur conciones Germanicæ. Episcopi Marquardi.
animum indies experti sumus propensiorem: causam afferemus, cum de In-
golstadiensi agemus. Collegio: multum etiam contulit Francisci Bonhomii
adventus, qui ut nuper à Pontifice ad Helvetios, ita nunc ad Cæsarem Legatus
Dilinga transit, ubi, prout alibi, optimus Præsul, & familiae nostræ studio-
fissimus, eandem Antistiti etiam Marquardo quam commendatissimam facere
adlaboravit, effectu neutiquam irrito. Quippe, cum Roseffius Collegi Au-
gustani Rector, ac simul in Ecclesia Cathedrali Concionator significasset, haud
jam opus esse, ut, quod hactenus factum, Episcopus alendø Oratori Augu-
stano vitæ subsidia suo ex ære pararet, eò quod Fuggeri à sé id tamdiu factum
iri receperint, donec de stabili sustentationis fundo certi quidpiam à Canoni-
corum Collegio statueretur, Marquardus tamen eandem summam omnem
in Gymnasio, quam magnoperè probbat, exstructionem est elargitus. Oli-
verii prudentiam & expeditam res difficiles enodandi dexteritatem plurimum
estimans, eum non antè dimisit, quam uti præsentem saepius ad alloquium,
ita sub discessum comiter, clementerque ad mensam haberet hospitem, cui

A. C.

MDLXXXI.

^{52.}
Nobilis Polo-
ni ad Catho-
licos accessio.

^{53.}
Ipse alterius
frustra obui-
tante orco.

^{54.}
Controversia
de Carolino
censu refu-
stata.

^{55.}
Quem I Hay-
vodus noster
damnat, Va-
lentia appro-
bat.

^{56.}
Quibus Ro-
manam evoca-
tis promu-
tiatur juxta
Valentiam.

^{57.}
Hayvodus
expeditus in
Angliam.

subinde contestatus est, posse illum securum esse de suo in Socios animo, quorum salutaria in commissum sibi gregem officia indies magis agnoscere, probaretque. Recens sub oculis exemplum erat nobilis ex Polonia Juvenis: scholarum is nostrarum discipulus cum profana scientia Orthodoxæ pariter Fidei dogmata tam altè animo impresserat, ut ex iis vitam quoque instituere decreverit, Catholicum se ritu publico professus, relictæ non modica spe, futurum, ut cùm præpotentis inter Sarmatas Dynastæ filius unicus hærésque esset, magna quondam Religioni veræ inter nobiles ac subditos adjecturus esset incrementa. Fuit adolescentis alius, qui à Parentibus Acatholicis literarum duntaxat causâ Dilingam missus, cùm jam ad Collegii fores staret, tertium repente ante se ignotâ quempiam formâ consistentem aspexit: qui atrociter, ne ingredetur, vociferatus, ad suos potius redire jussit. Perstitit tandem Adolescentis, ringente frustra Dæmone, ostium pulsavit, atque in Collegium, &, expositâ adventus causâ, in Gymnasium admisus, paulò post salutis quoque januam sibi patefactam expertus est, haud Catholicis tantum, sed Religioso quoque Ordini cuiquam sancte aggregatus.

Ut porrò ad præcipuam causam, cuius antè facta mentio, conciliati Præfus deveniamus, revocare in memoriam juvet controversiam de quinque flororum censu ex mutuata pecunia centum florenorum quotannis recipiendo. Carolinum fuisse dictum meinimus, quod à Carolo Imperatore hæc immoderati fœnoris periculo opponenda claustra visa fuerint, quæ quidem lucri faciendi ratio cùm in Augustana Urbe, ac Diœcesi plurimum invalueret, neque Episcopo via extirpandi occurreret, imò nec mereri videretur, cur extirparet, pessimè scilicet eundem habebat, quod Caspar Hayvodus noster ex Theologica Dilingæ Cathedra quæstum hunc iniquitatis reum esse docuisset, id, quod Romani etiam Theologi pronuntiabant. Pertinaciter inhæsit huic sententiæ Hayvodus, cui etiam velut tutoori Guilielmus, teneræ pietatis Princeps, suos in Bavaria subditos adstringi voluit. At verò Gregorius Valentia, cùm audisset, prodire quosdam Romæ, qui benigniorem de hac negotiandi forma sententiam ferrent, in horum fere acclinavit partem, tamque gravibus argumentis tueri cœpit, ut Romæ etiam ingentis doctrinæ famam nanciseretur. Intricior ex his quotidie siebat de censu Carolino in urbe quæstio, in Germania negotiatio. Quapropter Pontifex animorum tranquillitati consultus peculiarem in Curia sua congressum institui, atque ad eum Gasparem quoque Hayvodom Monachio, Valentiam Ingolstadio evocari jussit, ut demum, quid in hac re vetari concedive expediat, decerneretur. Ventilata est quæstio in utramque partem multo temore, multaque attentione. Pronuntiatum est denique juxta Valentiam; equidem haud animandos esse negotiatores ad Carolini census crebris usum, permittitamen absque piaci usuræ posse, explicatus conditionesque adjungantur; Lætâ hoc responsum comprobatione exceptum est ab Germaniæ Principibus ac populis, Marquardo præcipue Augustanorum Episcopo. Evenit porrò, ut dum hæc Romæ ageantur, literæ venirent ad Pontificem ab Edmundo Campiano, qui, cùm anno priore in Angliam pergens Monachio, ut ajebamus, transiret, Gasparem non prius nosse, quam illico viri doctrinam zelumque estimare cœpit. Britanniam ingressus, ubi messis multitudinem, operariorum verò paucitatem ingemiscens conspexit, protinus subsidiarias copias, & nominatum Hayvodom submitti flagitavit. Nihil magis, quam hanc Provinciam ajebat Gaspar, verum Pontifex gnarus, quanta apud Guilielmum Bojariæ Principem Hayvodus polleret gratiæ, neutquam invito Duce mittendum est ratus; Literas itaque ad Principem dat, quas adscribo. Dilecte Fili nobilis Vir salutem.

Quod

Quod olim monuit Apostolos suos Dominus noster Jesus Christus, hoc etiam nos monet quotidie: messis multa, operarii autem pauci, rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Rogamus nos quidem, sed debemus etiam pro nostro munere & Ecclesiarum omnium solicitudine ab ejus bonitate nobis imposita eos, quos maximè idoneos esse cognovimus, mittere, & curare, ut in hoc negotio Catholicos Principes, in quibus Nobilitatem tuam primis numeramus, adjutores habeamus. Postulant Sacerdotes Sodalitatis Jesu, qui in Anglia sunt, ut mittamus eò ipsorum studii, & assidui pro Christi gloria, atque animarum laboris adjutores. Nominant autem in primis dilectum filium Gasparem Hayvodom Angulum; sperant enim ejus auctoritatem, quæ ibi non modica est, magno sibi usui futuram. Voluimus hoc significare Nobilitati tuæ, interest autem summoperè ad Dei gloriam, quam solam spectamus, atque ad eorum, ad quos mittimus, incolumitatem, eos, quos mittimus, quam securissimè discedere. Perspectum habemus, Nobilitatem tuam & causam ipsam, & nostrum zelum vehementer probaturam, libenterque Hayvodom in tanta necessitate dimissuram. Datum Romæ sub annulo Piscatoris: die decima septima Maij, Anno millesimo quingentesimo octogesimo primo, Pontificatus nostri anno quinto. Nihil Pontifici denegandum Guilielmus putavit, quamvis sibi longè estimatissimum amitteret. Itaque Hayvodus Româ discessit in Angliam, primus, qui post constituta nostrâ Provinciae exordia in regiones hæreticas ex illa ultra Germaniam missus fuit. Valentia rediit Anglipolim, ubi novam disceptandi occasionem est nactus pariter felici, ut Romæ, eventu. Prædicans Lutheranus anxio dudum de Religionis suæ veritate torquebatur animo, ad Valentiam igitur, aliosque è nostris se contulit, ut suis expediretur dubiis: crebris velitationibus opus fuit, ut captivaret intellectum in obsequium fidei. Acquievit demum, atque unà cum duobus filiis & aliis quinque ad orthodoxa castra transiit. Bonhomius etiam, quem sæpe jam cum laude nominavimus, Ingolstadio Viennam transiens mirificum hausit solarium, cùm audierit, atque etiam præsens vidi Sodalium Divinæ Matris in studio virtutis insignem progressum, qui tantam facro huic Coœtu existimationem conciliavit, ut, cùm is in Parasceve piam supplicationem circumduceret, eamque Magnificus Academæ Rector, Joannes ex illustri Baronum ab Amsterode familia comitaretur, potiorem locum honoris causa Præfecto Sodalitatis perhumaniter detulerit, cesseritque re ipsa, quod æquum esse affirmaret, ut ubi tanta cum religione totum Congregationis Corpus in publicum procederet, ejusdem Caput pariter publicè conspicuum procederet.

Monachium transgressus Manaræus non omnia, uti optârat, pacata repetit. Dominicus Menginus, quem Sanctus Pater Ignatius inter primos Collegii ab Imperatore Ferdinando excitati incolas anno supra sesquimesimum primo Viennam miserat, translatus, indè sub Austriacæ Provinciæ à nostra divisionem, in superiorem Germaniam, in Monacensi Collegio Magistri primum Novitiorum, dein Rectoris munus tribus propemodum lustris gesit. Intermedio tempore datus quoque est Guilielmo Principi à Patre Alberto Moderator conscientiæ, quo in officio non solum Guilielmi, sed postmodum Renate etiam, quæ Guilielmo nuperat, gratiam mirè sibi conciliavit, tum linguæ, patræq; communione (erat enim Lotharingus) tum felice prorsus cum Principibus agendi ingenio. Et ambobus quidem conjugibus, quod suapte sponte ad omnem virtutem proclives esent, pio duetu p[ro]isque consiliis magnoperè profuit, ipse verò Dominicus nonnemini evanescere visus est spiritu, & mores paulatim consecrari aulicos, ex nimio forsan Aulae commercio,

58.
De hoc lite-
re Pontificis
ad Guiliel-
mu[m] Ducem
Bavarie.

59.
Valentia In-
golstadium
redux Prædi-
cante in effi-
ciet Catholi-
cum.

60.
Sodalitatis
Mirianæ pro-
gressus & exi-
statio.
Roma Sodal-
nova & ve-
teraf. 174.

61.
Eius speci-
men in suppli-
catione publi-
ca.

62.
Monachii
turbanum alio-
quid à Domi-
nico Mengino
Principum
Confessario;

cio, in qua frequens versabatur. Ortæ sunt ex hoc querelæ, incertum, ad domi natæ, an illatæ ab exteris, quas cùm vel invidiola, vel credulitas ad Capitulum jam olim detulisset, is omni studio, nequa posthac in Patronum aulis deservientium vitam libertas irreperet, obicem mature positus, id apud Principes effecerat, ut Menginum ex aulicorum contubernijs ad vicuum teatrumque domus nostræ retrahi concederent; quod etiam factum. Sub Visitatoris adventum, cùm accusatores Dominici vel necdum quiccerent, vel non quieturos ipse metueret, existimationi suæ, & muneri tuendo, acrius quam par erat, invigilare cœpit. Principem adiit, ejusque causa vexari se præfatus, persuasit, ut Visitatorem ad aures ne admitteret. Repullam passus primo die, exclususque ab offenso non mediocriter Principe Manaræus, postridie tamen adiutum, quamquam ægrè impetravit. Loqui permisus, quid contra Menginum ad se delatum fuisset, ac, si vera essent, rationes, ob quas emendari oportet, modesto candore exposuit, secùs, pericitari Principis commoda, Societatis famam, & ipsius maximè Dominici animam. Cohorruit piissimus Princeps ad tam multiplicis periculi mentionem, jämque placitor reposuit, licere per se Visitatori, ut in Mengini acta morésque inquirat, & si quid omendandum comperisset, suo arbitratu, & ex Instituti rationibus corrigit, nihil se moturum contrà, si vel amovendus ab Aula videretur. Quæstione habita patuit, inter pestivas Mengini pro fama sua formidines, & operæ pretium non fuisse, cur tumultus quidquam excitaretur. Nec errata fuerunt tanta, quæ severiori correctione indigerent, nec tam obstinatus Dominici animus, ut corrigeret nollet, quorum notatus fuerat. Pergere in officio Confessarii iussus, illud per duodecim adhuc, atque adeò universè undetriginta annos magno laboris fructu exercuit. Et quoniam simul in potestate Moderatorum religiosè deinceps manuit, his æquè ac Principibus multò evasit gratior, etiam ex eo felix, quod molestias, quas improvidè sibi ipsius accersivit, in tolerantia meritum didicit convertere. Hæsit tamen præteriorum memoria ita, ut nonnemo, qui extra Germaniam scripsit, inter turbatores domesticæ pacis etiam Dominicum referat. Verum, & Philippus Alegambe, & qui monumenta Provinciæ collegerunt, tam de illo honorificè meminerunt, ut, quidquid labis aliquando animadversum in eo videatur, benefactorum postea multitudine detersum fuisse judicari debeat. Quod reliquum Visitatori de Collegii statu recognoscendum superfuit, non unam solatii materiam attulit: quadraginta numerati, quibuscum reconciliata fuit Ecclesia, ac uni quidem in tempore, nam illic post acceptam absolutionem ab hæresi anima quoque soluta est corpore. Rabiem cuiiam & furorem beneficio immisum fuisse suspicio fuit, neutiquam vana, ut primum namque nostro suisu modicum aquæ benedictæ furioso epotandum est traditum, menti ratio, corpori quies rediit. Collegio novam partiter cum tota urbe, ac Patria gratulandi materiam attulit nuntius Mense Junio, Româ allatus, quo significatum est, ratam haberi à Sede Apostolica electionem, qua ante menses quinque Leodicensis Ecclesiæ Canonici Ernestum Ducis Guilielmi fratrem Frisingensem jam Antistitem, suæ quoque Diœcesi Episcopum, & Eburonum Principem delegerant. Ne intra protanas tantum cærimonias hæ gratulationes consisterent, pia, multaque ad Deum vota addidimus, quibus fausta omnia, ac salutaria novo Pastori gregique exorare studimus. Junxere preces suas Soiales Pathenil, ut eundem in finem magna Matris impetrarent patrocinia, quod ut crèbro facere monerentur, more jam receptissimo, globulos filo insertos, ad quorum numerum salutationes Angelicas admetiri solemus, terebant è cingulo, quo pro illorum temporum usu vestis ad lumbos adstringebatur, frendentibus ad occursum Hæreticis, gaudenti-

63.
Qui Manaræus ab alio quio Principis arcere nititur.

64.
Admissus tandem Manaræus Principem pacat.

65.
Et Menginus cum laude pergit in officio Confessarii.

66.
Sacrib. p. 5.
Hist. Soc. I. 7.
n. 75.

67.
Vis aquæ lustralis.

68.
Ernestus Guilielmi frater
suit Episcopus Leodi-
censis.

69.
Monachus Sodalius pie-
tas.

dentibus Angelis, præsertim cùm hac consuetudine precandi viderent Clientes suos excitari, ut simul starent succinæ lumbos suos, ac tuendæ castimoniaræ sedulò invigilarent. Fuit certè ex his unus, qui ad restinguendas, quas Orcus immiserat, faces non semel Divi Patris Seraphici exemplo animatus in gelidissima semet nive volutavit. Cùm Landspergensis Domicilii fabrica eò processisset, ut tecto imposito plures eò Tyrones mitti possent, ex sola Sodalitate Monacensi quaterni eo recepti fuere juvenes, tenuis quidem fortunæ, at præclaræ indolis Joannes Sallerus, Mathias Mayllius, Melchior Hertelius, ac Matthæus Raderus, qui omnes, utpote magni olim in Provincia Viri, non infrequentí calamo memorandi venient.

Sodalitatem quoque in Collegio Oenipontano ter sanctæ Matris honoribus dicatam ita Sodalium exempla reddiderunt celebrem, ut Episcopi Brixensis Vicarius Generalis ad Sodalitii Præfectum literas sancta demissione plena dederit, quibus ardentissimè in Marianum hunc Coëtum postulavit. Cùm ex adverso Viris quibusdam haud infimæ dignitatis ferendum non paretur, ut Sodales modò ad hæc, modò ad illa tempa circumeuntes Litaneticis cantionibus Deiparæ opem implorarent: rescripsit Brixinæ Episcopus Joannes Thomas è Spauriorum Comitum familia, nihil esse, cur pio huic exercitio quisquam intercederet, aut juri suo decerptum quid crederet: foven- dum potiùs commendabilem hunc usum, ac omni studio ab iis, qui possent, promovendum. In gravem ex his Mariæ clientibus morbum nonnemo inciderat; dum Patronæ opem solito ardentius implorat, aspectabilem illam habet, mirè pulchram, miroque circumfusam splendore: non inane oculorum fuisse ludibrium solatii magnitudo demonstravit, quod tanta vi etiam in corpus redundavit, ut æger paulò post integrum valetudinem recuperaverit. Inter anni abeuntis, & advenientis, confinia, Tyrolim intravit Oliverius Manaræus, duo, quæ supererant, Collegia Iustraturus. Ac Oeniponti quidem, quod Joannes Rabensteinius triennium in gubernando Collegio explèset, Rectorem substituit Ferdinandum Alberum, effecitque, ut Principes pro eo, quem hactenus è nostris habuerant alium, quem Manaræus nominarat, itidem nostrum, Confessarium admitterent. Timebatur ex hac Oratoris sacri mutatione offensia tum populi tum nobilitatis, præcipue quod ex Rabensteinii ore, cùm quot diebus Dominicis pro concione diceret, universæ civitatis aures animique suspensi esse consuissent. Verum secùs evenit, postquam videlicet audiri Ferdinandus est coepitus eloquentiâ Rabensteinio neutiquam impar. Quin gratiora in publicum extitisse Patrum officia indè licuit colligere, quod numerus confitentium major hoc anno fuerit, quam præterito, quodque ipse Ferdinandus Archidux, qui nuper litaturis ad aram quinque Sacerdotibus pretiosas vestes dono submisserat, centena modò ceræ pondo addiderit. Die Mensis Maii decimo, cùm Sigismundus Illsungus primum Missæ sacrificium in templo nostro offerret, Principes cum Aula universa adfuere, qui honor non tam Viri nobilitatem, quam virtutem condecoravit; cuius præclara exempla, officiosæ præsertim erga omnes charitatis, & sinceræ demissionis in grandevam usque ætatem reliquit. Idem Serenissimus, ut ostenderet, quantum literas, literatosque foveret, tum augenda bibliothecæ domesticæ non modicam pecuniaræ summam attribuit, tum voluit, ut in Gymnasio quatuor inferioribus quinta adderetur Schola Poëseos videlicet, sive ut loquimur, Humanitatis. Cùm alteras Mense Mayo nuptias cum Wilhelmi Mantua Ducis filia Catharina celebraret, nequaquam infra nuptialium pomparum majestatem esse arbitratus est mobiles ex Gymnasio pueros adhibere, qui diversis carnalibus ac scholasticis spectaculis sponsam inter epulum convivásque oblectarent, Memo- randa

70.
Landsperge
fabrica plu-
rium Novi-
tiorum capa-
inter quos
quaterai in-
signes.

71.
Oeniponta-
nerum Sodo-
lium exempla
pietatis.

72.
Quos contra
aliorum que-
relas tuetur
Thomas
Spaur Episc.
Brixinensis.

73.
Æger Sodalis
ex aspectu
apparentis B.
V. convalescit.

MDLXXXII.
74.
Manareus
Oeniponti
quædam mu-
tatione.

75.
Ferdinandus
Alberus no-
vus Rector &
concionator.

76.
Ferdinandus
Archidux mu-
nificus in tem-
plum.

77.
Inter est primo
Sacrificio Si-
gismundi Ill-
sung.

78.
Schola Poë-
seos cæteris
quatuor addi-
ta.

79.
Et Scholastica
spectacula
pompæ nup-
tali.

80.
Sodalis Ma-
riani pia pre-
seundi ratio.

randa ad imitationem occurrit Sodalis cuiusdam Mariani pietas, quæ haud nihil ingenii, plus etiam molestiæ habuit: certo numero Orationem Dominicam ac Salutationem Angelicam recitare usitatum illi fuit, quas precès primùm quidem humi prostratus, ac resupinus in tergum persolvebat pro iis, qui in veteratâ jam malitiâ & flagitorum pondere supinari singularissimo Numinis auxilio, quo se se queant erigere, opus habent. Tum easdem precatio[n]es iterabat pronus in faciem, pro illis, qui quidem in peccata prolapsi, peccandi tamen assuetudinem ne cum contraxissent. Attollens sese deim in genua toutes tursum, ut antea, Divinam implorabat gratiam, ut ii, qui jam salutaria emendationis proposita concepissent, robur è coelo acciperent erigendi se se penitus, & è vitiorum fôrdibus eluctandi. Ultimò de numeru[t]e statutatis jam è virtute stantibusque denuò inter filios Dei, stans & ipse, adjecto cæteris, quæ antecesserant, precibus, Apostolorum Symbolo constantiam ac animi in collenda pietate firmitudinem exorare à bono Deo satagebat. Ex prima porro flagitorum classe, pro quibus hic Sodalis Deum orare solitus erat, fuisse videtur ejusdem Sodalitatis temerarius desertor. Pravorum consortio abrepitus ante aliquot jam annos è Coetu Mariano discesserat. Ex eo tempore non modò peccata, quæ contrixerat, confessione expiare pensi non habuit, sed priorem cumulum recentibus etiam noxis adauxit. Successere tandem perpetui & immanes conscientiæ laniatus, adeò, ut miserum vix non ad violentas manus sibi inferendas adigerent. Haud vigili, haud dormienti quiescerat. Sæpenumero objecta in somno species est Sodali Parthenorum ad sacram Synaxin unâ accedentium redeuntiumque tanto piæ dulcedinis sensu, ut in vultum quoque effulgeret, cum ipse interea scelerum memoriam pudoreque compulsus angulos ubique & latebras queritaret, in quibus se occultaret. Dies interim Sancto Thomæ Apostolo dedicatus illuxit, quo cum forte liber Divi acta complexus in manus venisset, adeò ex horum lectione commotus est animo, ut rupta, quam diu cruciaverat, scelerum vomicâ, virus omne expuerit, omnesq; in vias intentus id sedulò egerit, impetrâritque, ut in Marianorum Clientum Sodalitatem denuò reciperetur.

Acta Halæ.

81.
Desertor So-
dalitatis
emendatur.

Oeniponto Halam digressus Manaræustum ipse in templo, quod Regii Parthenonis Virginibus nobisque adhuc commune erat, persæpe in suggestu concionator apparuit, tum statuit, ut tam in eodem templo, quam in vicino urbi pago (Mylsum appellant) non aliquoties tantummodo per annum, uti hactenus, sed stata quavis octava die Catechesis explicaret, more in nostra usque tempora usitato. Ipse Collegii Rector Henricus Arboreus evocatus trebò fuit ad castrum Trazbergense ab Illsungo loci Domino, & ab aliis in vicinas arces Dynastis, ut aures præberet confitentibus, ac salutaria de negotio animæ consulentibus responia daret. Inclinante jam Autumno Româ iterum advenit magnus ille in Societate Vir Antonius Possevinus, qui hoc eodem anno in Urbem redierat ex legatione Moscovitica jussu Pontificis Gregorii suscepta, cujus eventum ipse Possevinus edito typis volumine enarravit. Nunc ab eodem Pontifice ad Joannem Sueciæ Regem mittebatur, in fide orthodoxa confirmandum, quanquam successu non durabili. Cum Halâ transiret, comitem itineris, laborumque futurum socium accepit Joannem Ambrosum, cui ex Dilingano Collegio accessere Valentinus Hengelius, & Petrus Bracherius, quanquam is posterior, quod invaletudo ad missionis munia inutilem fecisset, brevi in Provinciam remissus fuit.

82.
Possevinus
Halâ transiens
socios secum
in Sueciam
accipit.

Bracherii & Hengelii loco Dilingam Rabensteinum ire Manaræus jussit, ut interea per hyemem pro concione illic diceret, dum tempus appeteret proficisci in Austria, in quam à Claudio Generali mittebatur, reverteretur

tamen

83.
Quorum al-
ter morbo
redire cogi-
tur.

tamen postlimino in Provinciam, in qua etiam, muneribus gestis, & meritis conspicuum, obiisse aliquando videbimus. Secutus est Dilingam Rabensteiniu menie Martio Georgius Baderus, renuntiatus nuper ex Romanis teris à Magno Provinciae Præses. Invenit Baderus novam templi fabricam eoque profectam, ut, qua die descendantis in Virginalem uterum Divini Filii conceptum recolimus, locum naeti sumus eundem primo in hac Aede sacrificio offerendi æterno Patri. Magnus ab ea die populi exurbe, ac circumdata vicinia concursus fuit, ut sibi confessuris aurium copia fieret, ut Eucharisticus Panis præberetur, ipsa tamen templi consecratio ante nonum Septembris haud fieri potuit: qui hanc peregit, Michael Dornvogelius fuit, singulari adversus Societatem amicitia, Episcopus Andramytenus, Antistitis Augustani Suffraganeus. Ex quatuordecim, qui ad Ecclesie Communionem depositâ hæresi rursum admissi fuere, juvenis Casparus nomine, ingens nobis solatum attulit, non tantum, quod ipsus indole ingenioque eluceret haud vulgari, verum etiam quod frater esset celesterrimi illius Martini Eisengreinii, quem amantis simum Societatis & Collegii Ingolstadiensis fautorem, quoad vixit, ac Patronum fuisse aliquando diximus. Debuissent equidem, ut maturius id faceret, trahere exempladuorum fratrum, Martini, & Joannis, quorum posterior Canonicus Pataviensis, atque itidem in Academia Ingolstadiensi Professor fuerat, libro *Contra Hæreticos* edito clarus: debuissent permovere Martini jamjam emorientis hortamina & signa insuper minimè dubia felicissimæ mortis, quā Martinus constantissimè Catholicus, admiranda etiam inter Catholicos pietate, subiit, ipso, qui tum aderat, spectante Gaspare, verum juvenili arrogantia suo ipsius iudicio, ut ferè ex hæresi errantium genius est, nihil admodum est profectum. Jactabatur tamen vorticosis anxietatum fluctibus, ignarus, quā emerget. Petri naviculae ut se crederet, evincere à se necedum poterat. Sed nequé in ea, quam ab incunabulis doctus erat, secta quidquam tuti solidique reperiebat, itaque velut in Euripo circumagi se passus varias Provincias, variisque Athenæa pervagatus diversarum quoq; sectarum dogmata studiosè scrutatus est: nusquam demum securiorem, quam in Romana Ecclesia portum contulit Jejunii majoris tempore Dilingam se contulit, contulit quoque cum Theologis nostris sua, quæ de Religione superfuerant, dubia, quorum solutio, postquam abundè præstata est, Gaspar damnatis erroribus professione publicâ Catholicum se posthac futurum juravit, præsentibus tum aliis, tum Notario publico, qui id tabulis consignaret. Castrum est Dilingâ non procul, Hauzheimio nomen: loci Dominus unum è Collegio accersit, in cuius aures peccatorum confessionem deponeret. Fecit hoc tanto cum pietatis exemplo, atque sacratissimo dein epulo refectus est, ut uxor à sacris adhuc Catholicis aliena animum induxit maritum imitandi, neque jam in Religionem tantum, sed Religiosis etiam exercitiis, crebro mysteriorum Divinorum usu, misericordia erga pauperes, ac profusa in Dei cultum cultoresque liberalitate; cuius magnam partem in templum Collegiumque nostrum derivârunt, adeò, ut meritò eos parentum locò haberemus. Tempestiva omnino DEI gratia capulari jam Seni concessa est, qui, cùm octogesimum ætatis annum Luthericorum errorum pedicis conclusus jacuisset, superâ luce illustratus meliori itinere ad portam Alternitatis properare edocitus fuit. Neresheimensis in Suevia Monasterii, quod à Thassilone Bojorum Duce pro Clericis Regularibus fundatum, subin Hartmannus, Sancti Udalrici frater, ex Hunnica via statione instauratum, Ordinis Divi Benedicti Cœnobitis tradidit. Antistes hoc anno erat Georgius Gerstmairius, is priorum Abbatum, quorum complurium insignis à virtute memoria extat, laudatissimis vestigiis insistens, certis

85.
Novi templi
absoluta fabri-
ca & dedi-
catione.

86.
Gaspar Eisene
greinicus Mar-
tini Frater
ad Ecclesiam
traductus.

87.
Uxor Dyas-
te in Hauz-
heim conver-
sa.

88.
Abbas Neres-
heimensis et
fuis Religiosis
Dilingæ fa-
cias exercitii
vacat.

MDLXXXII. temporum intervallis binos ac binos Dilingam misit, ut per exercitia Sancti Patris Ignatii ad asceticæ disciplinæ perfectionem proveheret: demum ad eundem finem ipsus adfuit. Subditos etiam suos in circumiectis pagis nostrorum concionibus, & catechesi erudiri voluit, atque ad Sacramentorum frequentiam assuefieri, quod Joannes Pelecyus, ac Petrus Michaël ita præstiterunt, ut ex agro illo, qui ob sterilitatem Hertfeldiae, seu duræ glebae nomen habet, copiosam ipsi animorum messem retulerint. Intra ipsum Dilingæ oppidum spectabile incrementum sumpsit. Mariana Congregatio ex Sodalium pietate, & Academia ex discipulorum multitudine, ac nobilitate ab extrema usque Polonia adventantium. In solo Convictu Sancti Hieronymi fuere centum & sexaginta, atque ex his variorum Ordinum Religiosi quadraginta tres. Ac sanè Julius Priscianensis, in quém docendæ Theologiae munere liberatum, Cancellarii Academicī officium translatum fuit, (nam illud hactenus Rector ipse Theodosius Canisius gesserat) præcipuam Religiosorum culturam habendam ratus, tam sedulò in eorum spiritualem profectionem invigilavit, quam avido ipsi animo has vigilias, monitaque excepérunt, capti amoenis Viri industriis, quibus Christi iugum suave pernörat reddere. Referebant hos disciplinæ Monasticæ saus in sua Cœnobia futuros, cum ubere, mansuroque in ævum proveni fructuosos. Hinc augescente per Sueviam Julii fama cupido etiam crevit intima animi arcana cum hoc virtutis Magistro communicandi. Wettenhusii, quod est celeberrimum ad amnem Mindulam Canonorum Sancti Augustini Collegium fuit, qui antequam primum Deo Sacrificium offerret, totius vitæ acta cum Julio cupiebat retexere. Concessit lubentissime postulatis, atque cum publicis Alumnum literis Dilingam misit Hieronymus ex nobili Rodtiorum prosapia loci Antistes, Vir ob eximias virtutes Pontificibus Romanis percharus, & à Clemente Octavo, primus ex Wettenhusanis Præpositis Mytrâ, quamvis hanc non peteret, decoratus. Rerum tam fructuosè pro Divina Gloria actarum nuntiis Gregorius Pontifex, quemadmodum alias persæpe de Academiæ Dilinganæ progressibus sciscitari solitus, ita nunc magnoperè oblectatus, neutiquam Sociorum labores indonatos esse passus est. Obierat Romæ ultimo anni superioris mense, mensis die primo, Cardinalis Joannes Moronus Societatis amator, fautörque maximus, qui jam indè, cum ex Ratisbonensibus Comitiis Legatus Pontificius ante annos sex Dilingâ Romam versùs transiret, conspecta Collegii paupertate bis centum nummos coronatos annis, quoad vivaret, singulis daturum se promiserat, miseratque hactenus fidelissimè. Intelligebat Pontifex interceptum iri Cardinalis obitu hoc subsidium, itaque ipsem penititionem hanc ad dies vitæ largiendam in se recepit, oportunum œconomicæ difficultatis levamen.

91.
Gregorius
Pontifex an-
nuos Dili-
ganis coro-
natos duce-
tos pendit.

92.
Ingolstadii
poëta fonda-
menta pro
Gymnasio &
Convictu.

Par benevolentia, beneficentia etiam major Guilielmi Bavariae Ducis eluxit in alteram Academiam, in qua multiplices cathedras Socii tenent, Ingolstadiensem videlicet, cuius exornandæ rationes ad se maximè pertinere judicavit sapiens Princeps, utpote quæ à Majoribus suis fundata, suis in terris, ad suæ potissimum Bojariæ splendorem, atque utilitatem constituta esset. Itaque, uti nuper decreverat, novum pro discipulis, qui sub Magistris è Societate humaniores literas condiscere vellent, Gymnasium novum, quod Societati gubernandum traderet, novum denique pro Convictoribus contubernium, & quidem utrumque nostro Collegio proximum ædificandum suscepit. Quinque eum in finem domos suis sumptibus, utique non modicis, coëmit. Non deerant, qui minore spatio, atque adeo-

mino-

minoribus expensis comprehendendum esse ædificium suadebant, sed Guilielmus majorem suæ dignitatis, & venturæ ad Collegium hoc juventutis rationem habuit. Emptas ædes ocyùs dirui, ac nova novæ fabricæ fundamenta poni jussit, eadémque adhuc æstate in amplam satis celitatem structura exuræxit, adeò, ut Mathias Rudolphi Cæsarialis frater, qui & ipse postea Imperator fuit, cùm ex Comitiis Augustanis redux, Ingolstadium venisset, secundo inde Danubio Viennam descensurus, cum voluptate etiam hujus tanti operis molimen spectare voluerit, postquam priùs ad nostrum Collegium divertens omnes ad manus osculum clementissimè admisisset.

93.
Mathias Ar-
chicu[m] Col-
legium viam.

Amplius multò Guilielmi benignitas erga Socios, qui Monachii agebant, sub ipsa anni hujus exordia se protendit, ad decernendam scilicet molitionem vastæ illius Basilicæ, quam Archangeli Michaëlis nomine in Urbe Monacensi tota adhuc hodie Europa demiratur. Indicâsse juverit originem, qua primus hic magnificentæ plusquam regiæ conceptus sese prodidit. Calendis Januarii festa Puerili JESU circumcisi luce Societas Monacensis pro concessu jam tum à Sede Apostolica Privilegio Indulgentias promulgârat iis obuenturas, qui Confessionis eo die, & Evcharistæ Sacraenta perciperent, atque etiam pias ad DEum preces persolverent in Sacello, quod templo Sancti Joannis Baptistæ adstructum Patres Augustiniani nostris actionibus sacris, ut olim dicebamus, attribuerunt. Cùm Thesauri hujus obtinendi causâ ipse Dux Guilielmus tempore matutino comitante Renata Conjuge, ac tota Aula cætera in Sacellum venisset, obstuپuit visa multitudine concurrentis populi ad ædiculam multò numerosiore, quam arcta loci angustia caperent; undabat gens, & multo partim nisu hi aditum sibi luctabantur patefacere, multas partim alii horas in templo præstolabantur, dum commodior pateficeret in Sacellum introitus. Idem Spectaculum durabat adhuc, cùm Guilielmus, Renataque ad pomeridianas Vesperas à Musicis Aulicis decantandas rediissent. Quin auctus etiam accursus fuit, quod ternæ Congregationes ad Sacellum hoc ordinato processissent agmine, quarum duæ literatos, tertia Virginis Oettinganæ cultui consecrata, plérōsque Civium ex utroque sexu complectebatur. Hæc postquam vidi Guilielmus, sub digressum Ferdinandi Albero Rectori, ut qui necdum Oenipontum discesserat, affirmavit, intimo se gaudio perfundi, quod tantos in Monacensibus suis perspexisset religionis ardores, at miserari simul illorum vicem, qui jam diu Indulgentiæ obtinendæ causâ extra Sacellum exspectâssent, aut noctis superventu penitus excludendi forent. Subjecit Alberus, non primum, neq; unum hunc diem esse, quo tantus, quantus tum esset, hominum cursus ad sacras nostras celebritates fieret. Hic Princeps dignam religionis suæ & animi magnitudine vocem emisit. Ergo nostrarum, inquit, partium est, opum, quas DEUS concessit, eam portionem seponere, qua templum erigamus, omni quantumvis magno Numinis Cultorum numero suffecturum. Eadem deinde contestatus est Othoni Eysenreichio, quem Manaræus ante suum ad Austriacam Provinciam lustrandam abitum Collegii Rectorrem nominaverat. Sua dictis firmitas constitit. Paucis post diebus Architectum misit Guilielmus, qui templi struendi aream, & areæ magnitudinem designaret, operisque ideam formaret. Facile conjici potest, quantum hæc Principum in nos propensio stimulum addiderit, ut, quæ Instituto nostro sunt ordinaria, impensè omnino, solertèque obiremus. Triginta sex, ut relictæ hæresi sapere cum Catholicis, viveréque Catholicis Legibus vellent, inducti sunt. Congregationi Marianæ majori, cui, digressis Hayvodo & Albero, Conradus Vöterus

94.
Monachii
Templi stru-
itura decer-
titur.

95.
Struendi res
vi Templi
causa.

A.C.

MDLXXXII.

97.
Maximilianus
Princeps fit
Sodalit. Mar-
tianus.

98.
Et cum eo
Egon Für-
stenbergius,
& Alexander
Haslangus.

99.
Templi fabri-
e acut retar-
data.

100.
Lis intenta
Collegio Au-
gustano à Pra-
dicante Gior-
gio Mylio.

Præses datus est, optatissima sorte contigit, ut eo die, quo memoriā oblatæ Deo in Solymæo templo Virgineæ Prolis recolebat, ipsa quoque Numini, & Numinis Matri novum servum ac filium sistendi occasionem haberet: nam finita novi Sodalium Magistratūs promulgatione Wenceslaus Petrus maximæ Vir doctrinæ, ac probitatis, qui ante duos jam annos Sodalitio accesserat, Maximilianum Principis Guilielmi filium, cui Petrus morum, literarumque Moderator à parente additus fuerat, in medium exedræ producit, atque illius, quin & Guilielmi Patris ita volentis, velut ore loquens nobilissimum hunc Alumnum in Congregationem recipi flagitat. Non tam excepta postulatio est pronissimo annitu, quām grates ætæ, quod in festo Luminum nova eaque Illustrissima lux Splendores suos Serenissimos accenderet Sodalitati: nec mora: inspectante toto Sodalium coetu, è quibus multi multis titulis honoratissimi, provolvitur in genua ad Deiparæ aram Maximilianus, non procul inde pariter flectunt poplites Egon Fürstenbergius, & Alexander Haslangus, nobiles in Aula adolescentes: qui & ipsi Sodalitatis Candidati erant. His in recitanda, ut tum Sodalitatis mos erat, primùm Fidei profitendæ formula, tum prece, qua novitii Sodales Mariæ servitudini se consecrant, clara voce Princeps præ, atque ita Marianus Sodalis esse incipit omnium, qui aderant, protusa gmentatione, profusis etiam multorum lachrymis, haud dubiè felicissimum ex hoc facto omen capientium; quod eadem ætate, qua Asdrubal Annibalem quondam contra Romanos, Patriæ Äsimulos Sacramento, quamvis admodum profano initiavit, Guilielmus filium suum novennem Militiæ Marianæ devoveri voluerit, præliaturum olim longè felicius, quām ab Annibale factum, prælia Domini, ac Dominæ, & virtute è cœlo insulâ debellaturum inimicos Crucis Christi, & Nominis Mariæ. Satagebat interea Guilielmus, ut, quæ de statuendo nobis templo semel decreverat, re ipsa perficeret, at plus fieri hoc anno non potuit, quām ut conducerentur operæ, ligna, saxa, cæteraque materies comportaretur. Gemina videlicet intervenire obstacula, ædium, quas coëmi neceſſe erat, habitatores, cùm supremo jure uti Princeps nollet, ægrè adducabantur, ut repræsentato etiam abundante pretio cederent. Neque sua tantummodo voluntate, sed aliorum etiam instinctu refragabantur. Fuere aliqui ex ipsis Aulæ Ministris, quibus propositum erat Societatis progressibus, quæ possent, offendicula ponere: neque id tam dissimulanter, ut non ipse Guilielmus animadverteret: die igitur quodam horum circulis, ceu fortuitò transiens sese interserit, & captata occasione primùm quidem familiari, ex ingraviori sermone mentem suam aperit de officiis, quæ sibi grata, patriæ universæ proficia hac tenus præstisset Jesu Societas, præstandique imposterum spem certam ederet, ut credere se affirmaret, nullum esse, qui beneficiandi Patribus, ac præsertim de templo illis providendi consilium improbet. Verecundans ego dicta referre significantius id solum indico, compluribus ad has Guilielmi voces lachrymas esse obortas, omnibus os oppilatum, ne porrò Principis voluntati ipsimet dissentire, coram aliis obtrectare notarentur. Sed plus sufflaminis ex ipsa Principis absentia intervénit evocati ab Imperatore Rudolpho ad comitia, quæ Augustam iudicata fuerant. De quibus, quantum huc pertinet, nos quoque dicemus, ubi prius, quæ in illa urbe novæ nobis tricæ molestias faceſſiverint, paucis exposuero.

Fuit inter inquilinos Collegii Augustani Sacerdos Theobaldus Stozius, vir Zelo animarum flagrans, & miserorum præcipue ex morbis, aut inopia studiosus, ita ut vulgo pauperum, ægrotorum, ac morientium Pater audiret. Nomen Theobaldi, cùm, ut solet, vulgari sermone truncatum duntaxat effebatur, in vocem Baldus primò contraxerunt operarii, quos ad fabricam condu-

zera-

xeramus, cùmque idem nomen ex propinquo accedat ad vocem Baltas, quod MDLXXXII.
 istidem dimidiatum Germanis idem est, ac Balthasar, passim Theobaldus apud
 operas Balthasari nomen obtinuit. Cæterum Stozius rei hortensis non im-
 peritus erat, atque idcirco, si quid subsecivi temporis nactus foret, bona Mo-
 deratorum venia ac voluntate, oleribus id arbustisque excolendis impendebat,
 nimis ut in omnes lucrandarum animarum occasiones pervigil, ansam pre-
 henderet agendi familiariter interdum cum operatiis, inter quos cùm multi
 Lutherum sequerentur, vacuis horis sermonem de Religione inferendi occa-
 siones queritabat. Fortè cùm hoc aliquando ficeret, de Lutheranis quispiam
 cæteris verbosior, atque apta inepta garriens, refricare cœpit, quæ ante sex
 abhinc annos Gregorium inter Roseffium, & Georgium Mylium Prædicantem
 acta suisle etiam nos memoravimus. Multa, dum hæc renarraret opifex,
 falsa intermiscauit, atque iis, quæ tabularium Senatus Augustani asservabat,
 manifestè contraria, quod indignè ferens Stozius hominem mendacii coar-
 guit: provocat hic ad testes, ipsumque adèd Mylium; tum Stozius, enimverò,
 ait, si hæc Mylius, pace mea urticam, qua te uri video, Mylii naribus infrica:
 nam hujus planè testimonium, si id affirmat, quod tu asseris, æquè merum est
 mendacium. Perlata illicò est vox hæc à furente opifice ad Mylium, nec
 in mitiores iras concitari Mylius, quem vetus illa cum Roseffio minimè sibi de-
 cora pacificatio etiamnum fodiebat. Occasionem oblatam ratus egregiè se ul-
 ciscendi de Jesuitis, libellum Magistratui obtulit, in quo, gravissimè con-
 questus de injuria, sibi, ac personæ suæ, quam publicam sacrâmq; gereret,
 illata depositulavit, ut Balthasar (sic & ipse ab operariis in errorem inductus
 Theobaldum scripsierat) publicè juberetur convitiam retexere, atque in-
 super maledicti, uti nuper Berlacherus jussus fuerat, veniam orare. Locum
 nacta est accusatio; missus à Magistratu Accensus, qui, quid fieri oporteat à
 Stozi, nisi culpam purgaret, Roseffio utpotè Collegii Rectori indiceret. In-
 expectata hæc Gregorio totius rei ignaro fuit denuntiatio. Accitum mox
 Theobaldum, quid dictum actumve sit, interrogat; rem is, ut erat, exponit;
 convocati mox à Rectore testes, Lutherani haud minùs, quam Catholici, ita
 esse, ut Theobaldus exposuerat, asseverant, rursusque Stozius cunctis au-
 dientibus affirmat, se verba, quæ contra Mylium pugnarent, sub ea, quam
 antè meminimus, conditione effatum esse, hæc si abesset, nihil à se Mylii fa-
 mæ detritum velle, maneret ea integra, quanta quanta esset. Lætior jam
 hac Theobaldi responsione, ac testium indicio Roseffius, primùm tamen eo-
 demadhuc vesperi Stozi, more Societatis pœnam dictat, quod inconsulto
 fervore, ultrà, quam expediret, abripi se passus esset. Altera verò die sub
 primam lucem urbe emittit Oenipontum in Tyrolim: subin Magistratui, uti
 postulatum fuerat, scripto responderet, Balthasarē quidem, qui accusari pos-
 set, in Collegio suo esse neminem, fuisse quempiam Theobaldum nomine ole-
 ribus colendis occupatum, in hujus dicta contra Mylium, cùm inquisivisset,
 auditis ex Religione utraque testibus, hoc unum deprehendisse, locutum esse
 Theobaldum calidius, quam sibi Roseffio probaretur, atque ideo reprehensum
 hominem, castigatum, ac protinus exesse domo jussum: credere se plus quam
 sat, curæ hoc modo exhibitum ut sua pacificatoriæ legi ante sexenium latæ per-
 severet integritas, præsertim quod si res ad libram rationis nullo sequiore affe-
 ctu infuscata trutinetur, nihil adhuc detrimenti ex Theobaldi verbis Mylii fa-
 mæ decerpsum sit. Sed nempe sibi propositum hactenus fuisse, omnes om-
 ninò offensarum ansas, etiam eas, quæ non nisi violenter ad ciendas lites de-
 torqueri possent, quantociùs præcidere. Hæc cùm in Senatu lecta essent,
 quanquam contrà adhuc obstreperet Mylius, visum tamen est Curiae Patribus,

A. C.
MDLXXXII.

nihil causæ esse, cur quidquam ultrà tricari permitteretur, litigatōr, ut qui nunquam probaturus esset, à Societate contra pacem urbis publicam, aut ci-
vium privatum commodum hucusque peccatum fuisse.

Sedato huic motui successit mox aliis, leviori tamen componendus ope-
rà. Comes Pappenheimius hæreditarius Romani Imperii Marescallus cùm ex
officii sui ratione ante Comitium Augustam Mense Martio accessisset, ut ven-
turis Principibus hospitia metaretur, ut erat Luthericus atque ex genio Sectæ
nobis infensus, nostri quoque Collegii partem haud modicam in diversorum
extraneorum mutatum usurpare decreverat: verū, ubi multa adhuc circùm
rudera, ac spatia ruinis ædium intercepta conspexit, nobilioris quidem
notæ hospites apud nos collocari haud posse conspicatus, horti tamen aream
pro equili, amplòque stabulo exstruendo designavit, in quod Saxonici Elec-
toris jumenta, & cum his stabulariorum & calonum fæx, oppidò videlicet nobis
grata, immitteretur. Deprecati primù Patres molestiam, cùm nihil profi-
cerent, coacti demum fuerunt Diploma Cæsareum è scrinio producere, quo
Maximilianus Imperator defunctus Societatis domicilia intra utriusque Germa-
niæ, Imperii, Regnorum item ac Ditionum Austriacarum fines ab hospitum
quorumvis impositione in omne ævum libera immuniāque pronuntiavit.
Haud necessarium putem Diplomatis admodum longi verba adducere, id so-
lùm repeto: præclarum hoc icilicet Lutheranis historicis denuò argumentum
essè, quo Maximilianum suæ Sectæ accenseant, ad ultimos usque vitæ annos
Societatis fautorem, quin & laudatorem; certè in hoc, de quo sermo est,
diplomate, tribus ante mortem annis edito, Societatis Viros appellat hono-
rabiles, doctos, religiosos insuper ac devotos, atque ideò sibi sincerè dile-
ctos, ut qui in Sacris atque divinis officiis ritè, ac piè obeundis, in conservanda
ac propaganda per Verbi Dei prædicationem, Sacramentorum administratio-
nem, aliisque pietatis officia Catholicæ Ecclesiæ doctrinâ atque disciplinâ, nec
non educanda juventute egregiam operam impendere soleant, atque idcircò
mereantur eximiis ornari privilegiis. Quid amabò in his verbis Lutherum olet?
quid non Romanam, & Romanam Catholicāque Religionem? Confirmavit
hoc Decretum Maximiliani filius Successorque Rudolphus, quod cùm Ma-
rescallo Pappenhemio exhibitum fuit, non aulus est ultrà negotium faceſſere.

Tranquillitatis turbis, submotisque turbatoribus, ad sua deinceps quietè agen-
da reversi sunt Patres: prima cura fuit templi constructio. Cohortante Vere
factum initium primi lapidis collocandi; vices Michaël Dornvogelius Episcopi
Augustani suffraganeus honoris causâ Oliverio Manaræo Visitatori, adhuc
Augustæ commoranti, remisit. Paucis post diebus, ex veteribus Fuggero-
rum ædificiis, quæ nostrorum habitationi tantisper intacta remanserant, in
novum Collegium, omni ex parte jam absolutum, transierunt Socii, atque in-
de solutioribus modò curis in unicam templi, quam inchoârant, fabricam
incubuerunt. Si vulgi sermonem morati essent, illico opere toto absen-
dum fuisse, adeò perlungsum erat plerisque cum ludibrio, cœpisse nos ædifica-
re, consummaturos nunquam. Ubi primù, dictabant, Saxoniæ regulus in
urbē ingressus esset, eccl̄um mox iri Jesuitas, non Collegio tantum, ac templo,
sed civitate. Nihil nos his rumoribus minisve commoti, urgebamus struc-
tum gnaviter, neque sub exterorum æquè ac indigenarum oculos, concur-
fusque magis ferrebat opus, quam sub ipsa Comitiorum exordia, progresuq;
Intravit Augustam Augustus Cæsar tertio Calendas Junias, & pauculos post
dies datum confessibus initium; in his quæ acta fuerint, dum alii scripto com-
prehenderunt, nos ea, quæ proprius Collegium attingunt, prosequimur.
Inspexerat Manaræus Societatem, quæ in Austria Bohemiāque degebatur, cùm

101.
Collegii im-
munitas circa
hospites ex-
ternos op-
pugnata.102.
Sed vindicata
Maximilia-
ni II. Diplo-
mate.103.
Societati val-
de honorifi-
co.104.
Et confirma-
to ab Rudol-
pho Secundo.105.
Cœpta fabri-
ca templi.
Immigratum
in novum
Collegium.106.
Comitiorum
tempore om-
nes Princi-
pum nostra-
tes Confessa-
rii in Colle-
gio simul ha-
bitant.

man-

mandata accepit à Claudio Generali, Augustam ut redeat, præstò futurus, si MDLXXXII, quā ejus præsentia utilis foret, aut necessaria. Et venit profectò ad communis disciplinæ dirigendum inter nosdos ordinem perquam oportunè. Varii Principes varios è Coetu nostro secum adduxerant. Ostendit Sociis Oliverius, quām bellam exempli formam nostris, qui futuris ætatibus Aularum ministerio occupandi forent, relicturi ipsi essent, si à suis quique Dominis veniam obtinerent non alibi, quām in ipso Societatis domicilio Comitiorum tempore hospitandi. Cessurum hoc in animorum apud omnes probos utilitatem, ad Spiritualia ipsorummet emolumenta, ad famam denique integritatis certius conservandam, cujus utique inter tot Acatholicos maxima singulis cura tenenda esset, ut, qui ex adverso sint, vereantur, nihil habentes malum dicere de nobis. Facilè fuit persuadere viris, quod ipsi luculenter satiis per se intelligebant, probabantque. Facilè etiam fuit hujus rei veniam à Principibus obtainere, itaque omnes, quotquot cum diversis Aulis advenerant, convenire in Collegium, malueruntque arctè simul ac tenuiter vivere, modò iis animi commodis fruerentur, quæ ex religioso convicatu sub eodem tecto consequi solent. Et Oliverium quidem, Georgiumque Baderum, jam designatum Provinciæ Præsidem, Ludovicus Cardinalis Madruccius ad sua negotia Consiliarios adhibuit, Pontificius ad Comitia Legatus à latere. Fuit is Ludovicus Madruccius ex nobilitate Tridentina celeberrimi Christophori Madruccii Cardinalis fratre genitus, vir & ipse summis in Ecclesia muniis, summis in eam meritis clarus, atque amoris etiam in Societatem Patrui Æmulus. Plurimum is authoritate & impensis contulit, ut Censura Orientalis (sic liber ille vocabatur) urgente potissimum Manaræo, ex Græco sermone in Latinum, Germanicumque fidelissimè translata typis vulgaretur, & inter quāmplurimos gratis distribueretur. Continet Scriptum illud Responsiones Hieremiæ tum temporis Patriarchæ Byzantini ad capita Confessionis Augustanæ, prout ea fūc cīcūferebatur, in cuius communionem ut Græcam quoque Ecclesiam pertrañeret Gerlachius, magni inter Lutheranos nominis, à Protestanticis Theologis in comitatu Davidis Ugnadii Cæfarei ad Portā Othomanicam Oratoris, fuerat alegatus, sed, qui re magis infecta redire non potuisset: Disertissimis quippe verbis Hieremias suo, suorumque Episcoporum nomine, ac totius, quæ sibi pareret, Græcorum Ecclesiæ sensu professus, contestatusque est, et si nihil sibi cum Latinis esset, nihil etiam tamen cum Lutherò, nihil sibi cum Lutheri asseclis esse, quin eorum dogma- ta ceu Apostolicæ, & communi Sanctorum Patrum Doctrinæ adverstantia, hæreticaque reprobari à se, & reprobata pronuntiari. Archi-Episcopus Moguntinus Wolfgangus Dalbergius, Septemvir Imperii defuncto nuper Danieli Brendelio subrogatus Hernianum Thyræum, nostræ olim Provinciæ Alumnum, in Rhenana sub id tempus Collegii Moguntini Rectorem adduxerat. Archidux Carolus Rudolphi Cæfaris Patruus sacrum suum Oratorem Joannem Reinerium; suum item Oratorem Jacobum Ehrfelder, Episcopus Argentoratensis Joannes Comes Manderscheidius. Tres adfuere cum Guillermo Bojorum Principe, Dominicus Menginus conscientiæ Moderator, Concionator Antonius Guisanus, ac tertius frater Laicus. Ex his, licet cum aliis adhuc nostratum compluribus peregrè appulsis, in Collegio habitarent, extra illud tamen laborabant non pauci. Gregorius de Valentia, & Paulus Vizanus Ingolstadio acciti, ille quidem ut coram Madruccio Cardinali Latinas, hic, ut Italicas haberet conciones, dum interim Antonius Guisanus in templo Sanctæ Crucis, Roseffius suas in Æde Summa ordinarias haberet è suggestu dictiones, Joannes autem Volkus in Sacello Divi Marti, quod Marcus Fug- gerus

107.
Singulorum
Patrum no-
mina & offi-
cia.

108.
Manareus
vulgar Cen-
sutam Oriens-
talem Hiero-
miæ Patriar-
chæ Bizantini
contra Sectam
Lutheri.

109.
Gregorius de
Valencia &
Paulus Viza-
nus Augus-
tus evocati.

A. C.

M D LXXXII. gerus intra suburbii Jacobei partem, quam Fuggeriana appellari olim meminimus, Catechismum explicaret, haud teneræ duntaxat æstatulæ, sed viris etiam foeminisque, ac ipsis etiam Lutheranis, haud parvo numero confluenteribus.

110.
Principum
Sacrorum &
Iurorum in
Societatem
favor.

Cæterum immortales supremo Numini gratias debet Societas: DEI quippe opus fuit, ut in hoc augustissimo orbis Germanici Theatro summi in Imperio Principes Personarum suarum autoritatem, ad illustrandam minimam familiam nostram, accommodarent. Intercalares veluti scenas; si quæ gravissimis actionibus interjungendi moram nanciserentur, apud nos potissimum adornabant, easque ut plurimùm sacras. Erat, ut hodièque Collegium nostrum, remotum ab urbis frequentia, locisque celebrioribus, platea minimè ampla; aditum arctabant veteris ædificii rudera, cæduæ arbores, lapidum acervi, discursationes operarum, carrucarum vecturæ assidue. Templi vicem explebat locus in Sacelli formam miserè profectò compositus, cui nec spatium, neque lux, non scenna, neque res alia aut amoenitatis quidquam adderet, aut demeret incommoditatis. Quis hic exspectaret accusus aliquid & frequentiæ? Fuit enim verò, quantò minus exspectata, tantò magis admiranda. Præter eos, quos antè memorabam, Madruccium Cardinalem, ac Septemvirum Moguntinum, & Episcopum Argentinensem, crebrò ad rem Divinam accessere in sacram ædiculam nostram Joannes Schombergius Elector Trevirensis, Georgius Drascovvzivs Archiepiscopus Strigoniensis, Pannoniæ Cancellarius: Nuntius Apostolicus uterque, ad Principes quidem Germaniæ Felicianus ex Ordine Sancti Dominici Episcopus Scalensis, ad Helvetios verò, ac dein ad Archiduces Austriae Franciscus Bonhoiñus Vercellarum Episcopus, tum Antistites Hieronymus Uzislaviensis, Julius Echtes Herbiolenis, Georgius Schombergius Septemviri Trevirensis frater: Episcopus Wörmatiensis, Martinus Schaumbergius Eystadiensis, Balthasar Dernbachius Princeps, & Abbas Fuldensis ex Divi Benedicti Ordine, qui Fulda urbe sua haud ita pridem Societati Collegium posuerat. Adsuere crebri Proceres alii, Legatus Stephani Regis Poloniæ, uti & Oratores variorum Principum, inter quos Allobrogum Duci Legatus Dominico quovis die Sacra frequentabat Mysteria. Sed Bojorum maximè Principum religio effulsi. Geminam comprehensionem quadraginta horis continuis producendam indixerat Cardinalis Madruccius felici comitiorum successui impetrando. Uni pridie Sancti Laurentii habenda, destinatum fuit Sacellum nostrum, alteri Summa in urbe Aedes, assignata die, quæ publicam Reginæ in Coelum invecta memoriam antecedit, in utraque hac comprehensione summæ pietatis exempla ediderunt Guilielmus Dux Bojus & Renata Conjux. Defixis in terram genibus, levatis in Coelum manibus, modestissimo, ac pœnè immoto corporis situ plures horas precando insumpserunt. Subin, cum Madruccius Cardinalis quām solennissimo ritu Sacris operatus esset, in conspectu undantis populi cum nobiliore Aulicorum suorum parte sacram Synaxin celebrarunt. Efectit hæc maximorum Imperii Principum (nam omnes quoque cæteri, qui Orthodoxi erant, iteratæ huic supplicationi interfuerant) toti urbi stupenda pietas, ut nemo verè Catholicum putaret, qui non ad hanc celebritatem concurreret, unde cum intra hoc biduum ab ipso primæ diei exortu, ad usque serum crepusculum sine intermissione fierent preces à conferta Ecclesia, ritè nocte intermedia veterem in Ecclesia Sancti Pervigilii titulum commeruit, tum à multitudine corum, qui in orando, adorandoque DEO Eucharistico per-

111.
Compreccatio
quadraginta
horarum Bo-
jorum, & ali-
orum Princi-
pum in ea re-
ligio.

pervigilârunt, tum à dignitate pervigilantium; inter quos Bonhomius Ver- MDLXXXIII.
cellensis Episcopus horas noctis omnino omnes in Sacello nostro perdura-
vit, precibus semper ac fervidis ad Superos obsecrationibus insistens. In-
frenuderunt dentibus Adversarii; cum cernerent hæc palam geri in ea ur-
be, quæ Luthericæ Confessionis gloriaretur incunabulis, ac in tantam se-
tæ hujus pullulasset sobolem, ut sub illud tempus vix vigesimus quisque Ro-
manæ doctrinæ institutiones teneret. Fodiebat hæc res tabidas livore fibras
et dolentiū, quod, cum interdum plures quam viginti thedæ suos dominos
& phalerati equi sessores suos ante Collegii templique fores præstolarerentur,
ex adverso Protestantiorum Principum nullus unquam Luthetanorum fana
subire dignaretur; ipso Electore Saxonie, quem Gedeonem suum, aut
Machabæum fore jactaverant, cæremoniis Augustanorum Saxonis pluri-
mum contrarias improbante, atque exin etiam templâ ipsa, & coinciones
aversante. Cum plebem causâ lateret, cur tam dispariter hæc fierent, aut
invidia errorque inolitus explorare causam non sineret; in Jesuitarum illam
artes conjiciebant, magicas utique & petita est styge fasciha, quibus, quod
vellent, Principum corda circumagerent: mirum, tam valida his calumniæ-
toribus amuleta non fuisse, ut incantamenta, quibus sane ipsi potissimum fasci-
nandi erant, universa evaderent irrita. Salubrius omnino sapientiusque egis-
sent, si recogitassent, folere D E U M, si quos servos suos ad instaurandum
Divinæ Gloræ Templum destinavit, veluti Esdræ quondam, ac Nehemias, Cyrum aliquem, faventem illis, tutoremque prospexit, ita nunc etiam ad
explenda destinata, ex conciliatiis Principum animis scuta parare, & cly-
peos, qui contra omnes Orci, & impropiorum machinas præsidio sint, ac de-
fensioni. Non ignorabant Madruccius, & Moguntinus, non cæteri Imperii
Proceres, quantis propositi essent Nostri immoderatae plebeculae maledictis,
sed his nihil moti patenius multo, splendidiusque suam erga nos explicarunt
benevolentiam. Mos itvaluerat inter comitiales advenas ad testandam con-
cordiam celebrare convivia in orbem, ita, ut, qui hodie conviva, cras con-
vivator esset. Jamque ordinò convivandi ad Guilielmum Bavariae Ducem per-
venerat. Probè is gnarus erat, quantum sua vivendi ratio displiceret, ri-
dereturque Seçariis. Aulam secum duxerat magnificam planè ac numerosam,
cui ad vietus lautitiam, vestiutique splendorem deesse finebat nihil, ipse in-
teriorum cum Renata Conjugé mensa utens frugali, & crebris insuper jejuniis:
amicus, ni quæ aliud publica celebitas exposceret, ad modestiam cōpositus
& gravitatem, absque aut pretioso sumptu, aut peregrino cōptu. Fre-
quentia poftrò ad res Divinas assidua, non sine religiosa Majestate, & cultu,
mores de reliquo, qui pro exemplo servirent universis: ac re ipsa aulicis sal-
tem serviabant, in quibus luculenter emicabant virtute tenor, ad Principum
suorum formam expressus, publica præsertim usurpatio exercitationum, quas
sic DEUS à Catholicis fieri præcipit, ut luceat coram hominibus, lauda-
turis deum Patrem, qui in Coelis est. Quod quidem faciebant probi omnes,
intuentes cum gaudio tanta Boicæ pletatis exempla. Sed nimis reproban-
tur hæc à Seçariis, culpaque & causa omnis, eorum scilicet judicio, non, ut
oportebat, in indolem affectumq; Principis, suapte sponte ad omnem virtu-
tem propensissimi referebatur, sed in Jesuitas, qui Ducem nimis quantum
sequacem ad has, ut ipsi loquebantur, supervacaneæ religiositatis ineptias im-
pellerent. Vapulavit itaque populi ore non mediocriter tam Aula Bayrica,
quam Societas. Sed Guilielmus neque Evangelium erubuit, neque illos
quos in Evangelicæ perfectionis semita ductores subs vulgo haberi haud igno-

^{112.}
Inde adverfa-
tum in Socie-
tatem di-
ceria.

113.
Guilielmus
epulam in-
fratis Princi-
pibus in Col-
legio.

ravit. Quia diligi potius à se illos, æstimarique palam ostendit; quapropter epuli, quod parare habebat, locum non alium de legit, quam Collegium nostrum; huc invitavit, quos ad mensam evocare mos ferebat, convivas Principes, Proceresque, denuntiato tamen, nullas à se carnes appositum iri, quod convivii dies seria sexta esset, qua statuto Ecclesiastico solæ dapes esuriales permetterentur. Et en! subire dignati sunt humile triclinium magni omnino hospites; Cardinalis Madrucius, Septemviri Moguntinus, ac Trevirensis, Archiepiscopus Strigonensis, Antistites Vercellensis, Herbipolensis, Scalenis, Scipio Gonzaga, Comes Schwazburgicus, Antonius Christophorus Rehlingerus Duumvir, cum Duumviro altero Marco Fuggero, cum his Fuggeri tres alii Joannes, Philippus, Octavianus, tum Illsungi duo, Achilles, & Maximilianus; novum denique splendorem convivio attulit Maximilianus alias, ipsius nimirum Guilielmi Filius, impleturus venturis æstatibus Imperii Elector terrarum orbem retum gestarum gloriâ. Sublatis epulis belliorum vice Guilielmus quingentos florenos numeravit templi ædificio insumendos. Eadem exornando trecentos addidi Episcopus Argentinensis: Episcopus Augustanus bina vini dolia misit, usque pandi in sacrificiis, cadum ejusdem liquoris unum cum centum florenis pro sacrificaturis. Carolus Archidux Austriz, Archiepiscopus denique Strigonensis calicem centenis æstimatum aureis. Plus tribuit Elisabetha Nothaftia clara inter Bojos loco nata, Joannis Fuggeri Conjunx, quæ mediis Comitorum diebus ad mortem deducta tria florenorum millia templo legavit, quam omnem pecuniam Maritus illicè representavit. Verum ante omnia, licet quamplurima plurimorum studia enituit Rudolphi Cæsar in Collegium favor. Inter minimâ ipsi fuit paupertinæ penui largis identidem adesse subsidii, nisi etiam terum nostrarum securitati in futurum prospexit, quod profecto sub ei tempora erat pernecessarium. Petierunt Fuggeri, ut quæ ipsi fundando Societatis in urbe Augustana Collegio, Gymnasioque donassent, atque Senatus etiam rata probatâque habuisset, Cæsar insuper Diplomatis sigillo Imperorio munitis roboraret. Consensit pronissime Rudolphus, amplias etiam laudes in Diplomate, quod petitum fuerat, Societati impertitus. Solus exinde comitiis discessit Augustâ quarto nonas Octobris, missis prius, donatisque Collégio quindecim vini urnis, quem imitati Proceres, Dietrichsteinius præsertim, ac Pernsteinius, haud modicum & ipsi commeatum celebæ, cortique intulerunt.

114.
Elisabetha
Nothaftia Jo-
annis Fugge-
ri Conjunx
templo tria
millia flore-
morum legat.

115.
Imperatoris
Rudolphi be-
neficentia
& confirma-
tio fundatio-
nis.

116.
Scholarum
Augustæ ini-
tiuum.

Ut quies rediit urbi à comitiali strepitu, rebusque Collegii securitas accessit ab literis, cum Senatus Augustani & Fuggerorum, tum ipsius Imperatoris, nihil cunctandum arbitrati Socii, ipso invitante Autumni operto tempore scholis aperiendis initium dare statuerunt. Roseffus in Æde principe sermonem è suggestu habuit protrepticum, quo explicatis scholarum utilitatibus animavit Auditores, ut frui vellent beneficio, quo Senatus, & obsequio, quo Societas, gratuitò eruditioris planzarium universæ juveniū excolendæ panderet. Primi fuere Ludimoderatores ipsi, qui pueritiam, quam hacenus in scholis trivialibus habuerant, nobis tradiderunt. Lustratione habitâ delecti fuere centum, quos in Gymnasium recipiendos esse vi sum est, quibus accessere quaterni è nostris Landspergâ absolute tyrocinio missi, Sallerus, Rueffius, Maylius, Raderus, digni omnes discipuli tanto Magistro, quantus Pontanus erat, atque editis tyro lucubrationibus clari Subin, quod Divinis auspiciis felix, faustumque, & Augustanæ Republicæ peten-

perenniter salutare foret, decimo septimo Calendas Novembris referata primi- MDLXXXIX.
tus fuerunt Gymnasi ostia, non absque celebritate. Typo impressus, spar-
susque inter Patronos, Viros nobiles, ac juventutem Gymnasticam studio-
rum ordo, indicati Authores Latinitatis, quorum libri quavis in schola fo-
rent explicandi, Epigrammata Latino Sermone & Græco suspensa loco con-
spicuo, producti in medium futuri literarum Magistri, Jacobus quidem Pon-
tanus, quem suprà nominavi, Poëseos, Ferdinandus Krendelius primæ
Grammatices, secundæ Aegidius Fabricius, insimæ Leonardus Forella, Par-
titi denique in quatuor has classes discipuli (docendæ quippe Rhetorices tem-
pus necdum maturuerat) factum toti pompæ sacræ initium à solenni Missæ Sa-
crificio, finis impositus oratione Eucharistica, quam Pontanus universa au-
dientium corona applaudente recitavit.

Stylum è Suevia, Bavariâque ad Alpes reducimus in Helvetiam. Ma-
gistratus Lucernensis, viso juventutis ad omne eruditionis magisterium ex-
cipiendum ardore, ut hunc magis accenderet, voluit, ut deinceps in facti per
annum progressus publica præmia non libri, quemadmodum aliis hucusque
annis, aliisque locis, sed argentei nummi publico ex ærario sumptuque di-
stribuerentur, quibus omnium Reipublicæ toparchiarum insignia sint incusa.
Perseverat adhuc mos iste, cui alia accessit consuetudo, laudabilis admodum,
ac pia, ut nempe adolescentes, postquam literaria hæc præmia aliquanto tem-
pore è collo pendula circumtulerunt, in templo quopiam ad Divinæ Matris,
aut alterius Sancti aram sacrum anathema suspendant. Luctum Collegio
peperit mors Joannis Pfiferi in Thermis extra patriam defuncti. Fuit is unus
ex quaternis fratribus Collegii potissimum auditoribus, fautoribusque. Illius
potissimum, ut ad annum abhinc octavum meminimus, vigilantiâ perfectum
est, ne Lucernâ abiremus denuò, utque Senatus Collegii ponendi curam om-
nem in se susciperet; idem ante biennium in suburbanis prædium, quod recens
emerat, nobis donavit, pomario, fonte, piscandi jure, aliisque œconomiae
levamentis hodie dum quoque permultum utile, quod insuper anno superiore,
quà lacui imminet, muro lateritio præstruxerat. Amorem, quem plurimis
semper officiis erga Nostros testatus est, ad ultimum usque retinuit spiritum.
Ad mortem piissime comparatus Rudolpho fratri, qui morienti aderat, in ulti-
mis postulatis injunxit, ut cum Lucernam rediisset, exspirantis nomine Patri-
bus singulis supremum valediceret, preces insuper & sacrificia flagitans post
mortem impendenda. Filios reliquit duos, quos fratri commendans, gra-
vissime obtestatus est, ut ne aliis, quàm Societatis Patribus in scholam trade-
ret. Tanta invaluerat apud Viros etiam nobilissimos de Gymnasiis nostris in
Helvetia existimatio, quæ Friburgensi quoque apud Nuithones Reipublicæ
insedit. Statutum quidem ab hac fuisse anno superiore vidimus, retentis in
urbe Canisio & Andreno, Magistrorum, qui pueritiae literis imbuendæ præ-
essent, evocationem adhuc in quinquennium differre, usquedum videlicet
summa pecunia ex Marsensibus bonis, & aliorum liberalitate coalesceret,
quæ Collegii structuræ absque ærarii publici imminutione suffectura esset. At
verò Canisi, Robertique Andreni concionibus indies magis tuendæ religio-
nis solicitudine excitati Magistratus ipsimet judicarunt, vel quinquennalem
moram temerandæ fidei periculosam esse, si cives eousque filios, quoq; qui-
dem indoctos habere, at simul immanes sumptus facere non vellent,
in viciniores urbes ad heterodoxa Gymnasia emittere sinerentur. Quapro-
pter nihil ultrà cunctandum rati, petunt à Provinciali, Professores literarum

117.
Luceras in
Helvetia no-
vus mos mu-
nerandi Scho-
lasticor.

118.
Mors Joannis
Pfiferi ex
primis fauto-
ribus Colle-
gi.

119.
Friburgensis
apud Nuitho-
nes Gymnasti-
cordia.

A. C.

- MDLXXXII.** ut mittat, ædes comparant, nobilibus Maillardis nunc proprias, ædilis diligentia in Gymnasium aptatas tanta celeritate, ut intra septem Menses, non scholæ solummodo perfectæ starent, verum & aula rei divinæ habenda destinata. Non quievit hic Patrum Conscriptorum in Societatem beneficentia, in patriæ utilitates vigilantia. Quoniam venturis literarum Magistris paranda erat habitatio, statuerunt illam unâ operâ ad integri Collegii formam perducere, quin exspectarent, uti tamen constituerant, dum ipsi Nostrates sumptus in id necessarios colligerent. Permovit ad hoc Senatores evidens eximiūsque fructus, quem pauculi è Sociis, qui aderant, assiduis laboribus retulerunt in reliquam omnino Helvetiam progressurum. Convenerant Friburgum Legati variarum urbium, de gravibus deliberaturi universæ Patriæ negotiis, optabili pro nonnullis occasione, qua simul & animæ negotium feliciter agerent. Hi quippe, cùm antea male de Religione sentirent, concionibus Nostrorum, privatisque congressibus docti resipiscere, ut certiora depositi erroris testimonia, ac probis omnibus causam sanctæ voluptatis præberent, non dubitârunt palâm omnibus Catholicæ fidei Professionem ad aram Divi Nicolai émittere. Quam pariter hæretica dogmata detestati emiserunt viginti duo alii, inter hos Saxo quidam multis passuum confectis milibus Friburgum venit, ubi orthodoxa disciplina institutus, cùm ad Divini Epuli Communionem fuisse admissus, ardenter petiit, obtinuitque, ut in Matris etiā Divinæ Congregationem admitteretur. Hæc, ut ajebam, utilitatis in patriam specimina stimulus fuere Senatoribus maturandi Collegii, & quidem ære publico, quòd constaret, neutiquam Patribus tantum peculii adhucdum esse, quantum fortè post quinquennium habituri essent ad coëmendum sibi, quemadmodum stipulati fuerant, domicilium: comparatæ itaque fuerunt ædes Ludovici Cleri novo Gymnasio contiguæ, in quas paulò pòst, quòd multa apparatione haud indigerent, ex Francisci, quem diximus, Garini hospicio immigravimus. Stetit urbi, quod perenniter grati memorabimus animo, hæc Gymnasi domusque emptio tribus aureorum nummorum millibus. Petrus interea Canisius, qui hactenus ordinandis nostrorum functionibus ingenti animorum commodo præfuerat, satis prævidens, si novi Collegii gubernandi onus accederet, in alias se curas distractum iri, quæ immenso populos juvandi studio intercessuræ essent, multum cum Visitatore primùm Oliverio, dein cum novo Provinciali Badero per literas egerat, ut sibi privato liceret agere. Agnoverunt Moderatores, Petri preces eò, quòd collinearent, evasuras, ut publici operarii Apostolicum laborem campos latiores posset extendere. Exauditus itaque tandem est, atque primus ad Collegii rectionem missus Petrus Michaël, qui, cùm Dilingæ Philosophiæ magisterium absolvisset, Jacobo Rhemo Brigantiam, patriam suam expedito, comes est additus; indè postquam dies aliquot utilissimè audiendis per quam multis, etiam Parochorum confessionibus transegissent, Jacobus Dilingam rediit, Petrus Friburgum perrexit, pervenitque Mense Septembri, longam, laboriosamque nocturus gubernationem, ut sua venturis annis enarrabunt tempora. Haud multò pòst subsecuti sunt Scholarum quidem Præfectus Joannes Huletus Anglus, tum earundem Magistri Joannes Radutius, Stephanus Schoenius, & Joannes Molitor. Decimo octavo Decembris datum est erudiendæ Grammatices præceptis pueritæ principium, coram Senatu, Clero, cive admodum frequenti, eodem serè apparatu, quem Augustæ adhibitum paulò antè diximus. Illud notatu non indignum, celebritatem hanc in sacram Divo Lucæ diem incidisse, quæ nunc in tota Pro-
- 180.**
Addunt Gym-
nasio Colle-
gium.
- 181.**
Incitati No-
strorum fra-
tu,
- 182.**
Suo ære ædes
pro habitatio-
ne coemunt.
- 183.**
Petro Canisio
novi Collegii
gubernatio-
nem depre-
cante mittitur
Petrus Michæl.
- 184.**
Cœptæ ibi-
dem scholæ.

vin-

Vincia, præter unum, alterumve Gymnasium, studiorum politiorum reno- MDLXXXIII,
vationi post Autunnales Scholarum vacationes consecrata est.

At verò haud committendum putarunt uovi advenæ ut Grammatices ludum
panderent teneræ ætati, quin simul & Doctrinæ Christianæ Scholam aperirent.
Factum hoc in duobus templis sermone Germanico, ad tertium D. Petri Gallico.
Bis etiam quavis hebdomade data Clericis hora fuit, qua ad disquisitionem de
variis conscientiæ dubiis convenienter: accessere magno numero, magno com-
modo. At concursus ad Gymnasium ea brevi augmenta cepit, ut ob habitaculi
angustias suo cedendum nostris triclinio fuerit, convertendumque illud in in-
fimam discipulorum Scholam, ac proin nova etiam domus Gymnasio conti-
gua octingentis coronatis coemenda; quamquam demum, ut videbimus,
paucorum temporum in his ædibus commoratio futura erat. Certè sub ad-
ventum Provincialis Baderi, resumpta sunt de Collegio ædificando consilia,
cœptumque dubitari, an transferri haud expediret in locum alium. Interea
labores sacri strenue fuerunt continuati. Effectum, ut Divinæ Eucharistæ
Viaticum sanctiore pompa & veneratione moribundis, deferretur. Cum
priùs totis Domini festis Natalitiis non nisi sex, septemve sacrofancis My-
steriis reficiendi coinparerent, hoc anno sexcenti fuere numerati: adeò cen-
tesimum jam fructum in terra bona bonum semen protulit. Unus suere, &
sexaginta, qui intra hebdomas Quadragesimæ absoluti, atque ad Catho-
licos sunt aggregati, inter quos Vir eminuit antiquæ nobilitatis. Lucernen-
ses quoque Socios recreavit è multis, qui ad Ecclesiam reducti fuere, præci-
pue Declamator, capri in modum barbatus, qui viginti propemodum annis
Zwinglii dogmata è suggestu deblateraverat. Joannes Millerus primarius
urbis Parochus, suscepta in terram sanctam peregrinatione, primarii templi
cathedram ad Divi Leodegarii Martino Leibensteini Collegii Rectori com-
misit, ex qua ad Parochi usque redditum, diebus Dominicis, festisque, pari e-
loquentia, ac utilitate, qua olim Augustæ concionatum fuisse meminimus,
Lucernensem aures animosque tenuit. Expetiti quoque Badenam fuimus,
Argojae intra Helvetiæ fines oppidum, salutaribus thermis & Legatorum totius
Reipublicæ Helvetiæ statu' quotannis conventu perquam celebre. Missus
illuc è nostris unus octo diebus substitut Apostolicis perpetim intentus labori-
bus, atque ita de civibus universis bene meritus, ut Magistratus magnam
omnino pecuniæ Summan abeundi offerret, quam omnem tamen eximia
cum modestiæ laude constanter recusavit, animorum videlicet lucro conten-
tissimus. Idem in redditu ad tria Monacharum coenobia digressus singu-
larum Virginum animos expiavit à noxis, implevit novis ad religiæ vitæ
accurandam disciplinam ardoribus. Accersiti sunt hoc anno Lucernam Patres
è Divi Francisci Capuccinorum familia, collocatiæ in colle, qui urbi im-
minet. Ignota adhuc erat populis vivendi eorum ratio, atque indè rara vi-
tæ subsidia, quapropter ultroneæ, quæm sancte servant, paupertati necessi-
tas accessit, ac supellectilis, alimentorumque penuria major, quam huma-
næ vitæ conditio patiatur. Hoc ubi resciverunt Nostri, tantò diligentius
operam ad eos juvandos impendendam putarunt, quanto modestius, toleran-
tiisque ipsi Patres Capuccini extremam sustinebant inopiam. Itaque &
publicis è suggestu concionibus, & privatis sermonibus incolas urbis acco-
lásque permovimus, ut subventum properarent egentibus Servis Dei, qui
vel potum aquæ illis præbitum ita in acceptum refert, ut præbitores æternam
indè amplissimamque mercedem in solutum recipient. Et sanè æquum fuit,

K k 3

ut

125.
Et terrena Cath-
chesis.126.
Lucernæ con-
versus Peccato-
rum Zwinglianus.127.
Excursio Ba-
denam Helve-
tiorum.128.
Mutua officia
inter R. P. Ca-
puccinos re-
cens Lucer-
nam invectorum
ac Nostros.

262 *Histor. Provinc. German. Superior.*

A. C.

MDLXXXIII. ut sublevare staderemus novos hospites, nam & Collegio oportunè advenierunt, ut unanimem videlicet operam jungerent ad colligendam messem, quam hoc anno majorem procreavit recens Jubilæum exorando belli, de quo mox dicendum erit, Coloniensis felici eventui. Parem ex eodem Jubilæo copiosius metendi occasionem sibi oblatam fuisse asseverant Halenses in Tyroli, ac Oenipontani Socii. Et Oeniponti quidem observatum, non nullos quatridui itinere advenisse, eam solum ob causam, ut apud nostrorum aliquem vitæ universæ noxis depositis capaciores recipiendis Ecclesiæ thesauris animos afferrent. Ad Sodalitatem Marianam ea facta est accessio, ut in geminam dividenda visa fuerit, quarum uni, quæ scholarum discipulos comprehendit, Praeses datus est Georgius Lautherius, alteri, quæ tunc Sacerdotes, Nobiles, civésque complectebatur, Joannes Pistorius. Quod Archiducis conjunx Mantuani Principis, ut nuper diximus, filia Gerunani sermonis ignara esset, nec tamen divini Verbi pabulo se, Gynæcæum suum, ac famulitium, quod Mantuâ secum adduxerat, privari sustineret, Ferdinandus Alberus Collegii Rector Italicè in templo nostro concionari instituit. Archidux Ferdinandus pompis natalitiis, quibus primogenitæ proliis Annae Eleonoræ ornata celebravit, comediam à Gymnasi discipulis nostra concinnatum operâ interjungi voluit; sumptus pro argumento est Tobias, in præsgium simul & exemplum optimæ educationis, quam piissimi parentes, usitata Principibus Austriacis vigilantiâ gnatae suæ impenderunt, duraturo in omnem deinceps vitam primæ plantationis vigore, quin & fructu, postquam videlicet Anna Eleonora ab Rege Mathia Conjuncta electa, subin & Imperatrix latius sanctimoniae famâ, quam Majestatis gloriâ resplenduit.

130.
Acta Halæ, ac
Oeniponti.

130.
Ob Sodalium
auilitudinem
Congregatio
Mariana di-
viditur bis-
tuum.

131.
Concio Ita-
lica in nostro
templo.

132.
Ludi ob na-
tam Principia-
bus filiam.

133.
Joann. Gans.
Gynacum
Austriacum.

134.
Profugii So-
cietate mis-
erabili exitus.

In Boica veluti nativas soli hujus fruges progignere perrexit Societas, lucra animorum ac Divinæ Gloriæ propagationes. Ad culturam hanc augendam erudiebantur Nostrates in Academia Anglipoli, in schola spiritus Landspergæ Novitii. Sed hic unus ex alumnis spem fefellit, ostenditque fructus præcoces raro esse durabiles, quin festinae potius putredini obnoxios. Bernardus erat Brussellæ in Franconia natus, stirpe haud ignobili, qui hoc anno Dilingæ, ubi tantisper literis operam dederat, receptus in Societatem argumentum præbet, ea, quæ posterioribus annis subsecuta sunt, oportunè, ut arbitror, hic percensendi. Ut Landspergam inter Societas Novitios victurum, profectum esse intellexit Mater Bernardum suum, quem plus quam muliebriter amabat, & literis & submissis clam nuntiis nihil non egit, ut à cœptis revocaret juvenem. Sed stetit ipse eatenus immobilitas; imò si quisquam ex æqualibus, fervore insolito probavit se se Moderatoribus, atque id etiam assidua flagitatione, quod ita meregi videbatur, impetravit, ut, cum anno amplius integro præclara virtutis constantiæ specimina edidisset, extra ordinem ad profitenda Scholasticorum in Societate vota admitteretur. Missus subinde Oenipontum est ad Grammatices Masterium, quod ubi comperit Mater, spem resumpst novis blanditiis conatibusque plus efficiendi apud Bernardum. Missitare itaque clandestinas rursum literas, quin & novos legatos, qui parentis exponerent obsecrations, lamenta, pollicita, queis emollita tandem hæc petra est: copiam sibi fieri postulat à Præpositis regrediendi ad seculum; at cum cerneret longè difficilius, quam vulgo creditur, missionem ab Ordine votisque religiosis aut dari, aut impetrari, non expectatio consenuit, qui Româ petendus erat, clanculum ex Collegio profugit in diversorium, in quo, qui missi à Matre fuerant, equos jam veilesque profanas,

fanas paraverant. Cum his celeriter ad parentem se ejecit Brüssellam usque
Facile cogitatu est, quantis cum jubilis exceptus fuerit, sed pro, quam citò abi-
turis in luctum! Vix tertium domi mensem egerat, cum inter eum, ac alium
nescio quem, gravis intercessit rixatio, in qua ab altero bombardæ pila trajectus
exanimis concidit, infelici fanè casu, ut cuius anima solveretur à corpore, at
requam à vinculis, quibus Religioni tenebatur, exsoluta esset. Unius discessum
nemini magis quam discedenti funestū largè compensavit duorum accessus, quos
ex Academia Ingolstadiensi Ländspergense Tyrocinij accepit Georgium Mayr,
& Michaëlem Lederium, quorum hic celebris Orator, ille trium linguarū Hebra-
icæ, Græcæ, Latinæ, editis etiam libris, peritissimis Magister evasit. Fue-
runt hi ambo decora Sodalitatis Marianæ, exemplaque virtutis, cuius nova
semper & illustriora hoc Sodalitium dedit specimina: hoc anno illud hactenus
in usitatum protulit, flagellationem publicam & cruentam sacris Parasceves
diebus maximo animorum motu, & admiratione spectataam. Cæterum fuit
in hac urbe, bonarum cæteroquin artium sede, alia, pessimæ profectio artis; di-
scipulane dicam, an Magistra, centum videlicet ac decem annorum vetula
diris usq; beneficis, inter sagas utique non postremas, quæ tamen, ne à carni-
fice punienda, etiam à doemone æternum cruciaretur, miserante Numine
plurimum poenitens spem maximam impetrata à coelo venia reliquit.

Monachii, quantum exercitia Pietatis à multis annis nunquam non ma-
nopere viguerunt, præsente tamen anno præter solitum acceasa sunt seruen-
tiū. Explicari nequit, quantum Guilielmus Princeps invigilarit, ut Jubi-
læum Ecclesiasticum à Pontifice Gregorio concessum quam laetissime transi-
geretur. Causam quippe, cur publicas preces indiceret Ecclesia, suam
peculiariter fecerat Guilielmus. Archiepiscopatus Colonensis cum ditione
universa, urbsque ipsa Colonia post Archiepiscopi Gebhardi ad sacrilegas
nuptias, & Lutheri, Calvinive (nam & hujus præcones audierat) transitio-
nem in extremo Religionis periculo fluctuabat. Utia spes in Ernesto posita
fuit, Guilielmi fratre, Leodiensi jam ac Frisingensi Episcopo. Invitatus à
Canonicis, qui adhuc Catholici erant, ut Gebhardo jam exauthorato vellet
succedere, hæsit aliquamdiu ambigens: plena dissimilis erat deliberatio:
quod, Gebhardianis copioso jam ad resistendum militiæ instruētis, satis agno-
sceret, si mitram & pedum sumerer, galeam quoque & gladium arripiebat
esse, curasque & labores & impensas absque modo. Vicit tamen cùm Erne-
stum, tum Guilielmum potior pro Ecclesia solicudo: Et verò bellum geren-
dum fuit, cujus felicem post varios casus eventum ab aliis descriptum legimus.
Noster Princeps militum quidem suppetias, auri suminas ingentes Ferdinandum
ipsum fratrem Ernesti alterum, regendis cùm summo imperio epiis mis-
sit, auspicia verò, faustosque successus è Coelo petiit. Rogavit vicinos prope
Bavariam Præsules Principesque, ut subditis suis preces indicerent: longè so-
lertiū, ut id fieret, curavit in sua Boaria: Inprimis Monachii perpetuæ
omnino ad DEUM precatio[n]es, pii processus, piæ instituebantur ad loca
sacratoria peregrinationes. Magnam harum exercitationum partem conci-
liandi Numinis subi sumpsit Congregatio major Divinæ Matri, cui ea, quæ
minor, & quæ Convictorum erat, se associarunt. Per majoris Quadragesi-
mæ hebdomades diebus singulis quinquagesimum è Psalmis Davidicis in ex-
edra sua pios inter modulos decantandum curavit, qui mos deinde in tem-
plum translatus est. Interfuere his cœribus etiam juniores Principes,
Maximilianus, Philippus, Carolus, Dicit quo Redemptoris mortem Ec-
clesia

135.
Ex Sodalita-
te Ingolsta-
dieni duō
egregii Ty-
rones Socie-
tatis.

136.
Prima flageli-
lare in Sodal-
itate.

147.
Saga centum
ac decem an-
norum con-
versa.

138.
Monachii
Jubilæum
ejus causæ &
Monachorum
pietas.

139.
Böici Prince-
pes Ecclesiæ
bona bella
fuscidij.

140.
Sodalitatum
Marianum
Religious
publicæ.

A.C.

MDLXXXIII. clesia sacro luctu recolit, non jam ad unum templum Patrum Augustiniandum, ut hucusque, sed ad omnes urbis sacras Aedes supplicantis Sodalitatis tergeminæ agmen processit, cui immixtus ibat Vir admodum nobilis, ac rerum gestarum gloriâ celeber, qui trium horarum spatio, quo circuitus duraverat, nudata tergora tam immaniter flagris aculeatis, virgisque conscidit, ut diffluentis ubertim sanguinis intuitu, hucusque insolente commoti spectatores ferè omnes solventur in lacrymas, permulti ad tempora cursitarent, non & emque ibi totam inter preces ad felices belli Colonensis eventus impe trandos transigerent, namque in hunc præcipue finem decretâ fuerat supplicatio. Ubi vigesimo primo Octobris Lux festa Sanctæ Ursulæ eluxit, cuius tutelæ tota Ubiorum Archidioecesis antiquissimâ religione se commendavit, eadem ternæ Sodalitates in Gymnasii aula viginti quatuor horarum compunctionem celebrârunt, translatis illuc sacris Lipsianis, quorum sat magnam è Societate Sanctæ Martyris copiam Major Congregatio possidet. Adsuere sub priidianis vesperis Guilielmus Princeps, Renata Conjunx, Maximilianus, ac Philippus Filii, Aula, Nobilitas, populus, quantum capere amplius omnino locus poterat. Tota precibus diurnis conjuncta nox fuit, & insolita coram præsente in Hierotheca DEO Eucharistico pietas: nocturnas horas sibi se posuerant Pâtres è Collegio, rati forsitan dilapsitram plebem: at contrâ evenerit: incitati potius horum exemplo quamplurimi Nobilium æquè ac plebeiorum perstitere in Aula, quorum hos certnere erat fratre humum ferire inter suspiriosos gemitus, alios pectus frequenti palma tundere, manus in Cœlum assidas rendere, expansis ad geniculari brachiis, vix ullum esse, qui non largo fletu & lacrymis maderet. Valuisse apud Superos religionem tam eximiam res ipsa docuit. Bellum apud Ubios anticipiti haec tenus Marte trahebatur, verum exim omnia Ernesto, Ferdinandoque evenerint prospera. Intra unius anni spatia, pulso ad Batavos Gebhardo, neque posthac arma periclicari a usum debellatum est, & quietum Ernestus Archiepiscopatum naecus, ab antea jam centum quadraginta tribus non aliudde, quam ex Gentilitia domo naecus est sedis suæ Successores. Grata habuit hæc Sodalitatis officia Ernestus, & rati etiam ejusdem vota, quibus illa petuit, ut in ejus Oratorio quibusvis legitimis Sacerdotibus, quo libitum esset die, Divinum Missæ Sacrificium litandi privilegium, tanquam Episcopus Friburgensis concederet. Extat de hoc Privilio Diploma, ut & alterum ab Nuntio Apostolico Feliciano Ninguarda, quenam è Divi Dominicæ familia fuisse diximus, concessum, quo Sodalitati, cuius ipse membrum erat, suas publicas privatásque literas cera tubea signandi facultas datur. Guilielmus porro Princeps, delectatus Patrum frugiferis laboribus, quibus præter multa alia hoc anno effectum est, ut septuaginta leprosum hæresin ejurarent, magno, quod clapsu anno destinaverat, operi exequendo manum admovit, statuendo videlicet Divi Michaëlis templo. Multa ad hoc optimum Ducebant permovetabant, multa contra dissidentium voces obfirmaverant. Noverat, ea plerumque subditorum animis de Principibus inesse desideria, ut ipsi populi expectent magnificentum quoddam monumentum à Dominis suis statui, ut videlicet gloriari possit gens universa de sumptuum, quos ex ære suo contribuit, perenni memoria: Enimvero magnos Guilielmus gerebat spiritus, ac dignos magno Principe, sed quos didicerat amplificando Numinis honori attemperare, cui si Regum magnificentia subserviat, adeò nihil inde fit obscurior, ut majori etiam splendore effulgeat, siatque extali monumuento neutiquam vana duntaxat gloriatio, sed meriti etiam coram DEO plena, ideo nimis, quod tota posteritas, opus hoc intu-

fura,

141.
Præserit
Festo S. Ursu-
la ob bellum
Colonense.

142.
Privilegia
data Sodaliti-
tati ab Erne-
sto Archiepi-
scopo, &
Nuntio Apos-
tolico.

143.
Guilielmus
Dux Templo
ad fiduciam in-
choat.

144.
Cause, cur
id fecerit.

tura, vix meminisse poterit tam magnifici Principis, qui aeterno simili Numinis gratulatura sit, quidquid inde gloriae, quidquid religiosi cultus Divinae Majestati accedit. Ad hanc religionis erga Deum promovendam curam ad junxit Guilielmus pietatem erga Militiae Cœlestis Archistrategum Michaëlem, primam lucem aspicerat ipsa die Michaëli Archangelo sacrâ, quem a teneris annis singulariter colere assuevit, gnarus, voluisse aliquando hunc Angelorum Principem, ut sibi a Sipontinis in Gargano Monte templum strueretur; prudenter judicavit, gratum fore potentissimo Ecclesiae Defensori, si Monachii quoque illius honori aedem statueret, hoc praesertim tempore, quo orthodoxa fides in Germania grave subiisset discrimen; & ipse Guilielmus gerendis prosperè armis, quæ pro Fide capessiverat, auspicio, ductuque Cœlesti vel maximè indigerer. Dissuasoribus certè ædificiū, magis omnino expensis staturi; responsare erat solitus: scire se, quantum, à Divo Michaële: quem Domus Boica Tutorem haberet, stirpi suæ ac Patriæ repensum fuisset, & sperare amplius adhuc repensum iri modicum æris, quod suo honori impenium magnus hic Dux acceptare nollet, nisi, velut militare stipendum triumphis, victoriisque compensandum. Hac fiducia confirmatus Princeps diem Aprilis decimum octavum constituit primo templi Sancti Michaëlis ponendo lapidi. Adfuere sub id tempus tres Apostolicæ Sedis Legati, Bonhomius, Malaspina, Ninguarda, singuli Societatis amantissimi, sed quod priores duo, Bonhomius quidem ad Cæsarem, Malaspina in Belgium destinati erant, tertio, quod peculiariter Nuntii ad Aulam Bavricam munere funderetur, sacras in praesente negotio cærimonias obœundi partes fuerunt delatae. Guilielmus, cui in templi struendi area Mater Anna Austriaca, Jacoba vidua, & Avia Renata Uxor, Ferdinandus Frater, Maximilianus & Philippus Filii adstitere, arcuæ marmoreæ, quæ primò in fundamentum demittenda erat, aureum nummum inseruit sua effigie, insculptisque his verbis insigntum:

DEO OPTIMO MAXIMO, MATER MARIAE,
ACS. MICHAELI ARCHANGELO
SACRUM.

ANNO humanæ salutis 1583. Die 18. Aprilis, Gregorio XIII. Pontifice Max. Rudolphi Secundo Rom. Imp. ac Reverendiss. Dom. Feliciano Apostolicæ Sedis Nuntio cæmoniis operante, Guilielmus hujus Nominis, Quintus, DEI gratia Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Dux præfatus, hunc fundamenti lapidem posuit, dum in hac sua Metropoli Monachio Societati IESU in honorem Sancti Michaëlis, omniumque Sanctorum causâ, Religionis aeternum sibi, posterisque Monumentum poneret. Post hanc celebritatem epulum in Collegio dedit Princeps Viris Principibus, Nobilisque, Discipuli verò Gymnasi accommodatam diei tam auspicato scenam exhibuerunt.

Augustæ Vindelicorum calebat quidem templi ædificium, sed non tam labore manuum, quam litibus, quæ sæpenumero intercedebant cum adversariis. Occasionem denuò nos lacestendi dedit obitus eximii Patroni nostri Maximiliani Illsungi, sub ipsa novi anni exordia defuncti. Fuerat is, quem admodum parens, Sueviæ, quæ Austriacis Principibus subdita est, Praefectus, atque a Consiliis Rudolphi Cœsaris. Ut porrò Vir hic eximus officia nostra, plurimis Collegi causa negotiis, prosperèque confectis, omnia de nobis prômeritus est, ita agrotanti & morituri enti quidquid poterat, usque dum animam piissime inter manus nostras exhalaret, imperi-

i 45.
Præfatus ædificiū
cui lapidem posuit
erit.

i 46.
Augustæ obit
Maximilianus
Illsungus
Collegi Pa-
tronus.

A. C.

M.DLXXXIII. dere non destitimus. At verò Societatis initici tumidà mox spe inflati tem-

^{147.}
Adversario-
rum ex hac
morte vanz
spes.

pus advenisse credebant, quo factio Jesuitica penitus collapsura esset: haud enim posthac Illungos superstites, haud Fuggeros ipsos, quorum Illungi affines essent, prævalituros in Curia, ut quidquam pro Collegio impetrarent. Neque ex vano id se sperare sunt arbitrati. Constatbat, petuisse Rosseffium libello supplice, ut, quoniam nos ex ædium, quæ ante in plateam de-

formiter excurrerant, fundo trecentos minimum passus extendendæ rectâ li-
neâ plateæ cederemus, vicissim nobis adjungendæ ad templum turris faculta
concederetur. Educta jam erat turris ad templi fastigium; ne otiosæ interea
desiderent operæ, eas, donec responsum à Senatu adforet, intra templum
revocavimus, ut muros interiores perpolirent amplius, crustâque obduce-
rent. Animadvertisit hoc prætereuntes, cùmque jam nullos propalam labo-
rantes cernerent, rumor illico per urbem est diditus, interdictum esse ulte-
riore Jesuitis structura, quin penitus indictum ex urbe abitum: magnos hac
fama inter hostes excitavit jubilos, ferturqne Mylius professæ contra nos
inimicitiaz præco jactâsse, post menses pauculos se ex cathedra, quam Jesuiti
posuissent, Lutheri expositurum Evangelia. Præcoces profectò plausus;

^{148.}
Magistratus
et facultas
erigen-
da turris.

nam interea Magistratus perspecta æquitate conditionum, quas loco ædifican-
dæ turris obtuleramus, concessit, ut templi quidem tectum ad viginti sex pe-
dum geometricorum altitudinem, turris deinde ad totidem pedes ultra recti
fastigium educi posset. Obtenta facultate, cùm mox iterum in publico com-
parere operas, levari altius pontes, sudari in structura, turrim haud exsurgere
modò, sed quaternis instrui campanis, & in supremo culmine tritonis loco
radiantissimum auro, Jesuitarum insigne, nomen JESU fulgere consipe-
rent malevoli, tum enim verò ringi, fremere, atque ad novas artes, quibus
dolorem nobis & obsecula facerent, converti. Extimulantur rursum vicini
Antonius Weida, & Joannes Rezerus, ut ambo simul ædificia nostra suis offi-
cere domibus, suis juribus, & commodis apud Senatum conquerantur.
Amicorum suasu molestiam redemimus, ære non multo, pro quo Rehlinge-
rus Duumvir, cui gratissimum accidit nos vitandæ litis causâ jure nostro,
quanquam optimè, cessisse, parvis post diebus decuplo amplius, quâme-
penderamus, donatum repedit. Jam & Statuarii Stephanum Hueberum,

^{149.}
Non desistunt
adversarii ob-
luctari,
quanquam
haud semper
impunes.

qui dein Societati adjunctus est, juvenem sculptoriæ artis peritissimum tamdiu
exagitârunt, donec urgente tandem Consule juramento se obstringere sit coactus,
nulli se posthac statuæ alteri, postquam eas, quas templo nostro appromis-
serat, perfecisset, elaborandæ manus adhibiturum. Quid de fabulis dicam,
quas adversum nos commenti suni? piget referre singulas, ita fuerunt puti-
dæ, quanquam haud semper impunes fabulatoribus. Ex his cùm affirmaret,
unus, scire se, mulierculam cum prole ali clâm in Collegio, arcularius, cu-
jus operâ perpetuâ utebamur, quamvis Lutheranus, tacere calumniatorem
jussit: notos sibi omnes Collegii angulos, explorata cubiculorum intima,
claves ipsas universas in manibus suis persæpe esse, nihil tamen à se deprehen-
sum unquam, nisi modò immane de Jesuitis mendacium. Indignatus alter
mendacem se proclamari, ferrum stringit in arcularium, at is, declinato mo-
dica corporis inflexione gladio, ensem & ipse scipione, qui pro vagina erat,
educit, & luculentum aggressori secundum aures vulnus refert. Delatâ read
judicem cognitâque, famæ nostræ propugnator innocens absolvitur, impu-
gnator, quod primus ferrum nudârit, binis insuper aureis multatur; ut ita
miser ineptam fabulositatem cute simul ac ære luerit. Quid, quod hujusmo-
di figmenta, præter fingentium vota, in nostrum aliquando commodum cede-
rent? Marquardus Stainius nobilis inter Suevos Dynasta, ut suspendendis è
turri

^{150.}
Quia etiam
ad Collegii
commodum.

turri campanis-pegmata, sedilia item propiora ad aram summam confici posse-
sent, multam querum, tiliamque cæsam, non donavit solùm, sed suis eti-
am jumentis subvehiri ad Collegium jussit. Incedebat longus boum jugato-
rum ordo, & bùbulorum clamor sonoros per compita ciebat strepitus: spar-
sum mox in urbe est: tormenta curulia Collegio fuisse submissa, addunt alii,
clanculum etiam plures ducentis milites praefidario's fuisse introductos, qui in
cryptis & conclavibus occulti lateant. Ridenda fabula; quæ tamen vulgo
credita frænum injiceret hostibus, ne hoc anno violentis tandem irruptioni-
bus, quas minitabantur, Collegium infestarent, sed tempus locumque per-
mitterent, ut è cætus nostræ instituto commodare publico possemus. Nota-
tu præ aliis dignam se præstitit supplicatio ad montem Andecensem, quem ho-
die Sanctum appellamus. Est in superiore Bojaria Monasterium, quod Reli-
giofi ex Ordine Divi Benedicti obtinenter, situm in monte, quem Andechsium
veteres nominarunt. Castrum ibi steterat Comitum Andecensium, quorum
familia multorum olim Ducum Principumque Procreatrix fuit: Eversa arce
mansit tamèn ædicula Magnæ Matris, ac Divi Nicolai honoribüs consecrata,
cum repositis ibi plurimorum Divorum Reliquiis, ac tribus præcipiè prodigiosis Hostiis Eucharisticis, quas Divus Leo Nonius Pontifex Henrico Saecto
Imperatori Bambergam, ac postea Sanctus Otho, Bambergensium Antistes
Bertoldo Andecensium Toparchæ Parenti suo transmiserat. Providâ Custodi-
dum curâ sacer hic thesaurus Hunnorum, aliorumque hostium Bojariam va-
stantium impietati substractus, atque sub Altari defossus fuit, sed denum pe-
nitùs in oblivionem devenit: donec sub annum millesimum trecentesimum
octogesimum octavum admirando eventu musculus ex latebris sub altari pro-
currans, schedamque, Divorum, quorum Reliquiae latebant, hominibus ho-
tarum, rostello ferens delitescentis gazæ indicium dedit. Effossa hæc quan-
tociùs pristinam loco celebritatem, Montisque sancti nomenclaturam reddi-
dit, quin & nobile ab Ernesto Bojorum Duce Collegium sex Canonicorum
fuit additum, & ab Alberto Tertio Ernesti Filio Canonicis substitutum Cœ-
nobium; ut ad Sancti Benedicti Alumnos, qui primitus sacrorum ibi curam
gesserant, idem munus rediret, quod sane in præsens ævum summo Religio-
nis incremento præstiterunt.

Inter plurimam supplicantium agmina, quæ statim per annum temporibus
ad Montem Sanctum procedunt, insigni pietate id elucet, quod Rogationum;
ut Ecclesia appellat, Feris ex Urbe Augustana dicitur. Jam ante annos qua-
draginta Augustanus Antistes Otho Cardinalis Sodalitum à duobus civibus
erectum confirmaverat, Divinæ Triados cultui dedicatum. Solenne huic
erat diebus, quos nominavi, ad Montem Andecensem bidui propemodum
itinere Augustam diffissum ordinato exire agmine: Ut celebrior in præsentem,
quem describimus, annum, atque deinceps, Processus hic fieret, multum
Gregorius Roseffius Collegii Rector, & summa in Æde Orator adlaboravit;
prævia concione adhortatus est ferventissime populum, ut, qui possent, fre-
quentes piis peregrinatibus sese adderent, qui haud possent, redeuntibus
saltum occurrerent, exceptosque non sine Religiosa pompa in urbem redu-
cerent. Effecit enim verò facundia sua Roseffius, ut primum quidem sacram
professionem trecenti susciperent, ac dein ipsemet revertentibus obviā pro-
grediens pœnè quidquid Catholicum in urbe superfuera, secum traheret. Ubi
ventum ad Sacellum Divæ Afræ honoribüs positum, eo ipso in loco, qui cum
Sancta hæc Martyr cremata fuit, adhuc Lycii fiuminis insula fuerat, nunc cre-
bris alluvionibus Lycatiorum trans flumen camporum continentis adjuncta;
Roseffius brevi conciuncta pios viatores Verbi Divini ambrosiam recreavit.

Celebris sup-
plicatio ad
Montem San-
ctum, ejus
origa.

Chronicon
Andecensi.

152.
Tempore
Cardinalis
Othonis

153.
Roseffius pœ-
nicie, ut ma-
jori numero
ac celebritate
fuit.

A. E.

MDLXXXIII. Tum ordinata itione, tam, qui peregrinationem confecerant, quām, qui in occursum prodierant, in urbem reversi sunt. Tam longa erat incedentium series, ut non jam, quemadmodum annis prioribus ad Divi Mauritii Aedem consideret, solvereturque; sed ad ipsum usque Cathedrale Templum, nunquam interrupto ordine produci posset, fieretque, ut, qui festam ascendentis in Cœlum Domino lucem peregrè celebraturi, in Montem Sanctum ascenderant, celebrationem hanc domi terminarent in templo, quod dedicatum est memoria Matris Virginis ascendentis in montana, ut salutaret Elisabeth. Terminare porrò etiam posteris annis non alibi, quām in memorato templo hanc solemnitatem licuit, idque tanto magis, quanto major hodie ad eandem confluentum numerus est. Mille minimum quotannis utriusque sexus & stirpe etiam nobili, pridie Ascensionis Domini in Montem sanctum exeunt, Viri quidem scorteis penulis ac scipionibus instructi, fœminæ saltem scipionibus, & composito ad modestiam habitu. Postridie ejusdem Lucis festæ, Christi videbitur in cœlum ascendentis, Afræ templum, amplè modò & eleganter à Cenobitis Augustæ Benedictinis constructum, in redditu perveniunt; summae Aedis Augustanæ Orator, qui ad Andecensem eos Montem comitari, inibique pro suggestu solet dicere, Roseffii exemplo, ad hæc usque tempora perdurante, brevem allocutionem habet: ubi propiores urbi sunt, obvium habent haud unum mille incolarum. Canonici tam summi templi, quām Mauritiani, Clerus universus, universi Cœnobiorum Religiosi, Literatarum, aliarumque Congregationum Sodales, juventus Gymnastica, Scholarum variarum pueri, verbo, propè nemo non in occursum properat. Unum ex omnibus tum illorum, qui peregrè reversi, tum qui obviām progressi sunt, coalescit agmen: bini ac bini longissimo tractu paris longitudinis plateas emensi ad templum Cathedrale, seu ad ipsa propemodum tendunt suburbia. Resonant interea è templorum turribus campanæ, piis cantionibus fora & compita, viæ ac plateæ Rosarium Marianum, quod manu præferunt, recitantium sonoris vocibus: neque hæc Marianæ Coronæ recitatio pueritiae tantum aut plebis est. Sacri ac profani, viri ac fœminæ omnis statu & Ordinis hoc devotionis obsequium Deo, Divinæq; Matri, Sanctisq; Cœlitibus clarè persolvunt ac propalam, spretis, nauciq; habitis illorum cavillis, cachinnisque, quorum malignos oculos hic publicus & anniversarius Religionis Orthodoxæ triumphus miserè urit foditque. Postquam Roseffius ita strenue felicitèque perfecit, ut publicum, quod memoravimus, Catholicæ pietatis exemplum ad perpetuam posteritatis imitationem cum incrementis longè maximis inducetur, pariter laboravit etiam, ne diu specimen desiderari posset fructus & solatii, quod ex recens inchoata juventutis eruditione urbs universa caperet. Latino scripream sermonem tragœdiam spectandam dare placuit: argumentum Josephus fuit Agyptius: pro orchestra atrium intra extimam Collegii portam, scena ad templi parietes applicata, dies electa, qua sudum serenumque cœlum favit, spectatorum multò maxima frequentia, nulla ætas, sexus, ordo, religio exclusa. Ex ipsis aede scholis ad Sanctæ Annæ quini adfuerunt predotribæ, partim invitati, partim invocati, & curiositate visiti, quamquam à Praeconibus interesse vetiti. Numerati inter spectatores Episcopus Adramytenus, Cathedralis Ecclesiæ Decanus Gemmingius cum non paucis Canonicis, Duumviri urbis Fuggerus & Rehlingius, Consules ac Senatores complares, cætera multitudo, quantam locus cepit: Vesteræ scenicas pretiosas, Gulielmus Bojaria Dux & Fuggeri, atque illustres fœminæ suppeditarant, quin ex ditissimo gemmarum, unionumque apparatu quidquam deperditum, subiectumque fuerit. Utin verò admirandus esset amictuum splendor, longè magis tamen oculos spectan-

155.
Prima Augustæ
actio Comica
a nostro Gym.
nasio exhibi-
ta.

Spectantium, animosque rapuit actionis artificium, & actorum in representan-
dis, quas gerebant, personis, elegantia, gratiaque, cui ipsa spectaculi, Latino ser-
mone, eoque admodum elimoto, hactenus Augustanis non audit, non visi
novitas plurimum admirationis, estimationisque addidit. Altero die, qui
erat Septembris vigesimus septimus, cum, distributis prius juxta discipulorum
navitatem, profectumque literarum premiis, studiorum curricula instauraren-
tur, addita scholis reliquis etiam est Oratoria, quam partitam operam profiteri cœ-
perunt Jacobus Pontanus, & Wolfgangus Starkius ambo eruditione perquam
celebres. Ad audienda vero Rhetorices precepta missi Landsperga ex nostris
quatuor, externorum admissi haud plures, quam septem. Tantam haec in
Rempublicam merita Roseffio, a cuius vigilancia ductaque ea potissimum profi-
cisci constabat, apud eos rerum estimatores pepererunt authoritatem, ut
quidquid pro Dei gloria aggrederetur, optato fine concluderet. Cœno-
biuum est in urbe Monialium, cuius disciplina infelicitate collapsa erat, ex ea ma-
xime causa, quod liber omnibus ex populo ingressus, Monialibus egressus pa-
teret, unde factum, ut nonnullæ clarissimis ortæ natalibus Hæreticorum fractæ
blanditiis a proposito defecerint. Unicum apparebat malo remedium, si, ut
domus illa claustrum nomen gerebat, tale re ipsa efficeretur. Non caruit pri-
mo res haec difficultate: ast Roseffii hortatibus, consiliisque effectum est,
ut, quæ obluctabantur, tandem & ipsæ cum ceteris Episcopi ac Moderato-
rum iuorum voluntati acquiescerent, perpetuo famæ, ac religiosæ disciplinæ,
quæ pulcherrimè etiam nunc efflorescit, emolumento. Ex antiquissima stirpe
Viri Patritii tantis in fratrem suum, officiis antea gestis, & authoritate conspi-
cum exarserant odiis, ut carcerem quoque & vincula procurârint misero.
Diu ex Augustana Nobilitate homines clarissimi, diu Guilielmus ipse Bojorum
Princeps omnia tentârant, ut detestabiles iras componerent, irrito eventu.
Tandem & Roseffius arduo huic negotio manus admoveare aggressus, id post
duorum mensium laborem obtinuit, ut ambæ partes in illius arbitrium condi-
cerent. Tam æqua, tamque prudens utriusque parti visa est arbitri sententia,
ut nihil refragantibus animis in eam fratres concesserint: Redintegratus est
communi proborum omnium gratulatione fraternus amor, & quod caput, ste-
tit amori perpetuitas. Jam & in templi, quod struebatur, perfectionem mul-
tas solicitudines intendere necessum haud fuit Roseffio, tam prompta extitit
multorum ad absolvendum hoc ædificium, exornandumque liberalitas. Fuere
inter hos beneficos præcipui Illsungi, qui ex rupibus ad arcem suam Trazber-
gam in Tyroli excisum marmor Augustam curârunt devehi, ut inde templi
portæ, & antepagmenta formarentur, sed primas beneficentias partes Fugge-
rorum gens iterum habuit. Horum largitate cupreis laminis obiecta turris est,
vestitus sacri ex filo argenteo, picturæ altarium, corundem prætexta peri-
pictas. Plura elargiri paratis modestè obluctati sunt Nostri, quod tanta bo-
nitate abuti non auderent. Mutui tamen nomine tria florenorum millia ac-
ceptârunt intra sexennium, sed absque omni censu, ut disertè Marcus Fuggerus
protestabatur, redhibenda. Et verò redhibere licuit in annos quippe singu-
los Marquardus Episcopus florenos nobis quingentos dedit, quibus contra-
etum debitum ritè expunximus.

Nimirum favebat jam nobis integrè hic Antistes non solum ob famam
rerum, quas Socii non Augustæ tantum, sed ob illas etiam, quas Dilingæ insi-
gniter gesserant. Crevit in Academia illa vehementer discipulorum numerus,
In solo Divi Hieronymi contubernio numerati fuerunt convictores centum &
septuaginta: permulti ex eis Nobiles. Religiosi vero quadraginta quinque.
Atque horum præcipue vita ceteris exemplo fuit. Sacro Adventus tempore

MDLXXXIII.

156.
Præmiorum
Scholastico-
rum distribu-
tio. Rheto-
rica institu-
tio.157.
Roseffii au-
thoritas ad
Dei gloriam
promovean-
dam utilia.158.
Et conciliag-
dam inter fra-
tres pacem.159.
Episcopi,
Fuggerorum,
aliorum in
Collegia be-
neficentia.A.C.
MDLXXXIV.160.
Dilingæ Reli-
giosorum in
Convictu S.
Hieronymi
pietas.

A.C.

MDLXXXIV.

161.
Julii Priscianensis opera
in coenobio.162.
Sylvius, &
Hallerus No-
rimbergae ad
disputationem
provocantur,
quam dein
provocatores
declinant.163.
Auguste novi
tumulus ob
novum Calen-
darium.164.
Coepit jam
anno superio-
riore.

multi ex his tota hebdomade cœnâ abstinuerunt, cæteri quartâ saltem & sextâ feriâ, ac sabbato. Precandi studium, quotidiana pii quidpiam meditandi consuetudine, animi quot mensibus collectione, annuis Sancti Ignatii exercitiis nutrire docti, solitique sunt, utque interim, donec ad sua Monasteria reversi, quam ipsi assumpserant, vivendi rationem cum aliis communicarent, libris asceticis viam præmunitæ studuerunt, quorum magnam hoc anno suppelle&ilem unâ cum ciliciis, aptisque aliis domandæ carni instrumentis ad cœnobia sua præmisserunt. Subsecutus tempore, quo à scholis vacabatur, Julius noster Prilicianensis comite nunc Andrea Sylvio, nunc Joanne Pelecyo, tum ubique, tum Weingartæ singulariter, maxima Antistitutum æquè ac Cœnobitarum benevolentia exceptus amplissimum campum hæc est, seminandi semen bonum in terra bona, tum consiliis, tum privatis collocationibus, publicisque exhortationibus, quibus ipsi Præfules interesse consueverant. Fuit cùm Sylvium, quem modò nominavi, atque Richardum Hallerum Theologæ Professorem iter, quod in Franconiæ suscepserant, Norimbergam deferret, urbem Romani Imperii commerciis & opulentia per quam celebrem, sed Lutheranam. Ut Jesuitas adesse hospites audierunt Præcones, ad disputandum illos rite controver- siis fidei capitibus provocarunt, rati, imparatos ad pugnam, declinaturos certamen itineris excusatione, quam provocatores, et si æquam, inique tamen, formidolosam postea dissidentiam & victoria desperationem interpretari constitutum habebant. Sed turpiter spe sua delusi sunt. Condiçere Patres alacriter, petiere tamen, ut disputationi jurati adessent testes, qui responsa audi- rent, atque, uti data erant, audita sibi esse, juramento assererent, juratus item adesset Notarius, qui, quæ dicta, testataque essent, fideliter exciperet. Et ecce, non improvisa modò, sed fortidabilis provocantibus hæc fuit respon- sio; nescio, quid trivoli causantes, cur fieri id non oportet, tam proprie- Antagonistas maluerunt cum prudentiæ modestiæ laude, quæ illos apud cordatos omnes consecuta est, dimittere, quam semetipso debellandos objiceret, quamvis non modica ignominia nota apud cives suos his ardelen- bus deinde adhæserit.

Sed hem! fastos nostros Augustam revocant infesta Collegio illi tempo- râ, seu potius nova temporum ordinatio, quæ cùm reapse fuerit optima, pes- simè tamen inquietis turbatoribus occasionem tumultuandi præbuit. Gregori- ius Pontifex, cùm ex Juliano Kalendario multa in celebritates Ecclesiasticas enascitura prævideretur confusio, ejus emendandi negotium Viris arte Astro- nomica exercitatissimis commisit. Pontificis quippe arbitrio plerique Christiani Principes, ac Republicæ statuendi meliorem Kalendârii formam per- misserant. Confecta hæc fuit universalis orbis Catholicî approbatione; solis dis- plicuit Pontificiæ Sedi otoribus. In Societatem quoque se extendit hoc odium, nam ab his instigatum fuisse Pontificem freinebant, ut reformationem hanc susciperet; quamvis enim & Aloysius Lilius, & Vincentius sua in hoc opus studia contulerint, tamen, quod è nostra familiâ adjunctus illis fuit Christophorus Clavius Bambergensis, in hunc maximè, atque inde in univer- sam Societatem desævierunt iræ. Jam anno præterito ut primum Augustæ in- nobuit, Magistratum, collatis cum Bojorum Duce, cùmque Episcopis aliquot, ac Ferdinandu Archiduce consiliis, & accedente Cæsarâ ipsius voluntate no- vum Calendarium acceptasse, proximeque esse promulgaturum; ingentes ex- titerant motus. Præcones Lutherani, ac inter hos præcipuus clamator Georgius Mylius blaterabant e suggestu, nefas esse contentire Decreto Magistratus de Calendario; hanc novam ex Pontificis arbitrio præoriginem adveriam esse Lutheri doctrinæ, adversam conscientiæ; Jesuitarum hoc inventum esse, quo - simpli-

Simplices populi, dum fastos à Pontifice præscriptos recipiunt, int Manci patum Pontificium pelliciantur, ac re ipsa Papæ subditos se se comprobent. At verò excutiendum utique hoc Antichristi jugum, ejiciendos procul, qui hoc vafris molitionibus denuò nitantur imponere. Propius nihilo absfuit, quin his vocibus concitata plebs in seditionem prorumperet, præsertim, cùm in ejus partes etiam ex Senatoribus duodeni transiissent. Itaque jam clanculum arma parabantur, & armati, qui domos opulentiorum aut à vi defenserent, aut si expedire putaretur, vim proferrent in publicum. De incendio quoque spargebantur minæ, ad quorum restinctionem si populus concurreret, maiores accipendi cumultus occasio se præbitura esset. Neque inanis fuit communitatio. Arserunt geminæ domus, una quinto Idus Novembri, decimo septimo Calendas Decembres altera. Stitit turbulentos, ne procurrerent ultrius, Christophori Rehlingii animosa prudentia: persuasit is Magistratui, ut absque mora conducto milite frequentes per urbis foræ & compita distribuerent excubias, quæ continua lustratione vicos obirent, ac intentatis audacter armis, si quæ coitiones fieri animadverterent, protinus disturbarent. Repressa hoc modo Seditiosorum est violentia, non suppressa penitus. Armorum vice lis mota Senatui, delataque ad Imperii Cameram Spirenssem (sic Tribunal Imperiale appellamus, quod nunc Wezlariz est) causa fuit, quiescente interea, dum sententia ferretur, populo. Sed post menses aliquot novum inducis periculum supervenit à Lanionum tribu. Ducenti tum jure civitatis fruebantur, & ex his non plures, quam septem Catholici. Ex Gregoriani Calendarii præscripto, mense citius integro celebrandum erat hujus anni Pascha, atque adeò Quadragesima, quod cùm viderent Lanii Protestantici, ex condicto statuerunt, carnes quidem venditare in macello, quamdiu duraret jejunium, as si postmodum apud Catholicos Pascha adventurum esset, macellum claudere, & carnem nullam promercalem ad Lutherani usque Paschatis adventum exponere, sic fore opinati, ut orthodoxi, nisi mallent Paschales Ferias celebrare in pisce & olere, illud cum Lutheranis agant, neglecto Jesuitici, ut cavillabantur, Calendarii mandato. Insigniter fefellit præfractos homines opinio. Senatus, quem nequaquam lanioniae dictaturæ consula latebant, Lanii, tum septem Catholicis, tum decem Lutheranis, quibus tribunitio edicto potior autoritas Magistratus fuit, pecunias ac potestatem dedit, ut soli per viciniam coëmendi armenta jus haberent, quo factum est, ut ad novi calendarii Pascha, carnium abundè in civitate fuerit, Lutheranis ex adverso rigida foret servanda abstinentia, nec enim carnes illis extra urbem, cùm in urbe suppeterent, conquerere licebat per leges patrias, at neque illas emere, quas pauculi, quos dicebam, Catholici, ac decem Lutherani venum exposuerant. Vetuerunt hoc nempe Mylius, & Mylii asseclæ vociferantes, minrantesque ex cathedra, Paschalem coenam Domini non gustaturum quemquam virorum illorum, qui vel semunciam comedenter de pecude, quam Laniones Jesuitici adduxissent. Valuerunt minæ, ut præpostera sanè religiositate Populus Luthericus à carne, quam ineptissimo cavillo Jesuiticam vocitabat, velut idolothyto abstineret. Ne ipsas quidem pelleb bubulas, quæ Senatus nomine venditabant, emere sustinuit. Ut paucis absolvamus, quidquid ex Calendario Gregoriano agendum aut omittendum præscribatur, id omne Jesuiticum esse statim proclamabatur. Aperta tamen vi nihil contraria ad id temporis tentatum fuit, quod Ordinis Senatorii prudentia & magnanimitas molitiones adversas omnes præfringeret. Sed ecce! quidquid repaguli objectum, perfregit tandem obstinatus furor. Terminata lis erat, quam Magistratui coram Spirensis Cameræ Tribunali, ut aiebamus, cives & Senatorum ali-

165.
Prudentia Magistratus in evertendis Laniorum causis filiis.

167.
Prævalens tandem obstinatio. Et aperte sedatio.

qui

A.C.

MDLXXXIV. qui intenderant. Pronuntiatum est pro Senatu, & novo Calendario: Quinto Calendas Junias pependit deñuò ad valvas Curiæ Mandatum, quo novi Calendarii ordinationibus conformare se jubentur cives, idemque paulò post præconis voce cum tubicine, ut mos est, plateas omnes obequitantis, indicitur. Intellexere adversatores, profligatissima esse molimina sua, nisi auderent ultima. Ausi sunt enim verò. Erupit in suggestum (nam dies erat Dominica) Mylius, atque altera etiam die mox insecura: non hinc satis habuit effutire, quidquid in buccam venerat, contra Pontificem, Calendarium, Societatem: ipsum aggressus Magistratum, plebem ad proculcanda sancta, armaque corripienda incitare non exhorruit. Hoc ut Duum-Viris relatum est, universos Republicæ Patres ad extempore concilium evocant. Adsunt perquam frequentes, causam edocentur, rogantur sententiam. Gravius multò, quam ego explicem, accepta est Mylii protervia, judicatumque, haud diutiùs seditionis faciem in civitate tolerandam esse; Datum est negotium Præfecto sonum puniendorum, ut tumultum hunc Authorem urbe educat. Res tam scite haud gesta est, ut vicinos non adverteret. Fit oxyus clamor, Mylium

168. **M**ylio prædicens seditionis motus reo indicitor ad*ad*lium.
169. **C**urru à plebe extractus, altera tamen die exire co*gitatur*.
violenter Augustâ exigi: concurritur, ceu de altero scilicet Chrysostomo ageretur; gladii, hastæ, sudæ, quidquid in manus venit, loco armorum est: jam ad portam, quâ Goggingsam vicinum pagum itur, currus pervenerat, que vehebatur Mylius, cum equorum lora ense à furibundis præciduntur, atque ille carpento extractus in proximas pistoriæ ædes, velut in asylum, properè ducitur. Adsunt tamen continuò milites, domum custodiâ sepiunt; ac eo, quod reliquum fuit diei, nocteque in sequenti tota, vigilias servant, donec altera luce summo manè sub muliebri amictu urbe emitteretur. At per reliquam civitatem invalescit momentis ferè singulis tumultuatio, ut necesse fuerit urbis portas claudere, Curiam intus ac foris communire, præsidia militaria cum ducibus oportunitis locis disponere, crates denique ferratas pensiles ex turribus, quibus in conjuncta interiori civitati suburbia exitur, demittere, atque liberas concursationes magnam partem intercipere. At simul hoc modo Nostris, qui intra moenia quidem sed tamen in urbe, ut vocant, nova seu suburbio Mariano habitant, omnis cum Senatu ac Patronis, qui interiorem urbem incolebant, communicatio intercluditur. Ita ope omni & auxilio destituti Socii forensi quidem Collegii & Scholarum obserant. At spem unam omnemque in Deo, qui solus salvare poterat, reponunt. Glomeratur interea fæx populi, ac textorum quidem ferè quatuor millia ad ædes nostras, pulsant, minantur, unde incipiunt tamen, unde desinant, inter confusos clamores & consilia non dispi ciunt. Factum est nempe Divinitus, ut duce carerent, qui vel autoritatis aliquid, vel peritiæ ad ordinandam invasionem haberet, sæpe & militum, quos Senatus turmatim continuò per urbem circummittebat, superventu fuere dissipati, quamvis nunc sexageni, nunc centeni ex hac colluvie in Collegium aditus omnes specularentur, hastisque & gladiis fenestras diffiringerent. Tenuerunt ad vesperum usque formidabiles turbæ, donec sub crepusculo, nobiliorum civium hortatu, ac vi etiam armorum ampliore ostentata, in suas sese ædes recepit vulgus, atque nocte tota rerum gestarum conscientiâ, & ausu velut attonitus conquivievit, quapropter etiam sublatis portarum, quas memini, cratibus, ultrò citrōq; commeandi facultas est redditæ. Eluxit hic, quanta fuerit Duumvirum ac Fuggerorum in Collegium solicitude. Vix egressus in suburbia patuit, cum miserunt protinus, qui ipsos nostragi vicem etiam atque etiam miserari dicent, consolarentur quoque, & studiose interrogarent, numquid infausti Patribus evenisset. Egerunt hi gratias, quam prolixas poterant, haud minus anxie illorum, quibus omnia deberent, quam sui causa sese Numeri suppli-

170. **I**nvalescens tumultu Collegium obseratur a seditionis.

171. **S**cherer contra Ofian drum.

172. **S**ed mira Dei custodia servaretur in demum.

supplicasse, ac porrò supplicaturos esse. Et habebant omnino ipse quoque ^{MDLXXXIV.} opus Divino præsidio, Duumvir ante alias Christophorus Rehlingerus: Hic enim, cùm unus omnia Rempublicam prudentissimè fortissimèque sustentaret, perditorum tamen hominum furiis maximè propositus erat, ut, à quo solo in urbem introductos Jesuitas, Mylium expulsum fuisse clamitabant. Jámque dolabras polcebant, & ascas, quibus domum ejus perfringerent, & expilarent: at ille contrà, invictissimi vir animi, ut nihil armorum minis, nihil armis ipsis se terrori ostenderet, frustra deprecantibus uxore ac liberis, quinque duntaxat stipatus satellitibus, horâ, qua Senatus haberi est solitus, prodit in publicum, atque in Curiam ascendit. Circumstetere maximo numero seditionis, strictis armati gladiis, bipennibus, sclopetis; pergit ille tamen vultu imperterrito, mandata Senatoria expedit, ac eâdem, qua venerat, viâ, fronte que per confertos tumultuantium cuneos domum reddit: tantam videlicet gravitatâ solitæ majestatem, vel efferatissimis venerabilem, addiderat Dominus. In Collegio ipso, quidquid foris turbaretur, ordinaria agendorum servata est ratio, itum ad coenam, precésque Litaneuticas tempore consueto. Id solùm est additum, ut propitiando Numini in unum collecti flagellatione sese castigarent, spe pleni, fore, ut cubitum se conferentibus noctem quietam tempusque tranquillum concedat Omnipotens, quod profecto clementer indulxit.

Non tam lœtabilis fuit lux postera, diésque septem proximi. Sæviùs nunc quidem, nunc remissius concutiebatur civitas, vacua tamen omni motu, motusque majoris periculo nunquam fuit, unde factum, ut quamplurimi deprædationis, aut etiam cædis metu in tutiora loca se reciperent, vicinam potissimum Bojariam: Religiosi etiam ac Moniales, præteriorum olim calamitatum memores. Duo universè millia emigrasse feruntur. Portæ civitatis extimæ, præter Göggingensem, occlusæ manebant omnes, obseratis tabernis opifices vagabantur per urbem otiosi: solis prædictiariis, ne quid plebs rursum Magistris crearet negotii, feriari non licebat, jussis diu noctuque explorare omnia, & siquà suspectos malè feriotorum circulos deprehenderent, confessim diffpare. Animati nostri, quorum duo ac viginti erant, hac Magistratûs vigilantiâ non modò in Collegio perstiterè omnes, verùm etiam Divino longè magis freti tutamine, ausi fuerunt recluso templo patefacere Catholicis aditum ad audienda Sacra, obeundas Confessiones, cæteraque orthodoxæ pietatis munia. Cùm interea haud nesciremus, non unum ex hostibus cuncum nunc irruptionem meditari in ædes nostras, nunc incendia parare, ac tandem ex vicina Collegii domo tectum velle perfringere, & universos vi opprimere. Jámque opus aggressi fuerant, cùm haud satis dispicientibus nobis, qua ratione surentibus occurri posset, ecce anicula, & quidem Lutherana, incertum quo animo, accurrit, & quid agitis, exclamat, cives improvidi? medios in enses, mortesque irruitis. An ignoratis enim, quingentos omnino milites à Bororum Duce missos in his tectis delitescere? his ipsa ego oculis vidi, cùm manipulatim his diebus in Collegium reciperentur. Supervenit textor vicinus, alioquin nobis haud amicissimus, qui eadem sibi cognita, eadem conspecta asseveravit. Non cessatio tantum ad has voces, sed fuga irruentium facta est. Nempe invenerunt dicta fidem eò proniùs, quòd jam antè rumor Augustam pervagari cœpisset, milites trecentos domi nostræ in occultis stare subsidiis: nec inepto, ut id crederent, nitebantur argumento. Palam fuit, sine intermissione concribi armatos à Senatu ad sonum tympani, colligique permultos, at quorsum devenissent, cùm rari pro tanto collectorum numero publicè apparerent, vulgo haud constitit: nimirum in turres plerique mœnibus, portisque impositas, in curiam, armamentarium, aliósque locos claram dispersiti.

^{174.}
Durant motus
tota heado-
made.

^{175.}
Inopina irru-
ptoris diffi-
cilio.

M.DLXXXIV. erant, ex quibus quoquoversum educi poterant. Id cùm passim nescirentur, arbitratu fuit per facile, impetrâsse Nostros à Duumviris, utique Societati addicissimis, ut præsidii numerosam partem tuendo contra omnem viim Collegio imitterent. Ut rei veritatem explorarent, Lutherani varii ex opificibus, nescio quid laboris in templi ædificio conficiendi superesse, prætexentes, aut operam suam perquam comiter offerentes, admitti intra ædes petiere. Admisimus. Cùm perlustrarent curiosis oculis universa, nec tamen militare quidquam deprehenderent, pro singulari, quam simulabant, erga nos obstricti animi benevolentia, an ignari essemus, rogabant, famæ, que tota urbe spargeretur, de occultis apud Jesuitas excubiis, avidè, quid responsi obveniret, præstolantes; & responderunt Socii, sed ita, ut prudentia vafritiem eluderet. Responsionis ambiguitas, quid certi concluderent, nihil reliquit emissariis. Quin ipsa hæc perplexè respondendi ratio ansam dedit credendi, veri multum subesse rumori publico, quod sanè illos opinari Sociis, quām utile, tam gratum fuit. Sed maximè opinionem hanc confirmavit publica securitatis ostentatio. Videbat Augusta bipatentes templi fores, audiebat ex ædis turri ædis campani sonitum, ad quem evocati conveniebant Catholici interfuturi Divinis Sacrificiis, Divinis fruituri Mysteriis. Quis crederet, sic in proposito staturos Jesuitas, nisi parata haberent à tergo subsidia? Averso hoc veluti decumanico fluctu, despumârunt paulatim procellæ, præsertim, postquam supervenerunt à Cæsare totius causæ Quæsitores, Guilielmus Comes Oettinganus, Otto Henricus Schvvarzenbergius, Baro Maxelreinius, & Aulæ Boicæ Cancellerius Elzenheimerus. Multa quidem contra Patres conquesti sunt factiosi. At ubi singillatim nihil proferre poterant, nedum probare perperam factum, silentium indictum est accusatoribus, nì mallent calumniæ damnari, puniriq. Hæc itaq; tandem totius tragediæ fuit Catastrophe: Calendario novo sese tota conformavit civitas, Societas JESU stationem suam tenuit immota, tenebitque, ita DEus faxit, deinceps: Mylii in persecuenda Societate gnarus adjutor quispiam dignitate, quam Augustæ excelsam habuit, cum ignominia excidit, Mylius ipse, dum vixit, à patria sua, simul & cathedra exulavit, qui, si prævidisset, ventura quondam tempora, quēis totum, quā latè patet, imperium juxta novi Calendarii regulam annos, menses, dies numeraret, nā ille temperâset calamo, quo postea Augustanum Magistratum efferatè maledicuſ proscidit, nil indè consecutus aliud, quām quod Reipublicæ Patres edito typis scripro gravissimo Mylii contra pacem publicam peccata, longè majorem, quām exilii poenam commerita, suam verò in plectendo clementiam toto orbi monstrârint. Vix una mense Septembri composita fuerat tempestas, cùm paulò post October novam attulit. Nicolao Falconi Concionatori Lutherano muliercula ignota panem similagineum butyratum attulerat, in præmium videlicet frequentis solatii, quod ex multis infortuniis amaro ejus animo mulsum Falco identidem ex cathedra affunderet. Albâ tñniâ faciem obnupserat, ut Augustæ solent, quæ funus lugent: nomen rogata eloqui recusavit, unum id impensè obrestans, tenue munus ne respueret. Acceptavit panem Falco, sed, re dein melius expensa, ipse uxörque prudenti, scilicet, divinatione augurati sunt, procul dubio non foeminam, sed muliebri amictu Jesuitam fuisse, qui indito in similaginem veneno pestem ipsiſ & exitium certissimum moliretur. Anserem domi habebant, huic donati panis buccellas partim siccias, partim humectatas projiciunt: haud attingit ille: frustillum atri panis objectant, mox devorat, nempe huic assueverat, prior esca penitus insueta erat. Verum boni Conjectores multò magis roborati in augurio suo, in cane etiam periculum facere constituunt, qui absque hero plateas temere percursabat; hunc itaque

167. Ex vano mō more.

177. Totius tumultus finis soli Mylio permicioſus.

178. Nova calumnia de veneno prædicanti parato.

itaque in ædes suas pelliciunt, unum, alterumque ex pane donato bolum portigunt, ac tum in plateam emittunt, jacentem deinde in compito, mortuumq; ipse Falco conspexisse dicebatur. Tam multipli enimverò ac evidente iudicio subnixus rumor Augustam pervadit illicò: in Jesuitas potissimum detonant convicia, dein Catholicæ lacerantur omnes, quod Jesuitas foveant, qui existi utique nunc vi, nunc fraude hominibus comparandi artibus haud videantur inexercitati. Oleum flammæ ab illis additur, quorum voces habebantur sacrosanctæ, audent ex his duo è suggestu ovinulas suas enixè rogitare, preces ad DEum fundant pro salute Pastorum, supplicentque Numini, ut ne permittat, Italicæ (sic loquebantur) offulæ conjecturas in Germaniam intrôduci. Rehlingius Duumvir, ut erat famæ nostræ vindicator acerrimus, nihil ambigens, quin atrox hæc fabula, ceu vera historia, Ulmam, Tubingam, Norimbergam, Ratisbonam prescripta jam fuisset, properè immani calumniæ occurendum est ratus. Consulem itaque Acatholicum Othonem Lauingerum accersit, monet, fieri posse, ut Magistratus socrizæ meritò arguatur, si ad publicos jam rumores de abnormi Jesuitarum facinore Curia tamen penitus conquiescat. Iret, in rei veritatem diligenter inquireret, ut santes quidem plesterentur, & sua pariter Magistribus vigilantizæ, justitiæq; laus constaret. Fundus est Lauingerus officio gnaviter, auditus Falco, ejusque dicta Notarii manu in tabulas relata, conquisitio facta pistoris, qui panem confecerat, foeminae, quæ conjectum emerat, & præconi dono attulerat. Examinati ambo, eumque nihil male fidei comprehendenter, vocati demum oculo jurati Medici, jussique, ut in quibus vellent bestiis, latentis veneni periculum facerent. Biduum petierunt, intra quod experimentum caperent: concessum. Intra hoc canem, porcellum, gallinam separatum in locum includunt, panis memorati frusta separatè cuivis bestiæ tum arida, tum madefacta diversis horis devoranda objiciunt; illæ magna aviditate, quod projectum est, absunt, nihil penitus notatur, quod veneni effectum sapiat. Salva & incolumis gallina, salvi perstant & incolumes castellus, porcellusque. Id jurati Medici non tantum ad Consulem referunt unanimes, verum scripto etiam, signo, manuque sua & nomine roborant. Apographa distribuuntur civibus, & exemplaria adhucdum servantur in Collegii tabulario, monumenta simul vigilantissimæ solitudinis, ac prudentiazæ, quâ amantissimus Societas Rehlingius omnes à nobis calumnias perpetuò amovit, perpetuam idcirco sui memoriam, laudemque à Nostris promeritus.

Emersi ex illætabili rerum tristium enarratione calamum efferimus ad lætiora, quæ in eadem urbe Augustana intra anni decursum calamitosis nonnumquam casibus intervenere. Inter solatia certè fuit, quod, cùm acerrimè ab adversariis Catholicæ fidei impugnaremur, ab illorum tamen castris duos avicenos ad Ecclesiæ signa potuerimus traducere. Tradendæ etiam orthodoxyæ Catecheseos studium prolatum extra urbem est, quod Lechusii vicino pago Agidius Fabricius, Oberhusii Simon Graulokius inchoarunt. Jam quanta jucunditas fuit contemplari consummata hoc anno omnia, quæ cœperamus, ædificia, domos videlicet, quas hodie vocant Jesuiticas, haud modicum ex locatione vicitus quotidiani levamen, Collegium, Gymnasium, ipsam denique Sacram ædem. Et hæc universa absoluta eo ipso die, quo ante triennium primus quadruplici huic ædificio positus lapis fuit, Kalendis nimirum Februarii, unde colligas, quanta celeritate perfectum hoc opus fuerit, quanquam intervenisset veterum domorum destrucción, comitorum strepitus, vicinorum invidosæ lites, seditionis diuturnus metus. Et quidem, quod gratissimo animo ad laudem ter boni Numinis memoramus, tam feliciter processit labor, ut omni hoc tempore noxii casus nihil admodum acciderit. Puer unus ex duarum

^{179.}
Sed dissipante
Duumviri
Rehlingius
prudens,

^{180.}
Hæretici ad
fidem traduci-
ta.

^{181.}
Collegii,
Gymnasii,
Templi stru-
cta absorpta.

^{182.}
Absque gra-
viore ullius
damno.

A.C.

MDLXXXIV. contignationum altitudine in subjectam struem lapidum delapsus , illæso corpore surrexit in columis , quod & aliis duobus ex pegmate admodum sublimi dejectis evenit . Id verò prodigo par : cùm fundamenta effoderentur pro Gymnasio , atenæ vector cum equo carróque in fossam decem & octo pedes altam decedit . Stitit ruentes , antequam ad imum pertingerent , retinaculum admodum leve tamdiu , donec duo fossores , qui subtus laborabant , subtrahendi sese spatiū nanciserentur , certò aliàs tanto pondere opprimendi . Neque jam finita solummodo erat structura templi , sed ornatus etiam accesserat . Ex campanis maximam Christo Servatori consecratam quingentorum sexaginta florenorum pretio fieri curaverat Octavianus Fuggerus , alteram Matris Virgini sacram , quæ trecentis florenis stetit , Achilles Illungus Imperatoris Consiliarius , & Imperii Quæstor : Sibylla Ebersteinia , Marci Fuggeri Conjunx , organum gestatui aptum , Conjunx item Illustris Viri de Turri & Taxis , cursorum publicorum Præfecti tapetes belluatos Belgici operis mille æstimatorum florensis . Sic paratis non ad integratatem modò , sed ornamenta etiam , plerisque visum est , dedicationem Templi solennem multis ex causis differendam haud esse . Calendis itaque Maij , quibus Apostolorum Philippi & Jacobi celebritas recurrit , sacra quoque Patres celebrarunt Encœnia . Manè summo adfuit Michaël Dornvogelius , Marquardi Antistitis Augustani Suffraganeus , atque Ecclesiasticas consecrationis cæremonias maximo , quo potuit , apparatu inchoavit , ac Ædi sacræ titulum memor amque Transfigurationis Christi attribuit : Adstitere sex omnino Abbates , septuaginta ex Clero & Religiosis , ex Nobilitate Philippus & Octavianus Fuggeri Fundatores Fratres Germani , Germani item Fuggeri Marcus , Joannes , Jacobus , & Georgius Marci Filius : Duumvir Antonius Christophorus Rehlingius , Septenviri Catholici , Consules Senatorésque omnes , cætera multitudo longè maxima . Secundum Dedicationem secuta est Agape , Fuggerorum sumptu tanto , quantum splendor illorum & amplitudo postulabat : Præter convivium ad mensam primariam iidem epulum præbuere Cantoribus , Symphoniacis , Ministris , famulisque universis : demum & militibus , quos Rehlingius unà cum centurione , & cohorte integra toto die adesse in armis jussicerat , ne quid tumultus cieretur , lautum dedere congiarium . Sublatis mensis vespertinæ preces de canticis sunt horâ post meridiem tertiam . Subin Confessor sat multos expuerit , atque ex adultioribus etiam , sacro Confirmationis Chrismate linivit . Quod memorandum superest , mœroris quidpiam simul & jucunditatis habet , à spe nimirum felicitatis , quam illi obvenisse confidimus , cuius occasum Socii omnes ideò tulerunt acerbius , quòd celebritatis pridianæ tristis fuerit clausula . Theodorus Peltanus quatuor in Societatem vota professus diuturno ex morbo decessit ipsa nocte , quæ Calendas Maii inseguitur , eaque horâ , quæ diem secundum Maii à primo disternat , atque ideò hora Germanis prima , velut inchoantis jam diei , appellatur . Cognomen Theodorus traxit à Pelta agri Leodiensis vico . In Societatem à Sancto Patre Ignatio recipi impetravit eo animo , ut Sacerdotibus si non aliâ operâ , certè conficiendis calceis (nam Sutoriam exercebat) Coadjutor Laicus subserviret . Verùm , cùm præclara in eo indoles , memoriæ & ingenii capacitas fuisset notata , Ignatius ad literas transferre studium jussit . Haud paulò felicius in schola , quam in sutrina laboravit : Intra annos quatuor tantum in condiscendo sermone Latino , Græco , Hebraico profecit , ut aliis quoque erudiendis sufficeret . Tam idoneè comparatum , etiam Sacerdotio , quòd ætate maturiori se Nostris applicuissest , initiatum Sanctus Ignatius , ut loco suo meminimus , ad ponenda Collegii Ingolstadiensis exordia cum aliis misit . Memoravimus ibidem , ut Hebraicam , Grajāmque Scho-

183.
Aliorum li-
beralitas in
ornando no-
vo templo.

184.
Eiusdem De-
dicatio.

185.
Altera post
Dedicatio-
new die obi-
tus Theodori
Peltani.

Scholam privatim , ac dein publicè habuerit , ut Theologiæ Discipulus primùm , paulò post Magister , & annis duodecim Doctor inter Viros sui temporis eruditissimos fuerit habitus . Ultimo vitæ decennio Augustæ habitavit , transferendis ex Grajo in Latinum sermonem veterum in Græcia Patrum scriptis magna diligentia intentus , infirmo licet corpusculo , & diuturnis vexato doloribus , podagræ præsertim , & calculi , qui ita perlæpe se intenderunt , ut in momenta præsentem jam mortem crederet . Quemadmodum valens gratum se & amabilem genii candore , mansuetudine ac facilitate , ita & perenni in summis cruciatibus tolerantia admirabilem universis præsttit . Omnibus ad mortem Sacramentorum præsidiis munitum rogavit Collegii Præses Roseffius , proficui aliquid documenti Sociis , qui circumstabant , ipse in vita spirituali exercitatus Magister relinqueret ; quandoquidem ita jubeor , inquit , obedio , & hoc ipsum vobis impensis commendo : obedite Præpositis vestris , obedi- te . Ego certè dolores , quos tamdiu passus sum maximos , ideo immisso arbitror , quod obediens ductum haud eâ semper , qua debebam , accuratio ne secutus fuerim ; hujus negligentiaz culpa si condonetur , de cætero benignum , ad quem citatus abeo , fore mihi confido Divinum Judicem . Primus è Collegio in crypta templi subterranea , ad aram Sanctorum Apostolorum tumulatus in nova Domo Dei habitationem quietis accepit . Parentarunt defuncto Ordinum omnium quamplurimi : Academia verò Ingolstadiensis in Theologorum auditorio monumentum , quod hodie adhuc legitur , his verbis posuit : Theodorus Peltanus Societatis Jesu Sacerdos Theologiæ Doctor , unus ex primis illis Patribus fuit , qui suas virtutis & doctrinæ divitias explicarunt , Ingolstadii . Vir omniscius (si quisquam nostrâ memoriâ) in hac Academia floruit , post multum sudorem & algorem in re Dei , Academiæ , Religionis , Ingolstadii , post literas Græcas , Hebraicas , Theologicas publicè explicatas , Augustæ Vindelicorum scripsit sua , convertit aliena , tanta felicitate & fructu , ut meritò ei possit poni illud Ambrosianum : Vixit Ecclesiaz , mortuus est Christo . Obiit Augustæ secundâ Maii anno millesimo quingentesimo , octogesi mo quarto .

186.
Monumen-
tum Peltan-
i possum ab
Academia
Ingolstadi-
enii .

Consecrationi templi nostri Augustani , quod Christo Salvatori dedicatum est , successit eodem anno alia Landsbergæ in Bavaria , ubi templum Sanctæ Crucis titulo insignitum ereximus . Ædem hanc consecravit idem , qui nuper Augustæ ejusdem solemnitatis cæremonias peregerat , Episcopi Augustani Suffraganeus , Michaël Dornvogelius , & munus quidem hoc subiit eò libentiū , quod ipso Sancti Michaëlis festo die illud peracturus esset . Princeps Bavariæ Guilielmus ad Dedicationem invitatus comparere quidem tunc haud poterat , paulò post tamen Landspergam profectus , inspectâ fabricâ , quod laquearibus picturas deesse cerneret , eas suo ære superaddi jussit . Et vide piam Fuggerorum liberalitatem : Maximilianus , Philippus , Octavianus , haud contenti fuisse Conditores Templi Augustani , atque prius etiam Scholarum & Gymnasi , Landspergam usque suam extenderunt munificentiam . Sacratus , atque adeò estimatu dignius misit donum Claudio Aquaviva Societatis Præpositus Generalis , particulam sacrolancti Ligni , in quo salutem mundi operatus est Dei Filius , cum legitimo de rei veritate testimonio , Landspergam curavit deferendam , quæ argenteæ Thecæ inclusa quotannis agminatim adhuc adventantium supplicationibus adoratur . Gratiae sunt actæ Parenti amantissimo , atque veluti grati animi signum haud injucundo nuntio perscriptum est , quanto , quāmque universalis ardore spirituales filii juniores in virtutis studium incumberent , cæteri Socii pro virili in agro Domini laborare pergerent . Hujus operæ fructus præcipue hoc anno exstitit in usura , ac prohibito fœnore .

187.
Templum
Domus Land-
sbergæ
dedicatum .

188.
Cui Claudio-
Aquaviva
Præpositus
Generalis
Particulam
S. Crucis
misit .

MDLXXXIV.

189.
Monachii
Guilielmus
pro Societate
vigilat.

abolendo, quod tam enorme nonnulli exercuerunt, ut in hebdomades singulas pro singulis florenis denarium exigerent.

Monachii Dux Guilielmus non tam in templi, cuius prima clauso anno fundamenta posuerat, structuram, quam structuræ defensionem curas, auctoritatēmque intenderē dignatus est. Seu livor, seu, ut interpretari malumus, ignorantia fecerat, ut ex duobus Provinciæ Ordinibus præcipuis nonnulli, haud eam, quam Guilielmus de Societate existimationem haberent, itaque causati ingentes novæ Aldis sumptus, eò perduere molitiones suas ausi sunt aliqui, ut toto nos Monachio exturbari à se posse crederent. Mōniti suimus ab amicis dē impendente procella, at silentibus nobis, spemq; in Deo reponētibus non siluit Princeps. Ac primò quidem scripto admodum longo in publico confessu, pōst in colloquiis privatis cum Societatis commendatione tam profusa, ut à me referri modestia vetet, suscepit operis causas probavit, ut non modò nullus querelam ultrà in comitiis moveret, sed videri potius unus altero syncerior author fuitq; negotii niteretur. Tacuerunt & illi, qui ex cathedra Novi ædificii cavillatores fuerant, postquam videlicet mōniti sunt à Principe, Religiæ charitatis obseruantiores esse. Universali hac adversantium in suam sententiam traductione vel certè silentio animatum Guilielmus, reputansque animo, quam arcte ad vigesimum propè sextumq; annum, quamque incommodè, non modica etiam Patrum Augustinianorum molestia, habitaremus, decrevit novum omnino à fundamenis Collegium excitare, quem in finem, antequam annus exspiraret, aliquot ædes Gymnasio, quod Parens Albertus ædificaverat, contiguas impensis haud modicis coēmit. Quin etiam, cùm vietū quotidiani penuria laborare Collegium rescivisset, hominem ex aula misit, qui schedam, helcio, quid levioris argumenti continentem ad Rectorem afferret; hanc dum is legit, nuntius improvisò duo florenorum millia in mensam effundit, atque è cubiculo confessim se proripit. Interea Socii, ut impigris pro Deo laboribus, novo ardore suscipiendis, sese incitarent, tempus omne Jubilæi, quod Pontifex Generalis Præpositi Aquavivæ rogatu toti Societati peculiariter concesserat, ne absque sperato effectu deflueret, obeundis Sancti Patris sui Exercitiis, additis castigationi corporis solitæ insolitis carnis vexationibus, & assidua ad Deum precatione studuerunt transfigere. Sic instaurato spiritu resumptas animos venandi industrias præclaris cum lucris illico viderunt feliciter succedere. Tres, quos cathedralē occupabant, Joannes Baptista Confluentinus, Conradus Vötterus, Carolus Peutingerus, qui pro Antonio Guisano Romam accersito, Oeniponte advenerat, ita suo munere sunt functi, ut dubium foret, eloquentiusne dicerent, an utilius, in utroque laudissimi. Ex eo id conjicias, quod Princeps haud infreenter, quæ Orator suus Peutingerus dixerat, integrè descripta sibi tradi expoposcerit, crebris vero ipsem, quæ magis ad suum profectum esse agnoscebat, ex dicentis ore excepta in palimpsesto adnotarit, sèpius domi cùm vacaret, relegenda. Inter sex & triginta, qui ex variis hæresibus ad Ecclesiæ gremium sunt revocati, fuit Eduardus Fortunatus Marchio Illustrissimus ex Principum Badensium Domino. Effectum etiam illud est, ut in Xenodochium publicum nemo admittetur, qui non ex Formula Concilii Tridentini orthodoxum sese fuisset professus. Catechesis præterea ut in eadem domo statis diebus explicare liceret, urbis Magistratus concessit. Eadem exposita fuit in vicinis urbi locis; Ne toties, quoties & optabamus ipsi, & Parochi enixè petebant, extra urbem concionaremur, Sociorum in Collegio paucitas obstaculo fuit. Voluit tamen Princeps Nostros in Bavariam inferiorem, atque adeo Straubingam usque excurrete, ut, quæ à parente Alberto Religionis ergo instituta illic fuerant, servaren-

190.
Jubileum soli
Societati
concessum
nostri Mono-
censes pè
celebrant.

191.
Eatus trium
Concionato-
rum.

192.
Marchio ad
fidem con-
versus.

193.
Catechesis in
Xenodochio
urbis & alibi
explicata.

194.
Missio Strau-
bingam.

rur, si essent integra, instaurarentur, si qua exolevissent; Missionem in se recepit, fructuque desiderato obiit ipse Provinciae Moderator Georgius Badenius. Exitum quoque fuit Duntenhusium, cum Ferdinandus Guilielmi frater Vota exsoluturus, quæ ad Thavmaturgam illic Dei Matrem ante bellicam ad Ubios Expeditionem nuncupaverat, numerosum omnino supplicantium agmen, ut ita loquar, ipsem duxit, gratesque pro impetratis à Virgine, concessis à Deo prosperrimis in bello victoriis egit. Multum frumentum ex ea profectum est itione, quod paucissimi fuerint, qui non deposita noxarum sarcina redditum sibi leviorum paraverint. Sodalitatis Marianæ, & illius, qui Sodalitati præfектus fuerat, celebris fama Romam usque perlata est. Fuit is Maximilianus Principis Guilielmi Filius, quam tenera erga Deiparam pietate, tam judicio supra ætatem maturo. Tempus advenerat, quo juxta Sodalitii statuta, præfecturâ se abdicaturus cum geminis Fratribus Ferdinando ac Philippo Sodalitii exedram ingressus est. Ibi magna animi demissione congregatis Sodalibus & pro commissio Præfecti munere grates dixit, & veniam petiit muneris non ut oportebat, administrati. Alius Sodalium sensus fuit, qui unanimi voce, quin & scripto rogârunt Principem, ut denuò sibi subjectum esse hunc cœtum pateretur. Dum tergiversatur ipse, dum instant illi, atque ita moræ aliquamdiu fiunt, eccetibi, locum quispiam subit Vir nobilis & dignitate magnus, qui paulò antè Româ revertens; is præfatus, habere se à Congregatione Virginis Annuntiatæ Romana primaria literas ad Congregationem Monacensem, rogatus est magnoperè, ut quamprimum recitaret: Legit voce clara, & en! Decreto ejus, quod dicebam, Sodalitii nobilissimi omnino, & gravissimi, Maximilianus Princeps Guilielmi Bojariæ Ducis Filius universarum, quæ in Germania tum vigebant, Sodalitatum cum Romana foederatarum Præfectorum solenni formula pronuntiatur, & constituitur. Hic enimvero consurgere denuo Conventus universus, novis obtestari precibus, ne vellet Princeps tam salutaris tamque Germanis honorifici muneric susceptionem alibi, quam in ea, in quam primò aggregari voluisset, Sodalitate auspicari. Cessit tandem piissimus Princeps, & Sodalium permotus rogatu, & Romanæ Sodalitatis reverentiâ. Cumulavit gaudium dies Martii vigesimus quintus Congregationi solennis ex titulo, quo insignitur seu celebritate, qua Sodalitas hæc annuntiatum Virginis Divinæ Proli conceptum quotannis præcipue recolit. Eo die Maximilianus fratrem Philippum, designatum jam Episcopum Ecclesiarum Ratisbonensis, & Romanæ futurum aliquando Cardinalem, Marianæ Sodalitati adscripsit, servata integrè receptionis forma; nam & conceptis verbis sese Matri propitiæ, flexis ad illius aram genibus, clara voce perpetuum addixit seruum, & Fidei Professionem, ut tunc Leges ferebant, ex Concilii Tridentini formula recitavit. Fuit & illud insigne religionis exemplum, quod die Paracceves, cum Sodalitas agmen sese flagris verberantium circumduceret, tres Viri, quos prosapia, & honorificum, quod gerebant, officium urbi universæ reddebat venerabiles, Christi Servatoris è cruce pendentis signum prætulerint, atque in eo labore mutatis vicibus sibi successerint.

Ut verò nullum esset in Bojaricis Provinciis Collegium, quod non singulari beneficiorum acceptorum nomine teneretur Bavariæ Principibus, Ingolstadium quoque novas hoc anno recenset gratias. Quæ parari ante biennium scholæ cooperant, anni hujus mense Septembri, penitus jam steterunt absoluæ, unde nil morandum ultrà visum est, quin Musæ, & quidem haud absque pompa & supplemento introducerentur. Addita est quinque Grammatices & Poëseos scholis sexta Rhetorica. In ampla admodum novi Gymnasi Aula habitum exquisita cum Musica primum est sacrificium. Interfuere celebri-

MDLXXXIV,

195.
Processio
Duntenhusie
na.196.
Maximilianus.
Guilielmus F.
Præfector
omnium So-
dalitatum An-
nuntiatæ Re-
manæ foede-
ratarum in
Germania197.
Fratrem suum
Philippum in
Sodalitatem
recipit.198.
Finita Ingol-
stadii struc-
ta Gymnasi
solcanis in il-
lud ingressus

A. C.

MDLXXIV.

ti Principes, qui in vicinia Autumnali venatu exercebantur, Dux ipse Guilhelmus, & Conjunx Renata, Ferdinandus frater, Maximiliana soror, Maximilianus filius, Philippus Ludovicus Dux Neoburgensis cum Conjuge, Anna Ducas Juliacensis filia, Martinus denique Schombergius Eystettensium Antistes, Hi omnes finita re sacra, inspectaque scholarum structura, prandium sibi appararunt magni hospites in Collegii triclinio, ac postea tragœdiam quoque spectarunt in Gymnasii Aula exhibitam, cui Absalon argumentum: argumenti venusta tractatio magnam ab omnibus laudem retulit. Academæ nomen haud parum illustravit Professor Theologiæ Gregorius noster Valentia, editis quatuor libris contra Jacobum Schmidelinum, qui Lutheri erroribus novam accudit hæresin, de Christi non divinitate tantum, sed corpore etiam ubique locorum præsente, unde & , qui sectam hanc profitentur, Ubiquistæ & Ubiquecarii appellantur.

399.

Gregorii de
Valentia libri.

300.
Ferdinandi
Archiducis &
Magdalena
Regnum in So-
cios Hale ac
Oeniponti fa-
vor.

301.
B. Virginis
cultus Apostra-
te salutarie.

302.
Aula Saxon-
ica Minister
convertit.

303.
In Helvetia
fructus Missi-
onis apud Tu-
gios & Subsyl-
vulos.

In Tyroli Hale non minùs, quam Oeniponti utrique Collegio ob consueta in Rempublicam merita Principes benefici esse perrexerunt, illic quidem Magdalena Conditrix, isthic Magdalena frater Ferdinandus Archidux. Indicatum huic fuerat, quantas Augustæ procellas concitent refractarii, cum contra novum Calendarium, tum adversus eos, qui novi Calendarii Authores proclamentur. Communicatis super hoc cum Bojorum Principe consiliis, ipse in primis Ferdinandus, ac dein Guilhelmus denuntiari jubent Augustanis, eorum, qui mandatis Cæfareis de acceptando Calendario refragari ulterius pergerent, bona, quæ intra Bavariae, Burgoviæ, Tyroleos fines sita essent, aut publicatum, aut fisco addictum iri, quin & bonorum possessores ipsos, si Austriacæ, Bojæve ditionis limites subirent, in custodiâ abstrahendos esse. Valuerunt hæc edicta plurimum, ne Patritii ac Nobiles tumultuantur se se factioni sociarent, utq; plebs idoneis carens ductoribus compesci facilius retrahique ad obsequium posset. Molliore viâ Oeniponti ad obediendum Deo revocatus est Sacerdos ante annos aliquam multos, ad Hæreticos profugus, atque idcirco apud illorum duces magnam consecutus gratiam. Salutare fuit misero, cum defecisset à Matre Ecclesia, non defecisse à Matre Misericordia. Quotidianis hanc statisque venerabatur precibus: unde ambigi haud potest, Mariâ patrocinante lucem erranti animumque creuisse, damnatis, quos malè meritus fuerat, hominum favoribus, damnandi pariter foedum transfugium: quin castigandi etiam Pauperculi Viatoris assumpto habitu Lauretum profecturus, sumere tamen viatici, quod abundè poterat, nihil voluit, ut, sic conquista stipe vicitans, tanto facilius cum filio prodigo à Patre, Matrèq; optimâ primam gratiæ stolam mereretur accipere. Alium iter, quo Oenipontum devenerat, ad semitam quoque veritatis reduxit. In Aula Ducis Saxonie haud ignobili fungens officio, ex Italia domum redditurus Oenipontum attigerat ipse, conjunx, liberi, omnes Lutheri dogmatibus ab infantia innutriti. Dum aliquot diebus subsistit in diversorio, Collegii visendi causâ ad Socios delatus, post aliquot congressus agnovit, quam infeliciter hucusque deviasset: Properavit itaque, rectum, quem soli Orthodoxi tenent, fidei ac salutis callem ingredi, & secuta est magno urbis gaudio maritum uxori, parentem liberi.

In Helvetia confines sunt Lucernatibus duæ aliae Republicæ, seu ut alibi memineram, Cantones, Tugiensium una, Subsylvanorum, ut se se appellant, altera: jure vivunt proprio, Fide universali & Catholica: in priore præcipuum Tugium est, urbs eidem lacui, qui Lucernam contingit, adsita, in posteriore Sarna, locus absque mœnibus quidem, incolis tamen frequens, ad quem item lacu Lucernatibus communis pervenitur. Utrumque in locum suscepta hoc anno est profectio, utrobique ingens animorum profectus, Tugii foemina haud

MDLXXXIV.

haud ignobilis, mentis intemperie, ac identidem occursantibus, quæ videre sibi videbatur, spectris propemodum ad vesaniam redacta fuerat. Suasit Noster, persuasitq; ut animum accurata noxarum confessione emacularet, fecit: ac miram, durabilèmque animi recepit tranquillitatem: didita rei per urbem fama non solum magnam Societati existimationem, peperit sed fiduciam quóque, ut multi omnino tam salutari medicina ad recuperandam animi quietem usuri accederent. Sarnæ in Subsylvania miraculi instar habitum est, quòd eodem Nostro, qui apud Tugios fuerat, exhortatore centum & viginti Feriis Pentecostes comparuerint ad Sacram Synaxin: neque enim id extra tempus Paschale facere ab hominum memoria ulli ne per somnium quidem in mentem venerat. Sunt haud procul Lucernâ duo Monacharum Cœnobia, in quibus Religiose Virgines tanto pristinæ disciplinæ restituendæ desiderio ad Nostrorum hortatus exarsere, ut pessulum obstruantur, ne qua innovatus religionis vigor elaberetur, sese ipsas perpetuo claustro intra parietes suos concluderint, atque etiamnum hodie conservent. Quæ fuerat intra urbem ipsam Sodalitas Numinis Genitrici Elisabetham convisenti devota, adeò Sodalium aucta est numero, ut separare opus fuerit in geminas. Impetratum à Magistratu edictum est, quo penitus repressa fuit petulans nonnullorum licentia, qui non contenti ultimis ante Quadragesimam diebus Bacchanalia celebrâsse, etiam, cùm sacra Poenitentiæ ac jejunii tempora publicè servari Ecclesiæ ritu occœpissent, procaciter adhuc personati discursare solebant per compita. Pessimè habuit quempiam hæc inhibitio, itaque cùm eam à Nostris procuratam fuisse haud ignoraret, vindicare se statuit calumniando gravissimè Socios, ac tetra de illis, quæ commentus fuerat, per circulos divulgando flagitia. Senatus nobis insciis comprehendi hominem jubet, gravique multatum pecuniæ summâ, etiam coram frequenti concione ad palinodiam adigit, severius adhuc puniendum, ni Patres ipsi deprecatores intercessissent. Ex adverso tam propria fama eorum, quæ apud Lucernates à Sociis pro Dei gloria gesta sunt, Mediolanum usque in Insubriam perlata est, ut ipse Sanctissimus Mediolanensium Antistes Societatis amantissimus Carolus Borromæus rerum isthic gestarum narrationem ad se mitti petierit: missa est, sed antequam in manus perveniret, splendidissimum hoc Ecclesiæ Lumen extinctum fuit, radiaturum tamen postlimnio, exhibita ab omni populo veneratione, exhibitis in omnem populum prodigiosis beneficiis. Friburgi Nuithonum instaurata ferventius & conclusa tandem est sub Georgii Baderi Provincialis adventum de Collegii area statuenda consultatio, quam priore jam anno coeptam fuisse meminimus. Constituti sunt ex Magistratu, qui diversas urbis plagas ædificio aptas dispicerent. Præplacuit tandem Mons Bisæus, qui ante quadriennium jam delectus fuerat. Expensas in Collegium & scholas numeraturum se recepit Senatus, ita tamen, ut reræ ædes, in quibus interea Collegium Gymnasiumque fuerat, redirent ad urbem, ex quibus divenditis compensationis quidpiam ærario publico accederet. Plurimùm in hoc statuendo effecerunt Ludovicus Affryus Prætor, Bartholomæus Reynoldus Locumtenens, Martinus Gottravus, &c, qui hos maximè animaverat, Gaspar Bathys Ducus Allobrogum Caroli Emmanuelis in Helvetiam Legatus. Ad templi structuram quod attinet, Sociorum hæc solertia, ac piorum liberalitati, quam socii vel implorarent, vel ultrò oblatam naæturi essent, relictæ est. Accidit, ut, nescio quam ob rem Concilio Gallica aliquoties intermitteretur: Auditores suspiciati, exinde id factum, quòd Orator crebris ad frequentiorem Sacramentorum usum hortatibus parùm haætenuis profecisset, miserunt, qui obsecraret concionatorem, in suggestum ut rediret, correcturos se, quod neglexissent, & ad complenda ope-

Hist. Prov. Germ. Sup. S. j. Dec. V.

Nn re,

^{204.}
Clausura ge-
mini Parthe-
tonis prope
Lucernam.

^{205.}
Societatis Ce-
luminator pu-
nitus à Magi-
stratu, Lucer-
næ.

^{206.}
Friburgi Hel-
vet. nova Col-
legio sedes
deligitur.

^{207.}
Civium erga
Concionato-
rem obse-
quentia.

A.C.

MDLXXXIV.

re, quæ suaderet fore posthac promptiores. Fuit, qui Magistratus hæretica, sub cuius jurisdictione domum habebat ac prædia, aureos quovis anno ducentos pensurum se appromisit, si diebus Festis Dominicisque Friburgum transire atque Sacris Catholicis intreresse permitteretur. Ex hæreticis ad Ecclesiam, ut Lucernæ viginti octo, ita Friburgi conversi fuerunt triginta quinque. Ut Orthodoxi in Religione confirmarentur, Senatus consultum est editum, ut renovata, quæ jam olim viguerat, consuetudine sub Verni jejunii exordia non cives tantummodo, sed advenæ etiam præscripta à Tridentinis Patribus formula sese Catholicos profiterentur. In Gymnasio ad Grammaticæ discipulos schola adjuncta est, qua Poësin docerentur.

A.C.

MDLXXXV.

^{208.}
Gymnasium
Friburgense
edificari cœ-
ptum.

Causa fuerunt hæc literarum incrementa, ut suus Musis quantocytus festinaretur Helicon. Mense Martio sequentis anni novi Gymnasii fundamenta, eo, quem nominavimus, in monte sunt posita, atque intra pauculos menses ad teatum usque perducta. Quanquam interea multum decreverit discipulorum numerus, pestem fugientium, quæ in vicinia sese prodidit. Redierunt tamen sub Autumnum plerique, ut mense Octobri studia resumi possent. Quod donec fieret, ad sagatos tantisper à togatis operam transtulere Socii Helvetiorum copiæ sat numerosæ Friburgo transibant in Galliam, stipendia meritare contra Hugonottos. Allecti fuisse ad confitenda peccata ex militibus perquam multi, omnésque insuper ferventi exhortatione admoniti, Leges Christiani hominis servare inter arma, & qua id ratione fieri posset, fuerunt edicti. Qui sub illius vexillo in Sodalitate Marianæ, quæ ut castrorum acies ordinata laudatur, congregati erant, strenuos omnino pro virtute bellatores sese comprobârunt. Impii quidam & lascivientes onagri ad scortum condixerant, jämque ad ejus domum in via erant. Resciit hoc Marianorum Sodalium quispiam, verùm scire dissimulans, velut casu superveniens deambulationis, quam, ut credere fingebat, ipsi instituerent, sese comitem offert. Non respuerunt hominem festivi aliás, & vulgo accepti genii, & quem illi, è suis moribus interpretantes, facile ad flagitii societatem pertractum iri autumabant. Sed contrà evenit: jam prope ædes mulierculæ erant, cum Sodalis, quæ præparata jam habebat, vibrare fulmina, detonare voce, ac spiritu vehementissimo in sceleris, quod meditarentur, turpitudinem, animi, corporis, famæ, suppliciorum, quæ sequerentur, mala adeò exaggerare graviter, ut exhorcerent demum improvidi ad ruinæ, in quam præcipites ibant, periculum, pèdémque retraherent, inter singultus & lacrymas, grates infinitas optimo monitori agerent, seriāque vitæ ac morum emendationem sponderent. Adveniā, qui Friburgi neminem nōsset, nemini esset cognitus, pannis obsitum, ac morbo confectum Sodalis alias conspexerat, Catholicum tamen, quod crux è collo pendula indicabat. Subiit cogitatio pium civem, occasionem sibi offerri Christi ipsius cum hoc peregrino intra domum colligendi. Nec mora, pauperculum, & vacillante gradu plateas oberrantem dextrâ prehendit, suāque intra ædes perduxit, ubi mense integro lectum, victum, pharmaca, corporis & animi fomenta subministrat, donec misellus spiritum exhalaret, tumulatus ejusdem hospitis sui expensis, at vicissim utique paratus receptor tam benefico æterna tabernacula, in quæ aliquando eum recipiat. Habuit etiam Petrus Canisius, sacer adhuc in æde Divi Nicolai Orator, in quo exercendi pro Religione Zeli sui campum nanciseretur. Vir è stirpe patritia antehac in urbe primarius à fide simul & patria discesserat. Ne idcirco levitatis notaretur, librum conscripsit, inscripsitque typis vulgatum Senatui populoque Friburgensi, in quo legitimas discessionis causas à se afferri jactabat. Confusat librum validissimis rationibus veteranus jam hæreton Triumphator Canisius:

209.

Sodalis Ma-
rianus pio-
nisti Socios à
flagitio ab-
strahit.

^{210.}
Alterius So-
dolis in pere-
grinum & æ-
grotorum misé-
ricordia.
Sodalis Par-
thenius.

211.

Petrus Cani-
sius librum
hæreticum
confutat.

*Etat: constitutum proscriptis Magistratus: ne lectu quidem dignum iudicavit MDLXXXV.
populus, de quo alias timeri poterat, ne quid in eum Scriptoris valeret authoritas. Quin potius Canifii aliorumque operâ quadraginta septem abducti ab heresi, ac multò plures in Religione solidati magis, firmatique fuerant.*

Ex eodem Religionis propagandæ studio potissimum animarum quæstus exitit, in altero Societatis apud Helvetios Collegio; quod Lucernæ est: Inter triginta, qui se ad Catholicos receperunt, capularis senex fuit septuagenarius. Ad supplicium capitis condemnatum alium prava, quæ à teneris imbibebat, dogmata tam de salute æterna, quam nullo delicto impediendam ex sola fide sua deberi sibi credebat, præsidentem effecerant, ut, cum educeretur ad supplicium, cantillando velut iter falleret, homo cætera minimè pervicax: animadvertebat hoc Noster, qui ad æternitatem eunti extrema constituendæ in tuto animæ auxilia præstaturus aderat. Quare salutari consilio suadet, unâ secum processus salem ad Deum fundat, ut, si quæ à vera fide aberraret, in viam veritatis reducatur, ingressurus utique, si hanc digniceret. Obsequitur reus. Et enim dum supplicant ambo Numini, tam lucidus alteri à Patre lumenum immittitur radius, ut jam nihil de orthodoxæ Religionis veritate dubitans, sed & vero suæ errores clarè perspiciens, tutiora mortis benè obeundæ subsidia, Sacramenta nimirum, expeteret. Catholicum se profitetur, Confessionem pergit, gladii ictum, quem, supplicium nihil deprecans, sese meruisse contestatur, pacato animo excipit, non jam temeraria spe turgens, sed Divinæ erga verè poenitentes misericordiæ fiduciâ nixus. Prædicantis Zwingiani filium mors Patris ad meliorem vitam induxit. Stabat in pulpito genitor, & Zwinglii somnia pro dictatis è cœlo doctrinis venditabat simplici rusticorum turbæ, cùm ex improviso conticuit, concidit, & exanimis è suggestu sublatus fuit. Territus casu tam inopino filius in se ipsum descendit profundius, atque haud tumuliter iter, quo patrem sequeretur, reputans, Lucernam ad Nostros properavit, à quibus securiorem ad cœlum eductus semitam, alacer illam carpsit, iniit, tenuit. Magnæ porrò gloriae cedit Collegio Lucernensi, quod in eo magnum idque primum toti Provinciæ exemplum fuerit editum, sese ipsum victimam charitatis immolandi in pestiferorum obsequio. Quamvis enim hucusque sepius peste infectorum curam media inter vitæ pericula Socii gesserint, nullus ramen succubuit. Primus è Nostris in Superiori Germania hanc martyrii, ut nonnemo appellat, lauream consecutus est Antonius Balduinus, miris ad hanc perductus ambagibus. Conspicatus Belgium, in quo natus erat, bellis conflagrare, ac heresi, Romam se contulit. Ibi, dum urbem diu oberrat, ignarus, ubi hospitium sibi legat, templum, quod in propinquuo cernit, ingreditur, tandem magis levandi, quæ Deum precandi causâ, dum confidet, dum, quod se vertat, aliquantis per deliberat, vir accedit honestæ, ut videbatur, conditionis, formæque. Et quidnam: is ait, hîc agis adolescens? cujas es? ubi diversaris? amicè percontantem ad singula breviter, & pænè cum fastidio expedit Balduinus, consurgensque templo egressus est; comitatus est abeuntem alter, veluti prospecturus de diversorio. Ubi prope Collegii domum venerè, enī illas, inquit duxor, fores pulsa, habitant inibi homines mundo mortui, & Ecclesiæ perutiles. Obtemperat adolescens, pulsat, mōxque designatorem hospitiū oculis requirit, sed disparuerat ille, jāmque spectari nusquam poterat. Janua interim aperitur, subiens Balduinus admittitur; Janitorum ut vidit, opertum, pileo quadrato, ut Laicorum tunc fratrum adhuc mos erat Clericorum esse putabat domicilium: audito, ædes esse Religiorum, permanere sibi tantisper ut liceat, demissè rogat, dum, quæ sit vivendi ratio, intelligat. Vix biduum intercessit, cùm interiore mentis impulsu in Societatem recipi orat, exoratque. Philosophiæ dein condiscendæ, sub Benedicto Hist. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. V.

212.
Lucernæ mem-
orabiles
coaversiones
hereticorum.

213.
Antonius Bal-
duinus pri-
mus ex Pro-
vincia obit in
obsequio pe-
stiferorum.
Eius dogma-

A. Q.
MDLXXXV.

Pererio, editis lucubrationibus celebri, admonitus, sarcum profecit, ut in Germaniam missus Dilingz, primum quidem disciplinam Philosophicam, idem Theologiam, quae mores informat, & Juris Canonicj regulas Academicis magna cum laude, uti alias dictum, explicabit. Missus unde Friburgum Helveticum Friburgo Lucernam iubetur tendere. Pestifera fues, quae Friburgi remiserat, Lucernæ adhuc graffabatur. Quapropter majore semper charitate flagrass, multis obtinuit precibus, ut infectorum juvandi animos sibi munus demandarentur, quod dum ferventissime obit, atque malo afflatos indiscriminatim convenerit, eodem brevi & ipse corripitur, conficiturque pridie, quam Festus Natale Virginis dies ageretur, habiturus posthac quamplurimos heroz charitatis sue imitatores.

214.
Hala etiam in Tyroli magnum Provincia Virum morte amisit, Paulum Herzgovazum, Landishutanum è Bojaria. Eodem tempore, quo sorores terrene Ferdinandi Cæsaris filiae in regio Parthenone ad sanctiorem sese, & Gyncecum suum Congregationem reçeperunt. Magdalena sororum natu maxima Paulum conscientia sua Moderatorem accepit, quo in munere quatuor lustra, atque insuper biennium exegit, in eoque ita se gesit, ut si Magdalena non suopte genio studiorumque sese ad omnem sanctimoniam composueret, spiritualis Magistri ductu, & potius virtutum exemplo incitata fuisse videri potuerit, cum interea Vir innocentissimus tam sibi ipsi male admissorum reus haberetur, ut mortem ex acerbissima ac diuturna membrorum omnium contractione immunitere sentiens, humillimis verbis erratorum veniam à circumstantibus flagitaret. Conspicuum etiam demissionis ac pietatis exemplum dedit Mathias tum adhuc Archidux Austriae, & Imperatoris Rudolphi frater, subin & ipse Imperator. Qui Halam pridie, quam verno jejunio initium daretur, sequente Feria quadrata ex Ecclesiæ ritu Cineres mortalitatis admonitores publicè in templo, multo praesente populo, nostri Sacerdotis manu capiti in perso acceptis. Oenipontanum Collegium aliquot incolarum capitibus auctum fuit. Increverat per vicinam Sueviam ex argumentis quidem levibus haud levitatem tamen rumor, metusque pestilentiae. Quapropter sex, qui alterum jam annum in Tyrocinio ponebant, Landsbergè Oenipontum sunt amandari, quos Dilingè subsecutus est Joannes Holonius veteranus jam Rhetorices Magister, qui humanioribus illos literis sic eruditret, ut religiosæ simul disciplinæ studia haud permitteret oblanguere. Ferdinandus Archidux delectatus solertia, qua teneræ ætati prima Fidei, vitæque Christianæ rudimenta instillabantur, decreto sanxit, ut imposturum, quoties Catechismus haberetur, Ludimagistri, quotquot in urbe degarent, omnem, quam in scholis haberent, pueritiam nostrum in templum adducerent, quam sanctionem Magistratum vigilantiæ in civitates ferè universas hodie introductam esse conspicamus. Quod sequitur, ut urbem totam rumore ita & salubri metu implevit. Mulier sapientius antehac confessio nem quidem, verum sacrilegam peragere ausa, etiam postquam gravissimo morbo conflictabatur, sclera subticuit, & Sacrosanctæ Evcharistiae sumptione judicium sibi manducare non est verita. Et ecce! praesentem ab Judice vindicante poenam! adestræmon visibili praesentibus, ac horribili specie, tollit miseram, immaniter vociferantem, in sublime, abrupturus omnino, nisi una ex circumstantibus, audientior ceteris, properè Crucis signum ejulantis peccatori impressisset. Evanuit prædo stygius, clamare foemina in grabatum dejecta, adjurare praesentes, ut Sacerdotem quam ocyssiunè è Nostris accersant, ni faciant, exitium ultimum sibi & illis impendere. Advolat vocatus Noster, mulier non Sacerdoti solùm ritè noxas indicat, sed altera die Sacrosanctum Christi Corpus tenerrimo Religionis seniu recipit, totaque in celebrandis Dei laudi-
215.
Mathias adhuc Archidux publicè factos Cineres accipit.216.
Oeniponti Decreto Archiducia jubentur Ludimagistri pueritiam adducere ad Catechesin.217.
Sacrilegè confessia prodigiose convertitur.

Iaudibus, in legendis Numinis gratiis, in cohortandis ad seriam noxium consensum circumstantibus, sanctissima plena spei decedit. M.D.XXXV.

Affine est, quod Auguste contigit. Proca mulier ac suo unius iudicio fisa, pertinaciter verbo factaque ipso affirmabat, ex iis, quae castimonia ad vestarentur, solum, quae opere peccarentur, Confessariis aperienda esse, non item, quae lingua duntaxat, aut cogitatione. Si quos aliter facientes suadentesve audiret, irridebat temeraria, nimiumque proclamabat simplices. Numinis permisso tam foedis ab Asmodæophantasmatis, flammisque ad perpetra flagitia, quod tamen adhuc nec factum fuisse, nec futurum esse proterve gloriabatur, urgeri coepit, ut neque die neque nocte pessimi assultus interquiescerent. Jamque deliberare cooperat, an haud præstaret vietas tandem manus dare, atque in omnia turpitudinem se se projectare volutabra. Subodorata hos luctatus familiaris Matrona monuit, videret, an non haec infestatio temeritatis, qua sincerè confitentes ridere fuisse solita, commeritum esset supplicium, quod si remitti cuperet, omaem retro vitam animo relegeret, ac enucleatè, quidquid perperam hucusque non opere tantum, sed cogitatione quoque & verbo peccasset, Sacerdoti exponeret, penitentiaq; Sacramento emacularet. Paruit monenti recta, & paruisse profuit. Ut Confessionem ritè peregit, subsiderunt Avernales æstus, & honestatis non jam dimidiatae tantum, sed ex integro colendæ amor studiique subiit. Lutheranorum quispiam graves à demone spectra horrifica objectante vexationes totis duodecim annis perpessus fuerat. Diffugia intet suos quæsivit apud eos, quorum, ut ipsi jactabant, sacrata voce, quidquid execrandum è styge venit, protinus difflari posse autuaverat. Tam diuturna, sed irrita spe frustratus ad Catholicos, atque adeò ad Nostros adiit, à quibus verum Dei bona opera munerantis, mala punientis amorem timorèmque ex Catholicorum doctrina edocetus, amplexusque, nil ultra habuit, quod à pristinis demonum infestationibus timeret, utpote, quem orthodoxæ Crucis arma objicentem, ipsi jam inferi expavescerent. Reversos ad eadem Ecclesiae signa socios habuit quadraginta & unum. Contra hos progressus fremuere quidem Adversarii, per vim obsistere non sunt ausi, plagæ memores, quam priore anno acceptarant. Aliunde tamen bella mota sunt, sed quae calamo duntaxat gererentur. Uf sit vehementer Mylii tribules ignominiosa illius, quae anno superiore facta est, ex urbe Augustana ejectio, ac præcipue Lucam Osiandrum ad stringenda arma incitavit. Pater huic fuerat Andreas Hosman, avus itidem Andreas faber Ferrarius, quem vulgo Hosenenderlinum vocabant, nomine apud Germanos vili admodum & ridiculo, quod braccatum homulum interpreteteris. Huic agnominis, Junior Andreas, ne & sibi, utpote Andreæ Senioris filio adhæresceret, utque simul fabrilis originis memoriam interimeret, Osiandri nomen ex Græco fabricatum substituit, ceu sanctis vel genitum se, vel haud inferiorem judicaret. Incusam tamen à patre fabrilem indolem nec in officina quidem Theologica dissimulare potuit. Lutheri namque primùm tabernarius, paulò post Magister in arte & ipse dici voluit, quod animadvertis Lutherus cùm aliquando è pulpito declamantem audisset, heu, ad Melanchtonem dixit, quantos hic post mortem meam in Ecclesia tumultus excitabit? Et verò, qui nunquam, in hoc uno tamen Vates Lutherus extitit. Novam procudit hæsim hic fabri filius, cuius sectatores ab ipsis Lutheranis Osiandrini fuerunt appellati. Ab hoc parente prognatus Lucas, conviciandi immodestiam, quam in Andrea nimiam fuisse ipsi Historici Acatholici non inficiantur, condidicit. Ulmam se Augustæ receperat Mylius, Tubingæ in vicina Würtembergia degenerat Lucas, qui, quantum amantissimi exulis miseratione tactus, tantum actus

^{218:}
Simile quid
contingit Au-
guste.

^{219:}
Lutheranus
ab infestatio-
nibus demo-
nis professio-
ne fidei libe-
ratur.

^{220:}
Rosellius Lü-
ce Osiandri
Librum re-
futat.

^{221:}
Freherus in
theatro
erudit. 163
cherus.

^{222:}
Freherus,
Sibererus
contra Lu-
cam Osiand.
Ganterius.

A. C.

M.D.LXXXV. furore in Jesuitas, unicos, ut clamabat, exilii hujus authores, librum vulgi vit sermone Germanico: in hoc Principes Germania, Republicas, populos operosissime conatur incitare, ut Jesuitas exterminent, ceu homines, sanguinarios, qui vi & fraude, qua possint, in corporum, animorum, famae, exitium totis intenti. Ne plebs audacissimis calumniis circumventata pro reis haberet, qui tacerent, & mendacium non absque Divinæ gloriæ detimento triumphum ageret, jussus est Roseffius calumniatoris maledicentiam scripto, pariter typis edito, retundere, quod & fecit, ac sole clarius ostendit, quam præter effrænem probrosissime calumniandi rabiem nihil veri avitus Lucas malleus excudisset. Et sane neutquam hi calumniatorum improbi latratus obstiterunt, quin tranquille sua munia Societas in templis, cathedris, Gymnasio, ut bœque tota obiret. Sed interturbavit pestis, quæ integro semestri periculum magis, cladisque metum, quam cladem civitati intulit. Effecit hic metus, ut pleraque Nobilitas in vicina discederet prædia: Discipulorum etiam, qui sub anni exordia multum aucto numero affluxerant, complures sunt dilapsi, quamquam scholæ inferiores nunquam occlusæ fuerint, ad quas proin juventus etiam cum incremento rediit.

Cæterum, quos contagionis metus Augustâ fugaverat, plerique in Bojariam se receperant, satis rurò habitaturi, quod, quacunque adiri posset, Principis vigilantia severissimos excubidores posuerat, qui arcerent, quidquid vel hominum, vel mercium de lue suspectum esset. Ut proin advigilante provida in primis Numinis bonitate haud interrupta unquam fuerint Sociorum in civitatem Monacensem, Bojariamque officia: quemadmodum sanè neque Principum in eos beneficentia: quin sub ipsis novi anni exortus novis beneficiis emicuit luculentissime. Decimo Januarii Guilielmi Principis jussu, liberalitate, impensis, uti ante biennium magnificentissimi templi, ita nunc celeberrimi ædificii pro Societatis Collegio primus lapis est positus. Serenissimi Principis vices egit Ludovicus Myllerus ejusdem Consiliarius, sacras verò cærimonias Antistitis Frisingensis Vicarius Generalis, injecti in fundamentum nummi aurei argenteique Principum Bojorum iconismis insignes, Laminæ insuratae geminæ, uni cupreæ nomina incolarum Collegii, alteri argenteæ hæc insculpta verba fuerant: „Guilielmus V. D. G. Comes Palat. Rhe. utriusq; Bavariae Dux, & Renata Lothar. ejus Conjunx hoc Societatis JEsu Templum atque Collegium pro sua in Catholicam Religionem, & Ordinem illum pie atque à fundamentis extruxit, ac dotavit Anno Salutis humanæ M. D. LXXXV. Monachii. Cùm verò ipsa ædificii ordinatio exposceret, ut uno altero capite incolarum numerus augeretur, novum œconomiae subsidium additurus Princeps prægium (Tauffkirchæ nomen est) transcripsit Collegio, ex quo trecentorum propè florenorum anni redditus provenirent. Principis Frater Ferdinandus futuro templo, cui struendo gnaviter insudabatur, suo ære quatuor campanas præparavit. Advenerat Coloniâ fratum tertius Ernestus, Archiepiscopus Coloniensis. Hunc ad Collegium, atque ad prandium in Collegio sumendum adduxit Guilielmus, plurimum ex in gavisus obtinuisse, quod quæsierat, Fratris nimirum benevolentiam erga Collegium multum firmatam, auctorâaque. Valde enim oblectatus fuerat Ernestus Sociorum eruditis obsequiis, quibus triplici jam mitrâ, Ubiorum, Eburonum, Hildesienium ornato quartam quoque Monasteriensium Infulam, nuper delataim, sunt gratulati. Non minorem Guilielmo voluptatem attulit Sodalitatis Marianæ judicium, quod hæc de Maximiliani Principis junioris pietate virtutéque conceperat. Semel jam in Congregationis Præfectura, quam gesserat, confirmatum, ut bona Parentis venia tertium sibi Præfectum eligere liceret, petierant

Monachii pri-
mus pro Col-
legio ædifi-
cando lapis
ponitur.

Ferdinandus,
Guilielmi
frater quatuor
campanas
suo ære pro
templo curat.
Ernestus erga
Collegium
benevolus.

Sant Sodales. Annuit Pater, siquidem libera eligentium vota eò evaderent. MD LXXXV.
 Evaserunt unanimi omnium suffrazio. Adfuerat è Sodalitii statuto Ele^tioni huic Maximilianus ignorans, quid de se cum Patre egisset Congregatio, jamq^{ue} plenâ humanitatis & gravitatis oratione coram universo conventu Præfecti munere se abdicaverat, cùm auditio, se rursus ad idem officium depositulari, se- riò mox abnuere, multisque, ut alium nominarent, precari. Sed inflamma- ta magis fuere protestantis vocibus obtestantium studia. Ut tertium Præfe- ctus esse vellet, tamdiu orare non destiterunt, donec exorarent, non absque multipli, qui propediem infuscatus est, piissimorum exemplorum fructu: Cùm die sacro Parasceves Congregatio supplicantum agmen ad erecta in Christi Crucifixi memoriam sepulchra per urbis templa circumduceret, non modò Georgius Leuchtenbergici Landgraviatûs, ut Dynastiam hanc vocant, quæ vel Principi sustentando par hæreditate ad Bojos Duces pervenit, possessor ultimus, verùm etiam Ferdinandus Guilielmi Ducis Frater mutatis cum Geor- gio vicibus Crucis signum circumeuntibus prætulit, ille, inquam, Ferdinandus, sub cuius vietricibus auspiciis, nomine, insignibus triumphalia Bojorum vexilla eo ipso tempore in agris Ubiorum contra hæreticos circumferebantur. Guilielmus vero, cùm partim oculis usurpasset ipse, partim narratione accepis- set, quantus eorum fervor esset, qui scipios flagris, aliisque instrumentis ad horrorem usque spectantium castigarent, peccata punituri, ac impleturi ea, quæ desunt Passionum Christi, oculis, manib^{us}que in Cœlum sublatis, æter- no Numinis grates egit, sibiique ipsi gratulatus est, quòd sua ex gente, sua in Metropoli tam illustria exempla videret teneri erga Christum patientem amo- ris, qui & veri erga Christum regnantem cultus origo, & veræ, quam orthodoxa Ecclesia doceret, Fidei publicum esset testimonium. Degebant in Aula tergemini Fratres Marchiones Badenses, Christophorus Gustavus, Ca- rolus, & Joannes Carolus, patre geniti Christophoro, Philiberti Fratre: ac Philiberti quidem uxorem Mechtildem Guilielmi Quarti Fliam, Quinti ami- tam fuisse alibi jam dictum est. Successit Philiberto pugnâ Monconturensi apud Gallos occiso Frater, quem nominavi, secutus & ipse militiam, sed læ- vis pro religione auspiciis, nam à Rege Sueciæ, cui militabat, Cæciliam Fi- liam Conjugem obtinuit, ast Fidem Catholicam perdidit. A morte Patris Fi- liorum natu maximus anno, ut vidimus, superiore ad Ecclesiam Monachii re- versus, operam dedit, ut tres etiam reliqui Fratres à Cognato Guilielmo in Aulam Boicam reciperentur, dedocendi, quos cum lacte hauserant, errores: neque spes & cōsilium fecellit. Initium reversionis ad Matrem Ecclesiam fecere adolescentes optimi ab recursu ad illam, quæ omnes in mundo univer- so destruxit hæreses. Septimo Aprilis literas ex Aula miserunt Congregatio- nis Præsidi Joachimo Rhætio nostro, quibus in Matris Propitiæ Sodalitatem adlegi non arderer minùs, quam demissè petierunt. Quod optatissimum fuerat, ut peterent, mox decretum est, ut fieret. Kalendis Maij, cùm So- dalium cœtus convenisset frequentissimus simul ac Nobilissimus, comparue- runt una tres hi Marchiones, quos Maximilianus Præfctus, uti & Fratrem suum Ferdinandum, qui & ipse recipi in Sodalitium voluerat, Professionem fidei, ut prius ederent, publicè jussit: publicè, ut jussi erant, illi flexis geni- bus ediderunt, atque ita demum quaterni hi Principes universalis omnium, qui viderunt, qui audierunt, lætitia in Sodalitatem fuerunt adscripti. Nec- dum mensis abierat, cùm Novitii hi Sodales aliam, quæ oblata est, exerce- dae religionis occasionem avidè arripuerunt. Gratum sibi fore ostenderat Gui- lielmus, si Major Congregatio, quæ læpè sub id tempus ad viciniora urbi tem- pla supplicatum processerat, ad Montem quoque Sanctum, Augustanorum qui

^{224.}
Maximilianus
Guilielmi
Filius Sodali-
tatis tertium
Præfctus.

^{225.}
Processio in
parasceve
cum quanto
Guilielmi
solatio.

^{226.}
Tres Marchio-
nes Badenses
en Lutheris
nisi sunt Ca-
tholici.

Et Sodales
Congrega-
tionis Majors.

A. C.

MD LXXXV.

^{287.}
Prima Sodalitatis Proces-
sis ad Montem San-
ctum, quam
comitantur
Marchiones.

^{288.}
Marchionum
Badensem
in Processio-
ne ad Mou-
tem Sanctum
pietas.

Rittershusus
Imbos.

^{289.}
Guilielmus
ipse peregrinatur ad
Ædem Lau-
retanam.

Turfellin.
Adelkreiter.

^{290.}
Ingolstadii
traditur ca-
thedra S.
Mauritii &
totum Gym-
nasium pleno
jure Societa-
ti.

qui superiore id anno fecerant, exemplo ascenderet. Jucundissimum fuit Sodalibus pietati Principis sui velificari. Pridie quām Christi in Cælum ascendentis memoria celebretur, prima à Sodalitate hac instituitur peregrinatio ad Montem Andecensem: compofuerunt agmen Sodales ferè omnes, & primi inter hos duo Marchiones Badenses, Carolus, & Joannes Carolus: quō minūs & Christophorus natu maximus se adjungeret, natura obstitit, quæ claudum ex ventre Matris emisit, atque adeò inhabilem ad iter, quod cæteri duo cum reliqua multitudine ad Ædem Andecensem totum pedibus confecerunt, et si Carolus decimum sextum ætatis annum, Joannes Carolus decimum tertium haud explevisset. Iverunt palliolis scapulas tegentibus, oblongisque instructi scipionibus, ut peregrinantur ad loca sacra mos est, ediderunt toto itinere admiranda demissionis specimina, at nunquam magis, quām in reditu: cùm portis Monachii vicini jam essent, imber tunc euntes opprescit vehementissimus: uti tamen cæteri neque in testa suffugerunt, neque discesserunt ex ordine, ita neque Marchiones, usquedum reliquo agmine ordinato ad Maximam Matris Divinæ Ædem admodum madefacti pervenerunt. Cùm dein per anni residuum multa adhuc fecissent, quibus ex animo sese Catholicos probârunt, rati tamen, majoris exempli fore, si in publico templo coram promiscua plebe, Catholicos sese esse contestarentur, præsente id populo sequente anno egerunt. Permansère ad mortem usque fideles Ecclesiæ filii. Ex his prior obiit Carolus anno post sesquimillesimum nonagesimo, novem post annis Joannes Carolus: postremus, qui omnium erat imbecillissimus Joannes Christophorus anno seculi decimi septimi nono. Solus ex quaternis fratribus Eduardus Fortunatus, qui, ut dixeram, primus ad Catholicos rediit, ex Maria Eikia proavus extitit invictissimi Turcarum Domitoris Ludovici Wilhelmi, quem alibi celebrandum sumsimus, Abavus duorum Principum Guilielmi Georgii, & Augusti Georgii, quos ex Principe Francisca Sibylla Saxo-lauenburgica Ludovicus reliquit, hæredes utique paternæ, maternæ, avicæ pietatis ac fortitudinis. Guilielmus porrò Bojariæ Dux, ne Author duntaxa sacrarum peregrinationum esset, domi iplus in patria residens, Dei, Deiparae honoribus multò longius est peregrinatus: Parentalia jam magno splendore Monachii persolverat rutilantissimo Italæ Syderi Carolo Borromæo, cùm dein ipse Italas regiones pietatis suæ radiis illustravit. Paucissimis stipatus, inter quos Otho Eisenreichius Collegi Rector Confessarii functurus munere, clam ferè omnibus Lauretum abiit, incunabula Domumque veneraturus, in qua Divini Verbi adventus annuntiatus, Conceptioque in Virginis utero Æterni Pnevmatis supervenit peracta fuit. Quæ dona obtulerit Guilielmus, quæ sanctissimæ devotionis ediderit exempla, reliquerit monumenta, cùm alii calamo eruditio conscriperint, licitum mihi arbitror, ut narratione ulteriori supersedeam.

Antequam in Picenos abiret, Princeps, literas Ingolstadium ad Patres Academicos simul, & Collegii dedit, postulans, ut, quoniam, quæ in Anglipolitana urbe fieri cuiasset, effecta jam essent, ea etiam invenirent, quæ in Academiæ, & Gymnasi emolumenatum decrevisset. In urbe porrò Anglipolitana cum Præsulis Fisterensis præscitu, atque prolixa approbatione statuit, ut posthac in Æde Sancti Mauritii ordinarius ē sacro pulpite Dominicis, ac festis diebus orator, qui de Societate esset, matutino tempore conciones habebat. Primus ad faciendam huic muneri celebritatem cathedræ possessionem adiit Antonius Guisanus cum magna eloquentiæ fama Monachii in ipsa Ducis Aula concionatus, cui tamen paulò post Romam accersito Joannes Brendanus Belga successit, vir spiritu & ipse, ac sermone potens. Addita novæ cathe-

cathedræ nova est catechesis in templo Beatae Virginis, quod vocatur trans Schutteram amnem, qui urbem interfluit. Restabat, ut mandata explorarentur, quæ ad Academiam, Scholasque pertinebant. Additi fuerant hucusq; Humaniorum literarum quinque Magistris, qui Laici plerumque & conjugati erant, totidem ahi in Sociis, experimenti capiendi ergo, quæ idonei ad manu factiorem eruditionem & ipsi forent: & verò dederunt ea scientiæ, moderationis, industriæ specimina, quæ passim probarentur omnibus; unde postquam nostrates Magistri in novum Gymnasium immigrassent quidé liberum tamē esset parentibus filios vel ad novas Gymnasii Scholas, vel antiquum, ut vocabant, Pædagogium mittere, hoc plerique recentioribus ludis posthabuerunt. Facta est inde Pædagogii tanta solitudo, tantus ad Gymnasium concursus, ut Pædagogi ipsi missionem petierint, præsertim postquam Principis bonitate ad officia evectos viderunt collegas veteres, in quibus & honoris multò amplius & quietis, ac etiam emolumenti, quæ inter pueros, sunt adepti. Haberi porro voluit Princeps Gymnasium, ceu partem Academiæ, hujusque frui privilegiis, quatenus expedire Societas judicaret. In Academia ex ejusdem Principis voluntate soli nostri Mathesin, Dialecticamque tradere coepérunt, soli nostri Artisticæ, ut tum appellabant, seu Philosophicæ Facultatis administrationem suscepérunt, absque onere, absque obligationibus. Denique & Collegium pro Alumnis Principum Bavariæ litterariis, atque extraneis, qui Alumnis jungi convictu vellent, hoc anno absolutum est, & Sancti Ignatii Martyris nomine insignitum, patrociniisque commendatum: incoli cœptum est sub autumnum, cum simul cœpta scholas publicè frequentandi innovatio, sub cuius celebritatem Gregorius de Valentia novum librum contra aberrantes à fide edidit, quem Analysin Fidei indigitavit: lecto eo non pauci ad cœtum rectè credentium sese applicuerunt, quorum universè quinquaginta fuerunt recensiti.

Sed neque Dilingæ, quanquam extra Bavariam sitæ, oblitus est Princeps Bojariæ Guilielmus, quem narravimus jam ante annos quinque, cum illac transiit, dixisse, Jesuita si foret, nusquam libentiū, quæ in Collegio Dilingano habitaturum se esse. Redierat de Italia ex Conventu, quem Romæ Provinciarum Societatis Procuratores habuerant, Theodoricus Canisius, literas ferens ab Generali Societatis Præposito, quibus Principem in communicationem adlegit universæ mercedis, quam Deus Societati toto terrarum orbe diffusa pro omnibus, quæ mente, ore, opere benè ageret, conferendam destinaturus esset. Alquus spiritualium, quæ pro temporalibus rependerentur, beneficiorum æstimator Guilielmus, uti communicationis Internuntium benevolentissimè accepit, sic haud indonatum amisit. Detulit Theodoricus Monachio Dilingam pretiosa pro vestiendo Sacerdote, altarique munera, & nova pariter Sociis, nec minus læta apportavit gaudia, constituisse Pontificem, summam pecuniaæ non modicam, eamque in annos singulos stabilem assignare nutriendis in Collegio Divi Hieronymi Alumnis, qui sublimioribus disciplinis instruci, ac subinde per diversas Episcopatū Paroccias distributi sancte castæque animorum curam tractarent. Sed hem! Subsecutum est paullò post, quod mœrorem afferre Sociis merito potuit, Theodorici videlicet Canisii avocatio, iussi Anglipolitano Collegio præesse, postquam annos viginti octo continuos Dilinganum exemplis religiosissimæ vitæ multò magis, quæ imperio, rexisset. Acerbè & ipse Antistes Marquardus Viri abitum accipere est visus, novum tamen Rectorem Richardum Hallerum, ad prima saturationis officia venientem, admisit perbenevolè, illiusque dein operâ persæpcus usus est. Acerbior nuntius Germaniam, quin totam Ecclesiam, in luctum

892.
Convictus
S. Hieronymi
incoli cor-
pus.

893.
Guilielmus
Bojus erga
Dilinganæ
Socios bene-
ficius.

893.
Theodoricus
Canisius vi-
ginti octo
annos Colle-
gii Dilinganæ
& Academias
Rector Ingol-
stadiensi pra-
ficitur.

A. C.
M. D. L. X. X. V.

^{234.}
Mors Grego-
rii Pontificis
XII.

^{235.}
Qui fundavit
Dilingens A-
lumnos Pon-
tificios.

^{236.}
Coepit Con-
ferentia cas-
taum.

^{237.}
Sodalium Ma-
rianorum
precibus ægro-
fatus impe-
tratur.

^{238.}
Impiæ mu-
-herculæ frau-
dos deredæ.

conjecit de morte Summi Pontificis Gregorii Decimi Tertiæ. Quæ utiliter
is sancteque Pontificalium gesserit, omnium illius temporis Scriptorum monu-
menta, quam paternè Societatem amaverit, nostræ historiæ, quam beneficis
erga Germanos, solicitusque pro illorum salute fuit, erecta, munificèque do-
tata apud Superioris Inferiorisque Germaniae Populos Seminaria juventutis
in pietate ac doctrina erudienda, contestantur. Pridie mortisi cum hanc vi-
cinam esse animadverteret, tabulas ritè confici, expedirique voluit, de mitten-
dis Dilingam in menses singulos centum. Scuratis (quos vocant) unde Alum-
ni Pontificii, de quibus jam nunc ajebam, in Divi Hieronymi contubernio
sustentarentur, quam clementissimam destinationem Sixtus Quintus, in Pon-
tificatu Successor, pari Clementia ratam habuit, atque illo adhuc anno pecu-
nias mitti jussit. Quapropter mense Novembri tres, qui his stipendiis fruere-
tur, delecti sunt, Philosophiæ unus, Theologiæ duo studiosi: nam præcepere
in tabulis Gregorius, ne quis nisi absolute Rhetorices studio inter Alumnos
Pontificios recipereatur, quod maturius, atque ipsi etiam maturiores, ad pascer-
das utiliter oves emitti possent. Perdurat in praesentia usque tempora Romi-
næ Curia pro Germaniæ comodis liberalitas, & quemadmodum pe-
cunia quotannis certò mituntur, ita expendunt fideliter, ut, nisi annona
caritas obstat, duodeviginti plerumque exin alantur. Solitis intra urbem
laboribus non absque civium admiratione Sociorum sese charitas ad elephan-
tiasi infestos extendit, quos certis per annum temporibus hoc anno invisi-
re coeperunt, ac perpetuanda deinceps spirituali operâ juvare. In Academia ad
Theologiam scholasticam, ne hac sola quis criminaretur Nostros erudiri, nos
solum statis diebus adjuncta est schola, qua casus conscientiæ enodandi dis-
iplina traditur, verùm etiam quavis propemodum hebdomade privata domi
veluti Academia institui copta, in qua omnes, qui Sacerdotes sunt, compa-
rent ad ventilandas difficiliores, quæ ad conscientiam pertinent, questiones
Mos hic ita per universam Provinciam invaluit, ut in legem abierit, cui alia est
superaddita, lustrandi videlicet accurato examine ex Theologia Morali eos,
qui gradum facturi sunt ad Sacerdotium. Quæ causa est, ut reor, quod &
Pontifices, & multi Episcopi ultronea bonitate Nostris, qui Sacerdotii Ordine
ut initientur, à Moderatoribus mittuntur, examen, ad quod missi sese sustant,
facile id remittant, utpote, quos longa, multiplicique prius exercitatione Sa-
cerdotis muneribus, prout debent, obeundis aptos fuisse prændunt.
Ad Academias publicas conservandam integritatem impetratum fuit, ut,
si cui posthac interdiceretur Academiam, exeendum pariter ex urbe esset
Quanquam denique rari tunc forent, ad quos poena hæc pertingeret, quod
plerique Academicorum simul Marianæ Congregationis Sodales essent, qui
communi cum ceteris Sodalibus vivendi norma utebantur, laudabili nimisrum,
& omnibus multum probabili. Certè ægrotus quipiam, tentatis frustra mul-
tis remediis eam de Congregatione existimationem habuit, ut recuperaturum
se valetudinem speraret, si precatores adhiberet Sodales Marianos; illorum
itaque imploravit precem: facta hæc in communi conventu est, & en! prodigi-
osè quamprimum ex morbo convaluit. Ut extra urbem proferretur opera
nostra, occasionem primùm dedit nequam foemina, quæ ut vetitis simul
frueretur voluptatibus & sanctitatis opinione famam apud homines conserva-
ret, augeretque, simulatione pessima uti coepit: abtrationes mentis vel à dr-
amone immissas passa, vel clementita pro arcans Coelestibus venditabat, quæ ab
Archangelo Gabriele manifestata essent. Hunc enim sibi Dei munere per-
familiarem esse, usque adeò, ut sàpiùs sacratissimâ ab illo cibaretur Hostia:
De Societate nostra loqui est solita, ut nemo honoriscentius, Religionis or-
thodoxæ

thodoxæ effata, sacrâsque Ecclesiae Ceremonias commendavit mirificè; sc̄mo MDLXXXV. omnis actusque singularem spiravit sanctimoniam, cuius proinde existimatio- nem longè latèque adepta est sanè ingentem, ut familiæ etiam nobiles Dö- rotheam (id mulierculæ nomen) intra suas habere ædes contenderent. Præ- tulit ipsa Haunzheimiorum arcem. Ceu Palladium illam habuit Materfami- lias, cùmque nostri, quamdiu non liqueret, vera certaque esse, quæ mulier jactabat, fidem nec verbis nec ostentis habendam esse constanter affirmarent, mirari cœpit familia universa, quod suspeçtam habere vellemus, quæ tantis lau- dibus Societatem extollens, Dominorum erga nos amorem, beneficentiamque maximam, augere tamen adhuc & extimulare non desisteret. Cogitabat ni- mirum vafra, si Nostros, quorum authoritas apud Dynastam permagnâ erat, in partes traheret, imposturas, & ex his lucra sua multò felicius processura. Verùm ubi Theodosius Canisius ex Urbe redux, atque ad Haunzheimios sa- lutandi causâ invisens modos suggestit, certis indiciis, quid veri subesset, acta dictaque vestigandi, detectæ tandem sunt turpissimæ frāudes, patefactæ præ- stigia, Dorothea scortum esse deprehensa fuit impurissimum, quapropter ædi- bus quamprimum expulsa, neque deinceps unquam visa est. Incrementum ex adverso non modicum accepit Haunzheimiorum erga Societatem amor, & in universa vicinia existimatio. Ipse Episcopus officia nostra frequenter non admisit tantum, sed expetiit etiam: Richardum Hallerum, quem nuper Col- legio Præpositum fuisse intelleximus, constituit, ut Jubilæi Alstivi, quod no- vius Pontifex indulserat, effecta & conditiones Dilingæ primū, ac dein etiam Gynzburgi, Marchionatū in Suevia Burgovienſis oppido, pro concione ex- poneret; paulò pòst petente rursum Antistite eundem locum repetierunt An- dreas Sylverius ac Mathias Schvvertferbius, qui Parochi tunc absentes munus obirent, quod idem Schrežhemii vicino pago ejusdem Episcopi postulatu per complures menses obiit Christophorus Silberhornius Contubernio Sancti Hieronymi Præpositus. Cùm in Autumno feriæ longiores à scholis essent, Julius Priscianensis, & Mathias Friccius ad Eremum sacram in Helvetia, ad san- ctum item Blasium in Sylva Hercynia, bina celeberrima Ordinis Divi Bene- dicti Monasteria profecti tam salubria compluribus in locis utiliaque ad disciplinæ incrementum egerunt, ut, qui eos amicissimè exceptos benignissimè ha- buerunt (quod ubique factum) uberem hospitiū mercedem se recepisse con- testati sint.

439.
Missio genit-
ia Gynzbug-
gum.

440.
Excursio in
Helvetiam.

441.
Nostrī Elvī-
cūm evocantur.

442.
Elvaciensis
Ecclesiæ Prince-
cipalis & ue-
bius origo.

Bruschius,
Merianus,

Verūm ante omnia à Collegii Dilingani Sociis acta calamum merentur, quæ Elvaci fuerunt gesta. De urbe Elvacensi pauca attigimus, cùm de Petro Canisio ageremus, qui ante octodecim annos à Cardinali & Augustano Episco- po Othono in agrum illum adductus fuit, expurgandum à solis & bonis fri- gibus conserendum. Hoc autem anno, Nostratum duo ex Dilingano Colle- gio postulati excursionem denuò animarum caufâ Elvacum fecerunt, quæ dein quotannis repetita fuit, donec stabilem omnino habitationem in Aula primum, subin & in turbe acciperet Societas, quapropter more nostro facturi nobis videmur, si narrationem à longinquiori ævo ducamus. Elvacum, ut permultæ in Germania civitates, originem suam Monasterio debet, Mon- sterium Venationi. Quo tempore Pipintis & Carolus Magnus Franciæ, ac magnam partem etiam Germaniæ moderabantur, anno circiter Salutis septen- gentesimo sexagesimo quinto Ariolphus primæ inter Gallos prosapiæ, primitæ in Aula admissionis, ad Suevos delatus in Sylva, cui Firengtundia nomen (veteribus Alemannis patrio sermone fundum Piniferum sónabat) venatum instituit, atque inter alias feras tragelaphum cepit, immanis magnitudinis ge- tentem cornua, robore formidabilem, atque in his terris insolitam visu be-

A.C.
MDLXXXV.

stiam, nescio, quo errore in has plagas ex ultimo Septentrione delataam. Arolphus bellus cornua ad Regem misit, simul ædificandi ipso in loco Monasterii pro Sancti Benedicti Alumnis facultatem petiit, promovente fratis consilium Erlolpho, Lingonensem Episcopo, qui etiam Divorum Sulpitii ac Serviliani corpora ab Adriano Pontifice impetrata Cœnobii templo invexit. Cœnobia nomen in portenti memoriam datum est Elendfanga, quod capturam tragelaphi interpreteris, Latinitatis amantes hodie Elvacum dicunt. Inter Coenobitas primus extitit ipse Ariolphus, Monasticum sub D. Benedicti regulastatum amplexus, & cum illo prædia aliquot à Regibus donata adeptus, qui sub eo in demortuo fratre ad Lingonensem pariter Insulam promotus, Abbatiam tamen Elvacensem haud dimisit, sed oportunitate jam majori & Regum gratiâ usus tantoperè auxit, ut cùm initio tres duntaxat villas haberet, sub utro exitum trecentas Monasterio reliquerit. Certè domus pauculæ, quæ pro famulicis Religiosorum adnexæ fuerant Cœnobio, excreverunt paulatim in nobile opidum, & Monasterii Abbatibus etiam jura, nomen, soia Principum. Imperii fuerunt concessa. Quæ porrò causæ fuerint, cur securis æratibus, anno vide-licet post millesimum quadringentesimum sexagesimo, deposito Monachorum habitu, Juribus tamen cæteris ac possessionibus retentis, Joannes Hirnhemius postremus Abbas nomen Principis Præpositi assumpsit, & Monachi in Canonicos Principalis Ecclesiæ migrarint, tum ex aliis Scriptoribus, tum ex Bulla Pii Pontificis Secundi est intelligere. Primus Princeps Præpositus Canonorum, qui Monachus non fuisset, passim ab Auctoriis, atque à Carolo Stengelio nominatur Albertus Rechbergius ex nobilissima Suevorum familia progenitus. Quo tempore Lutheri dogma Ecclesiam, & nara ex eo rusticorum perduellio multas Germaniæ Provincias, atque ex his Sueviam, miserè lacerauit, Elvacensi Principatu potiebatur Henricus Philippi Electoris Palatini filius, qui subactis multiplici clade ruricolis, ut ulteriora incendia subtrahit averteret, gravissimè in omnes, qui nova contra avitam Religionem molimina tentarent, cœpit animadvertere. Comperto, in Elvacum quoque irrepsisse Lutheri doctrinam, duos ex iis, ac triginta longissimo fune colligatos in forum deduci jussit, & capite plecti, jämque eorum Primipilus, atque tres alii manu carnificis ceciderant, cùm & Canonici, & Nobilitas cæteris vita gratiam impearerunt, adactis tamen jure jurando polliceri, nec verbulum posthac pro Lutheri secta facturos. Mitiori via incedendum ratus successor Otho, Episcopus idem Augustanus, & Cardinalis, Petri Canisi adhibuit operam fructu, quem nuper exposuimus. Qui Othonem securus est Princeps Christophorus Freibergius, et si amantissimus Societatis, tamen conspicatus, quām hæc, annis aliquot, posteaquam ipso potissimum urgente Augustam introducta esset, gravibus premeretur molestiis, ne eosdem, quos Socii Augustæ habuerant, adversatores, etiam Elvaci contra se ac Nostros experiretur, privatim nobis, quām cum suo ipsi us, & Societatis incommodo publicè beneficus esse maluit. Verum qui Freibergio successit, Wolfgangus ab Hausen, cùm omnia jam Augustanis, Dilinganisque Sociis esse priuora consiperet, non dissimulandum ultrà est arbitratus, quo erga Ordinem nostrum ferretur animo. Vir erat, ut Wiguleus Hundius Scriptor nobilissimus testatur, singulari fulgens pietate, humanitatis ac benevolentiae erga omnes, ab omnibus amorem & veneracionem promeritus. Addere mihi liceat, quod de quamplurimis, qui virtute & doctrina insigniter celebrantur, ex vero dici potest, debetque, fuisse Wolfgangum, &, cùm Elvacensi Ecclesiæ præfuit, & cùm postea Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus electus est, Societati addicatum. Profectus Dilingam mense Januario fuerat novus Princeps,

243.
*Elvacum ex villa oppidum, Abbas in Præpositum, Cœnobites in Canonicos.*244.
*Stengelius de Rebus Augusti.*244.
*Finito bello rusticorum animadvertisitur in novatores.*245.
*Christophorus Freibergius Societas annuit fuit, eam tamen justas obcausas Elvaci in uon evocat.*246.
*Iom. I. ff.
281.*246.
Meliore tamen rerum statu Wolfgangus ab Hausen Princeps duos petierat ex Nostria.

cepit, ut summis Pontificis loco Praefuli Augustano Marquardo obediensiam MDLXXXVII
jurejurando sponderet. Memor, quanto morum, literarumque progressu in
Gymnasio quondam Dilingano, scholisque altioribus nostris educatus fuissest,
ad Collegium invisens, agensque familiarissime, petuit; ut sub magni Jejuni
tempus ad quindecim minimum dies duo ex Nostratibus Elvacum mitteren-
tur, qui populum ex hereticorum vicinia graviter periclitantem expiarent par-
tim ab haereticis, si qui essent, erroribus infectos, partim intaminatos in fidei
Catholicæ professione confirmarent, instruerentque. Ablegati fuere per in-
tervalla Joannes Pelecyus, & Mathias Friccius, excepti à Praeposito ea teneri-
audine animi, ut in lachrymas solveretur. In pagum illos dimisit; duobus
passuum millibus Elvaco distante, utque cum majoritate hanc solum auctoritate,
sed & securitate agerent, Praefectus Aulae; & Cancellarius fuerunt adjuncti.
Actum hic aliisque in pagis concione, catechesi, Sacramentorum administrata-
tione indefessa, ut & intra urbem. Ipse Princeps, Decanus, Principis frater
Quirinus Godefridus, Canonici præcipui & Consiliarii ad Nostrum in templo
publico, & inspectante plebe venerunt Confessionis causâ. Feria quinta Majori-
atis hebdomadæ novum, cuius nemo meminerat, Religionis exemplum Prin-
ceps edidit, dum universo urbis Clero Divinissimam Hostiam sub una dunta-
xat specie porrexit: novum item Elvacensibus fuit extremæ Unctionis Sacra-
mentum: cuius usuratio penitus desierat: novum denique, quod doceren-
tur cives, à pueris ratione jam utentibus deberet, saltem in Paschate, quin & ab
his æquè, ac ab adultis posse Confessionis Sacramentum intra annum saepius
obiri, et si Divinæ Mensæ non semper accumberent. Sed neque illud hacte-
nus contigerat, ut Praepitorum ullus unquam publicè ad aram sacrificium
Missæ in templo Parochiali perageret. Peregit Wolfgangus magna populi
jucunditate; atque ita Nostri etiam peractis feliciter excursionis hujus functio-
nibus maximo cum solatio & animorum lucro Dilingam redierunt: Juvat
hæc omnia externi potius, quam domestici scriptoris testimonio confirmare;
Verba admetior: „Wolfgangus primo protinus anno sui Regiminis Patres
„Societatis Jesu Dilinga per intervalla Elvacum advocabit, quatenus adre-
„pentem heresin arcerent, abusus in sacro, ac usitato avitæ Religionis exerci-
„tio corrigerent, populumque universum salutaris doctrinæ Christianæ igno-
„ranti laborantem, aut morum corruptelâ deviantem ad viam salutis reduce-
„rent. Piissimus Wolfgangi Praepositi conatibus respondebant fructus; quip-
„pe falsorum Dogmatum scintillæ suffocabantur, adolescentes rationis capa-
„ces, antea rudes; ad Sacramenta Poenitentiaræ & Eucharistiaræ præparabantur, ad
„frequentem horum Sacramentorum usum cives; & agrestes incitabantur;
„pravi mores in meliores commutabantur. Elvaco per Wolfgangi Praepo-
„siti providentiam, & duorum Patrum Societatis Jesu operam, quasi novam
„Religionis faciem induente. Hæc Joannes Franciscus Gundermannus
Principis Vice-Cancellarius in Collectaneis de gestis Abbatum, ac Praeposto-
rum Elvacensium.

At neque, cum ad subsecuti anni acta recensenda accedimus, Elvaco di-
gredimur, arbitrati, haud injucundum fore; si actorum, quæ loco & tempore
connexa fuerant, narrationem quoque haud dispertiremus. Tantum operæ,
quam Elvaci superiore anno posuerant Nostri, pretium fuisse judicavit loci
Princeps Wolfgangus, ut idem cum auctario etiam hoc anno fore consideret.
Quapropter quinques per certa anni spatia binos ex Collegio Dilingano So-
cios expedit. Venere in Quadragesima Mathias Friccius, & Simon Graulokius,
in Adventu Domini idem Friccius, & Felix Walserus, aliis temporibus alii.
Ea quippe Praepositi Principis modestia fuit ac facilitas, ut nullum à Modera-

Qui utiliter
laborant.

Autoris ex-
tranei de re-
bus, quæ No-
stri geserunt
Elvaci, testi-
monium.

Repetitæ ex-
cursiones in
urbem Elva-
ensem.

A. C.

MDLXXXVI. toribns nominatim mitti postularet, & quoties mitterentur, animum absque Confessarii delectu apud eum, qui missus fuerat, confessione expiaret, sufficeret sibi quemlibet dictans, modò de Societate foret. Imitati semper in hoc utroque sunt Principem illius Propinqui, Nobiles, Aulici, Viri in urbe primarii. Non defuere quidem nonnulli, quibus vel ex officio, quod gerebant, vel ex vita statu, quem profitebantur, adventitia authoritas pruritum fecit obtestationibus contra nos & mendaciis omnia respurgendi: Verum, ubi perspicue patuit, Nostrates neque Parochi, qui vita decesserat, munus stipendiaque ambire, ut malevoli tamen finixerant, neque in ipsa etiam Religionis causa turbulentis agi consiliis, brevi post, quidquid malignæ suspicionis invidia suscitarat, restinctum est. Approbati ex adverso magnopere novi, quos civitatis bono suscepimus, labores. Sub Quadragesimæ diuidium explicari quotidie cœpta sunt Christianæ doctrinæ capita, atque illa potissimum, quæ ad obeunda ritè confessionis & Evcharistiae Sacraenta pertinent. Ne scisses, an ad concionem antemeridianam, vel catechesin hanc pomeridianam major accursus foret: ad utramque fuit maximus, adulteræ non minus ætatis, quam pueritiae. Et verò summa erat scholæ istius necessitas, quod non mindr esset plurimorum ignorantia, & ruditas. Deprehensum, esse ex juventute multos, qui annum decimum sextum, & ultrà vixerant, necdum tamen eousque Sacerdoti sese à noxiis absolvendos stiterant: fuere complures, quos multa jam signaverat canities, quin salutiferæ Crucis signum efformare nōsset. Dedocti fuere hanc initiam tum à Sociis, tum ab ipsis pueris; quos enim parentes vel se necetus, & imbecillitas, vel causæ aliæ catechesi interesse non sinebant, dominum reversi libeti, parentes suos erudiebant iis, quæ in Catechismo dicierant. Urbis Parochus cum tantos ex hac disciplina fructus videret enasci, nec cum nostrorum abitu inarcererent, coram Præposito pollicitus est, seipsum posthac tradendæ doctrinæ magisterium esse continuaturum, quem laborem quam re ipsa operosum, tam exiguum coram mundo gloriae cum hodie passim, per frequenter Parochi, in sua quisque curia, exerceant, est profecto, cur oves Pastorum indefessam sedulitatem ex æquo suspiciant, Deumque laudent, qui tam copiosa illis aperiat pascua, vindicem metuant, si naucent. Diligam redundi cum tempus advenisset, Princeps ut ostenderet, quam grata hæc fuisset Missio, ipse digredientes Partes ad integrum milliare est comitatus.

550.
Discedentes
Elvaco comi-
tatur Prin-
ceps.

Quam læta messis fuit Elvaci Mathiæ Friccio & Sodalibus, tam jucundam extitit Atidreæ Sylvio Gamundiae & Gynzburgi. Sunt in Suevia præter turbes quasdam majores, complures civitatulæ, quæ hoc uno tamen potissimum gloriantur, quod neminem, quam solum Imperatorem agnoscant Dominum, unde & Sacri Romani Imperii liberae urbes appellantur. Pluribus inter illas hæc libertas occasio fuit, ut, cum putarent liberum sibi esse etiam de Religione quod vellent, sentire, statueréque, propè non advertentes fugitivi, & contra Ecclesiam perduellis Lutheri sese ductui subjicerent. Sola Gamundia, cuius originem nonnemo Rechbergiis, celeberrimis, ut alias scripleram, in Suevia Dynastis attribuit, reliquis in vicinia oppidis & major, & celebratior, neque illorum exemplis, neque solicitationibus permoveri se passa est, ut libertate sua ad ultroneam animorum accersendam ruinam abuteretur. Perstigit, perstatque etiamnum fidelis Romano Pontifici, Romanæ orthodoxorum Ecclesiaz. Ad constantiam hanc firmius roborandam censuit Magistratus, oportunum fore, si ex Dilinganæ Academia Professoribus advocetur quispiam. Missus est Andreas Sylvius, qui multiplici industria pro animorum commodo laborans ita civium studia incendit, ut intra paucos menses eundem ad se remitti flagitavent: rediit, doctissimisque concionibus, & privatis etiam colloquiis efficit,

551.
Gamundiam
excolit Ma-
thias Friccius.

Felix Faber.

ut

550.
Nonnullorum
obtestatio-
nes sopita.

551.
Catechesos
necessitas ac
fructus.

te in antiquo Religionis antiqua retinenda; & quidquid huic adveniatum
propulsandi decreto, summi & infimique plurimum cotisimare per illo Dilectio-
gam redierat Sylvius, cum non ita post proficilendum eidem Gynzburgum
fuit Marchionatus Burgovici Caput. Itineris fructus exticit, tum triginta haec
retieorum intra mensem iusta integrum ad Ecclesiam reducio, tum & quodcum
consortii disturbatio: Miserere enim quadraginta jam annis quispidam conuictus,
quem status condicio, quam profitebatur, eo magis ab impuris amupibus arce-
re debuisset, quo compertiores jam, & decantatus latius erat in tristis
Sylvii concione adeo concussa fuit inveterata malkararus, ut ad eius pedes
procedens generalem noxarum omnium confessionem peregerit, placuit con-
stitutum spectasse populo, sed multò major admiratio consecuta est, cum tri-
eius post Sacerdos ipse, privatim interea colloquiis ab Andrea permotus, ini-
tuente plebe universa, vultu haud vulgaris poenitentiae notas præferentes ad
Sylvium pro factò tribunali sedentem accessit, ut gravi delictorum sarcinam an-
num & ipsè relevaret. Impetravit subinde Andreas à Pontifice, tam urbis
Curioni Schallero, quam Hieronymo Herlero, ad Divi Lucii apud Grifones,
maximam partem Hæreticos, Abbatu Norbertino, facultatem alios etiam hæ-
reticos & penitentes in hanc statu exsolvendi. Sodales Beatae Virginis Dilingani
feederati hactenus Sodalitio Mariano Coloniensi, ejusdem statutis vixerant:
at ubi ante biennium Gregorius Pontifex, & hoc anno Sextus Quintus Claus-
dio Aquavivæ Societatis Præposito Generali potestatem concessit ex omni Vi-
torum, adolescentiumque statu in oppidis, ubi Societas Collegium, Domi-
ciliimve haberet, Dei Deiparae cultui dedicatos Coetus erigendi, foderan-
dique Romanæ Congregationi Primariæ, demissis à Claudio precibus Imperi-
travit Dilingana Sodalitas, ut in hoc foedus recipetur, et tamen conditione,
ut non ad alterius deinceps, quam Romanæ Sodalitatis Leges pietatis sua ex-
ercita conformaret, quod cum Imperiis Sodales, magno gatia loco ha-
buerunt, exemplumque dederunt ceteris in Provincia Marianis Coetibus, ut
certatim foedus hoc ambirent, gauderentque in unum corpus coagamenti
sub eis capite, ex quo plurimæ animi utilitates in conjuncta membra derivan-
tur. Divi Hieronymi Collegio thesaurus obtigit, quo æternum gloriati, &
modò velint, opulentando spiritui perenniter frui Convictores poterunt. Est
in Suevia celeberrimum Collegium, Rothæ, vel Rodi nomine appellatum
perpetuus omnino, ut cui annus, quo hæc lucubramus, sextum jam secularis est.
Hemma Henrici Toparchæ Wildenbergii Vidua id condidit, dotavitque Cano-
nicis, qui ex Regula Divi Norberti vivunt, ipso adhuc superstite Ordinis Au-
thore: Odino Præpositus ex Dapiferorum Waldpurgensium stirpe cum ducen-
tos aleret Coenobitas, quinas exinde colonias deduxit, Wiltinam in Tyrolim,
Lutheram trans Rhenum, Augiam mitorem & Marchtallum in Sueviam, ac
Steingadium in Bavariam, celebria etiamnum Norbertini Ordinis Collegia,
Rodum ipsum Disciplinæ Religiosæ famam semper claruit. Quo tempore Di-
lingana Academia, & Sancti Hieronymi contubernium longè latèque cœpit
inclarescere, Rothenesi Collegio moderabatur Martinus Ermannus, Vir, ut
singulari Numinis providentia plerique tum in Suevia Coenobiarchæ, avi-
dissimus Religiosæ Disciplinæ vel conservandæ vel erigendæ, siquà collapsa es-
set. Ad id consequendum quæ causæ Ermannum permoverint, cur primus
inter omnes Religiosorum Præsules præclarioris è sua Canonia indolis ac inge-
nii juvenes ad Scholam Dilinganam, & Sancti Hieronymi Collegium miserit,
enarrat Martinus Merzius loci Prior in Libro, quem sèpiùs paulò post addu-
cet. Nequaquam spes fecellit optimum Præpositum: Joannes Feegius
Rothenensis Cœnobita Juli nostri Priscianensis, quem à singulari zelo, ac dex-
teri-

admonitus

334.
Et Gynzbur-
gi scrilegum
consortium
divelicit
in modis
varius
omnibus335.
v. R. 1. 3
hacito, 1. 1
deinde 1. 1
et cetera336.
Sodalitates
B. V. in Prä-
vicia federa-
tum. Prima-
tis Romanae337.
Mirei Chreni
Cisterc.338.
Rothenesi
primi ex Re-
ligiosa in
Collegio s.
Hieronymi

A. C.

^{258.} *Wilhelmi vita Dilinga piissima.*

^{259.} *Raderni Bay. pia, Calend. Marianum Pistorii &c.*

^{260.} *Angelus Wilhelmo apparen- tis vicinam mortem in- dicat.*

^{261.} *Lairvelz. Vandor Sterre, alii quisupra.*

^{262.} *Monumen- tum de Wil- helmo in Collegio S. Hieronymi.*

scrutate Religiosæ Discipline promovendæ jam olim laudari audivimus, sed
nisi confitique tam altè in animum demiserat, & operéque expleverat, ut do-
minus seversus Ermanno dignissimus fuerit judicatus, qui regendo Tyronum
spiritui præficeretur. Fuit inter hos Guilielmus Eiselinus Mindelheimi, San-
tizie oppido oriundus, adolescens propensissimi ad omnem pietatem genit.
Idoneum hanc agnovit Præfus, qui, si pietati doctrina accederet,
universo quondam Collegio evasurus esset utilissimus. Quapropter, post-
quam vota Religionis nuncuparat Wilhelmus, hoc anno Dilingam est ablega-
tus, ut inter contubernii Dilingani Convictores literis humanioribus operam
darer, Poëseos discipulus. Multa hic præterire cogor, quæ tum supra nomi-
natus Merzius, tum alii de religissimo juvē libris ediderunt: ad historiam
tamen nostram pertinere autem, ut ea breviter attingamus, quæ præclaræ
virtutis exempla inter Convictores Dilinganos edidit. Vitam duxit adeò in-
nocentem, ut Julius Priscianensis, quem Joannis Feegii suasu conscientiæ actio-
numque omnium moderatorem delegit, noxulam haud invenerit, à qua re-
um absolveret: cùm naturâ lentioris esset ingenii, tardiorisque memoriae,
utriusque impedimenta, tum antelucanis, nocturnisque studiis, tum maximè
precibus ad Deum ita summovit, ut non exiguum in literis progressum faceret:
quare Ferdinandus Noster Crendelius Wilhelmi Magister, Vir politiore litera-
tura eruditissimus, non dubitavit palam aliquando sic cæteros affari discipulos:
Bonus hic piusque frater Wilhelmus plùs proficit suis orationibus, quām quis-
quam aliis nocturno diurnoque, ac pænè insano labore. Quoties horæ quid-
piam vacivæ, vel recreationi virium destinatae nactus est, suam ipse relaxatio-
nem animi in laxandis precando Deo frenis collocavit, aut in campo, si pro-
deundum erat cum cæteris, prostratus in genua sub remotiore nonnihil arbo-
re, aut domi, coram depicta in tela linea Christi Crucifixi imagine. Opor-
tunè hæc affixa erat inter duas cistas, quarum oppositu pænè nemini observa-
tus, per quam crebro suæ indulgens pietati sub diluculum, crepusculum, me-
ridiem accuratissimè precari, venerarique Superos consuerat. Dignum judi-
cavit Supremus rerum arbiter, ut anima, cuius in terra adhuc detentæ fre-
quens conversatio congreginatis desideriis cum Cælitibus erat, ipsam quoque
cum iisdem perpetuam habitationem acciperet. Die quapiam, solito arden-
tius ante illam, quam dixi, imaginem precanti Angelus splendido habitu, vul-
tûque amabilissimo spectabilem se præbuit, suavissimèque allocutus, ad mor-
tem se ut compararet, monuit haud die absuturam. Paruit obedientissimus
Cliens, omnésque exinde vires intendit, ut breviore compendio Religiosæ
perfectionis culmen attingeret. Haud multum temporis intercessit, cùm len-
ta tabes eaque pertinax pulmones invasit; revocatus itaque anno altero in
Coenobium, mense post Martio, ætatis anno vicesimo quarto sancta morte de-
functus est. Quām crebra Cælestium mentium visa, ipsiusque etiam Matris
Virginis, ægrotantem, morientemque recrearint, iidem memorant, qui mul-
tiplices ejus virtutes, & subsecuta post mortem prodigia recentent. In Dili-
ngano Sancti Hieronymi Collegio icon illa Crucifixi Servatoris, ante quam
adeò frequenter Deum orare solitus, secuturæ brevi mortis ab Angelo nunti-
um accepit, refixa à pariete Sacello Sanctæ Crucis, quod in eodem Collegio
est, illata, atque alterius picturæ loco altari inserta fuit, ut, quoties Deum
precaturi Convictores imaginem hanc adspectarent, simul piissimi sui Contu-
bernalis memores, exemplorum, quæ edidit, odore ad sedulam imitationem
excitentur. Novum idque magnum negotium Præpositi Generalis imperio
agitatum fuit Dilingæ. Operæ pretium ingens visum est Claudio Aquavivæ,
rationem staudere universæ Societati communem, juxta quam in Academiis
nostris

nostris & Gymnasiis literæ posthac cùm severiores, tum mansuetiores trade-rentur. Convocati Romam ad id conficiendum Viri ex Nostris varia eruditio-nis famâ celebres, laborârunt in ordinanda hac methodo annis omnino duobus. Absolutam misit Claudio ad omnes in Europa Provincias, ut disperceret unaquæque, num pro patriæ moribus usûque demendum quidpiam, addendum, attemperandumve existimaret. Disquisitioni huic in Provincia nostra locus assignatus est Collegium Dilinganum, exhibiti, quos scientiæ fa-ma ante cæteros commendabat: pro interioribus quidem literis Richardus Hallerius Academiæ Rector, Theodosius Canisius, Gregorius de Valentia, Julius Priscianensis, Bonaventura Paradinas, ac Mathias Mayrhoferus: pro man-suetioribus verò disciplinis additi sunt prioribus Jacobus Pontanus, Reinerus Fabritius, ac Joannes Holonius. Comprobavit Roma, quod hi novem viri pro Germaniæ superioris Provincia statuendum putârunt, & statutis ab eo tem-pore sanctè institisse nunquam vel poenituit hactenus Provinciam, vel causam, cur poeniteret, habuit. Haunzheriani Dynastæ, quorum vix ullus nos obli-visci annus permittit, cùm haud abs ratione judicarent, ex hac consultantium, quos memoravi, fat diuturna præsentia, auctóque indè numero incolarum Collegii accisos admodum fuisse proventus economics, eos non quidem nova, sed majore, quâmannis præteritis munificentia auxere, dum tria flo-renorum millia ad emendos census annuos Collegio ex re apud Tyrolenses sa-linaria cessuros donârunt, cui summa aliam haud modicam Sigismundus Dy-nasta Hornsteinius, atque Amita illius Neuneckia adjecerunt.

Augustæ, cùm Patroni nostri eodem, quo Dilingani, in nos animo, ac benevolentia essent, beneficiendi insuper facultate potiti sunt, atque etiam usi multò ampliore. Joannes Georgius, Georgii Fuggeri Filius, cùm exte-ras plagas lustraturus anno superiore in Hispanias abiisset, Compluti mense Se-ptembri mortem oppetierat, undeviginti annorum juvenis. Ex mortui hæ-reditate, quæ vivo assignata fuerat, tanta quatuor fratribus, qui supersites erant, summa obtigit, ut duo ex his, Philippus Eduardus & Octavianus Se-cundus, ex ea solùm portione, quam ipsi nacti erant, sedecim florenorum mil-lia ad pios fines expendenda se posuerint. Neque diu, quorsum expenderent, deliberârunt. Aëstimabant, amabantque Societatem tenerimè, & privatim etiam Roseffium Collegii Rectorem, quòd, cùm hi, ac tertius frater Antonius olim in Collegio Germanico Alumnis Convictores suo ære se adjunxissent, (ita enim sub id temporis adhuc fieri licebat) Roseffius ad Collegii Praefectu-ram Viennâ missus dexteritate sua & amœna synceritate eorum animos mirè sibi stabilitérque devinxisset. Quapropter in Rosefфи quoque gratiam, quod ex universæ Societatis amore largiri decreverant, Collegio potissimum Augu-stano impendere voluerunt. Proinde haud contenti viginti florenorum mil-libus, quos Fuggeri alii ex hæreditate Christophori, ut suo loco vidimus, So-cietati transcriperant, de sua quoque portione decem millia addidisse, haud contenti, in Sociorum habitationem, & Gymnasi Templique adiunctum do-mos permultas, ornamenta, pecunias donâsse, decies sexies mille, quos aje-bam, florenos superaddidere: emptorem, qui pro hac summa census annuos ex Halensibus Salinis solveret, facilem, gestientemque posse Sociis gratifica-ri, invenerunt Ferdinandum Archiducem Tyroleos Dominum. Dilertè por-tò contestari sunt, in literis amborum signo firmatis, donationem hanc à se fieri, in suæ ipsorum animæ salutem, & Augustanæ urbis emolumentum, ut plures ali possint, qui juventuti literis erudiendæ, civibus ad bonos mores conformandis, uti hactenus præclarè factum, pergaunt invigilare, quod cùm Societas absque obligationum titulis, aut specie acceptandæ mercedis, ulcro-neo studio ac Instituti sui obliterantia præstare malit, rēque ipsa nimis quâm

263.
Consultatio
Dilingæ de
Ratione Stu-
diorum.

264.
Haunzheriae
Familiae in
Collegium
liberalitas.

265.
Eduardus
Philippus &
Octavianus
Secundus
Fuggeri in
Collegium
Augustanum
denò bene-
fici.

Rittershus
General.

A.C.

MDLXXXVI.

266.

Præconibus
Augustâ ex-
pulsis alii
quamvis pa-
riter Luthe-
rani substitu-
ti.

abundè præstet, nolle quoque Fuggeros quidquam ab ea tanquam debitæ pro his censibus operæ ac laboris exigere. Notatu dignum, quod his donationibus firmatæ magis radices, propaginæsque Collegii Augustani diffusæ fuerint amplius, hoc eodem tempore, quo illi ipsi, qui ante bienniū migrationem familiæ nostræ, exiliūmque de cathedra velut publici præcones denuntiaverant, cum omni Gynæceo suo, atque liberorum sarcina Urbe Augustana excedere compulsi fuerunt. Litem Verbi, uti sese vocitant, Ministri intenderant Magistratui de potestate constituendi Prædicantes in templis Luthericis. Eam hucusque Magistratus exercuerat, præcones hoc anno sibi arrogare connisi sunt, sive penitus Senatorum iurisdictioni subducere. Causa delata ad tribunal Spirens, ceciderunt Prædicantes, ceciderunt Viennæ, confirmatum jus Vocationis (ita appellant) Magistratui. Obedire cùm nollent, jussi exesse sunt omnes, eorūmque loco subrogati fuerunt undeni alii; inter quos, & eos, qui migrarunt, acerba styli fuit pugilatio, plēbsque primū veluti haud rite vocatos, & cum vitio intrusos aversata est, ita ut domi suæ quisque sibi Magister exercendæ Religionis Doctörque extiterit, donec progressu temporis, ac Senatus autoritate, & pristini moris desiderio, Mercenariis suis se rursum concredere coeperunt aliæ alias, uti grec bidentium solet, secutæ oviculæ. Quod graviores hæ turbæ intestinæ erant, eò pacatiūs suis fungi muneribus datum est Societati: inter complures, qui ad Catholicos nostra institutione se converterunt, fuit, qui ipso vespere, solemnitatem Paschalem antegresso, cùm bene coenatus carniūmque satur animi causâ tantisper deambularet, ad nostram Salvatoris ædem delatus ingreditur, curiosè inspecturus, quid tandem Papistæ suo in templo, & coram Christi Cenotaphio actuant: dum circumspectat omnia, dum otiosè omnia contemplatur, videtque Catholicorum alios summa cum modestia flexis humi genibus, alios expansis brachiis orando Deo totos se impendere, alios confertim stipare Sacerdotum subsellia, noxis animum relevaturos, omnia demum modestiam, silentium, pietatem spirantia, coepit tenerrimo devotionis sensu commoveri, cui diutiū obluctari nō potens ad Sacerdotem conversus clara voce: & ego, ait, esse volo è Catholicorum numero: admirabundus Noster, dum explorat hominem, advertit, ex crebra dei capitibus, ut inter cives ejusdem quidem loci, diversæ tamen Religionis fieri amat, concertatione, sati gnarum esse, quid Ecclesia Catholica probet, damnatve, itaque ad Confessionem admittit: admissus enumerat totius vitæ delicta, ritèque absolutus Professionem emitit fidei, maximóque & suo, omnium, & præsentium gaudio, qui mortuus advenerat, illuminatus ab resurgentे Christo meliorem jam vitam viæturus digreditur.

467.
Lutherani
memorabilis
conversio.

Monachii quoque, ubi & templi fabrica jam tectum & Collegii structura felicem progressum habebat, è sexaginta tribus, quos ab hæresi abduxerunt Nostri, unus fuit, quem aliena malitia in lamentabiles miseras præcipitatum iverat. Hæreticus illum Prædicans docuerat, posse quemlibet si Evcharistiae palam sumendæ oportunitas non adsit, domi suæ sibi suæ familie Corpus Christi ex pane confidere, modò & verba consecrationis ritè proferat, ac firmiter credat, in panis consecrati sumptione Christi quoque Corpus indubitanter adesse. Persuasit impostor, quod utique nec hæreticorum quispiam afficerat; itaque temerarius homo viciā audaciā præsentibus domesticis arrepto pane azymo sacrofancta super illum verba, quæ ad operandum Divinissimum Mysterium instituta sunt, articulate pronuntiat. Verum en! præfens sacrilegæ impudentiæ supplicium: irruit è vestigio in corpus extempore. Populus codicemon, circumagit totis ædibus furentem, & quavis ex trabe arrepto scaloquo conantem suspendere, nisi alii properè subsecuti impediissent. Remedium

468.
Monachii hæ-
reticus ob-
fensus à dæ-
mone libera-
tur redditus ad
Catholicos.

dium misero unicum fuit, ut, cum non nihil Dei munere orcinā rabies subf-
disset, sacrilegium suum una cum hæresi multis lachrimis detestatus, ad Di-
vina illico Pœnitentia, & Evcharistia Sacra menta rito, fidéque Catholica
confugeret. Est in superiori Bavaria, quæ jam alpina esse incipit, ac Tyrolen-
sium rupibus contigua, Waldekenis Dynastia. Hanc olim Waldekii Comi-
tes, nunc Maxleinii e vetustissima Bojorum nobilitate possident, liberi in
Romano Imperio Comitatus nomine ac privilegiis ornatum. Sub ea, in qua-
bus describendis versamur, tempora Satrapiam hanc tenebat Wolfgangus
Theodoricus, Vir, quo ad magna usurpatione fuisse Guilielmus Princeps, nisi hic
dudum non alios, quam orthodoxos, ad gubernationis officia adhibere sancte,
inviolatèque decrevisset. Dolebat tamen Princeps magnopere, intra Bavariae
suæ fines, quamvis haud intra suam jurisdictionem, seetas Acatholicas nidulari.
Dolebat & Theodorici germano fratri Wolfgango Wilhelmo apprimè Catho-
lico, ac magnæ in Aula Boica gratiæ, & autoritatis. Ambo itaque suarum partium
esse rati impedire, ne inveteraiceret in hæresi tam nobilis Bojariæ portio, ac
devolvenda ad ipsos Bavariae Duces, si masculi ex stirpe, quæ tum Comitatui
dominabatur, defecti olim essent, obtinuerunt à Theodorico, ut Catho-
licis fidei Magistris aditum in suas ditiones permitteret, subditisque, si qui
vellent, ad Romanam Ecclesiam redeundi facultatem concederet. Vene-
rat iis diebus ex Provincia Austriae Monachium Michaël Cardanæus Naumburgo in Saxonie oriundus, Apostolico fervens spíitu, qui multis precibus
impetraverat a Claudio Generali ut in Saxoniam ire liceret, cum spes ipsius Ele-
ctoris Augusti ad veritas agnitionem reducendi. Iussus tamen est adire prius
Guilielmum Bojariæ Ducem, atque cum eo de ratione aggrediendi operis con-
sultare, ut cui cum Saxoniæ Principibus multa necessitudo intercedebat.
Dum modus investigatur, Guilielmus experimentum de Michaële capturus,
qui se in Evangelii laboribus tractaret, Miespacum Comitatus Waldekiæ
primarium oppidum interea ut proficisceretur, perit, adjuncto Castulo Agricola,
qui & ipse gravus erat operarius. Binas labente Quadragesima quovis
die Dominico, festoque habuerunt conciones, magno populi accrùs, & avi-
ditate auditi: quamvis porro Satrapa ipse, ejusque familia personari se, imbi-
bito que temel veneno liberari non patarentur, subditis tamen, quos aliena po-
tius autoritas, & fabulatorum figmenta depravabant, fidem, quam vellent, am-
plicendi libertate usi, certatim non solum Ecclesiae Catholicæ se reddiderunt,
verum ex collectitia pecunia templis, arásque supellectilem sacram, & quidquid
ad decentem cultus Divini ornatum pertinet, repararunt. Subsecuta sunt
brevi tempora, quibus non solum Dynastia universa, sed ipsi etiam Dynastæ,
eorumque stirps omnis inter Catholicos numerari cœpit, magno Bojariæ omnis
ornamento, ac solatio. Guilielmus tantam, tamque felicem Cardanæi & Agri-
colæ in excolendo Miespacensi agro industriam conspicatus, ad majoris mo-
litionis opus eosdem adhibere constituit. Mortuo Davide Koldereno Ratis-
bonensis Episcopo, cum cernerent Canonici Cathedrales ad Catholicas
Avium in urbe reliquias, suaque jura tuenda, potenti Principis vicini præsidio
opus esse, Guilielmo Bojorum Duci, quamvis initio, ut in re multis tricis ob-
noxia, multum reflaganti institerunt, ut filium suum Philippum secundo geni-
tum postulati a Pontifice permitteret: postulationi concessere tum Guiliel-
mus, tum Pontifex, et si Philippus decimum tertium ætatis annum vixdum ex-
plèsset. Dum adolesceret, iussus est a Pontifice Antistitis partes obire Felici-
anus Minutius Scalensis Episcopus, rerum Germanicarum ex diuturna apud
illos commoratione & crebris legationibus apprimè gnarus. Temporales pro-
ventus, redditusque curandos Guilielmus nobili viro Wilhelmo Schliderero

MDLXXXVI.

69.
Michael Car-
danæus, &
Castulus Agricola
Miespacum
Evangelii
causâ mita-
tuntur.

Hundius
Stemmat.
BAYAR.

270.
Cum fructu
exercita.

271.
Michael Car-
danæus &
Castulus Agricola
mitiun-
tur Ratisbo-
nam.
Paulus 572.
Philippus Gu-
ilielmi filius
postulatus ad
Infulam Ra-
tisbonensem
confirmatur
a Pontifice.

A.C.

MDLXXXVI. commisit, ipse verò Princeps in semet Jurium Episcopaliū, ac Religionis contra quosvis hostes defensionem, & propagationem suscepit. Vix Gregorius Pontifex, cùm pronissimam Philippi ad virtutes Episcopo dignas indolem, optimāque educationem, & ad Munia Antistitis habilitatem intellectusset, confirmationem in tanto munere, anno elapo ex Urbe miserat, cùm parens de introducenda Ratisbonam Societate nostra cogitationem concepit, contulitque cum Ferdinando Albero, quem nuperimè Claudius, Badero ad Provinciam Austriae regendam translato, nostræ præposuerat. Visum est expedire, ut nullis alijs, quàm Michaëli Cardanæo, & Castulo Agricolæ hæc introductio demandetur, ut quorum animosa, circumspecta tamen solertia nuper jam in Miespacensi Comitatu sese approbabasset. Accessit, quod adornandæ utiliter in Saxoniam profectionis spes tota evanuerat. Etsi namque Augustus Elector propensum ad Catholicos animum præ se ferret, ita ut speraret Guilielmus, penitus ad Ecclesiam posse retrahi, id iplum tamen, cùm, nescio, quibus indiciis aut suspicionibus Romam pervenisset, præcoci garrulitate in Germaniam prescriptum fuit, prescriptio negotium evertit. Serpere primum hic rumor, dissipari dein per aulas Principum, omnémque populum coepit. Ex eo metuere sibi à tumultibus Augustus, cunctarique, sed malo suo, Saxonæq; nam illum quidem mors repentina intercepit, & Christianus Filius alia omnia, quàm salubrem Religionis mutationem cogitavit. Divinis itaque auspiciis, quæ Deus fortunatis roboret eventibus, decimo sexto Aprilis ambo, quos nominavi, Ratisbonam sunt ingressi post annos quadraginta & plures, ex quo Claudius Jajus ex primis decem Patribus coactus indè fuit discedere; ita ut unius loco, quem Guilielmus quartus Ratisbonâ ejectum in Bojariam suam, & Academiam Ingolstadiensem recepit Guilielmus Quintus Quarti Nepos, duos nunc in eandem urbem reduxerit Socios, quin modico post temporis spatio secuturum mansurūmque Societatis Collegium, quidquid malevolentia adversum fremat, ringaturve. Providè jam Serenissimus à Pontifice Sixto Quinto diploma impetraverat, quo is Cathedrales Canonicos monuit, ut, quamprimum Nostræ urbem subiissent, templi principis ad Divi Petri cathedram eis panderent: quare proxima statim ab adventu Dominica Cardanæus verba de suggestu illo facere est orsus magno bonorum omnium gaudio, motuque animorum, quod non solidè minus, ac eloquenter axiomata veræ fidei exponi, confirmarique audirent, & Luthericorum dogmata convelli radicis ac difflari; Bartholomæum ante alias Rosinum, primarium inter Acaholicos Præconem refutandum sibi sumpsit Cardanæus, ea tamengravitate, ac modestia, ut sola argumentorum firmitas indignationem exprimeret, ius qui veritatem ultra aures nolebant admittere. Tectum victumque, jubente ita Guilielmo, præbuit novis hospitibus Wolfgangus Weilhaimer, quem Princeps vestigibus præposuerat, hæc namque exigendi jus, adesque ad id proprias intra ipsam urbem habent Bojariæ Duces. Sed Bartholomæus Fischerus ordinis nostri studiosissimus obtinuit, ut gnavi ambo operarii, quietius suis muniis functuri in ædes migrarent, quas Curiam Eystettensem appellant, in quas cibos illis ex domo sua quotidie ad anni usque finem submittebat.

273.
Cardanæi
Conciones
in templo
cathedrali.

274.
Bartholo-
mæus Fischer
rus in nostris
Ratisbonæ
Beneficiis.

275.
Landishutam
duo excollunt.

Sed & Landishuti sui immemorem esse Guilielmum haud permisit amor, quo in urbem ferebatur ab eo tempore, quo, antequam rectionem Bojariæ suscepit, plurimum apud Landishutanos habitavit. Quamvis porro oppidum hoc totum erat Catholicæ Religioni devotissimum, intererat tamen Religionis exercitia & vigorem, quem insignia Guilielmi, ac Renatæ Conjugis, dum illic morarentur, exempla civium animis ingeneraverant, enovata semper, ac vi-
vida conservari. Quod ut consequeretur Guilielmus, duos è Collegio Mona-

cenf

ecesi Sacerdotes petuit, qui Landishutam irent. Iverant, ahnuntique illic obduxerunt integrum. Ad Divorum Martini, & Castuli unus quo diebus Dominicis, festisque, atque etiam sepius pro concione dixit, pari cupiditate audiatus, ac animorum utilitate. Haud eundem initio cursum habuit Catechismi ab altero Socio instituta explicatio. Res indigenis videbatur non solum infoliza, verum inutilis quoque, & propemodum Catholicis Parentibus indecora. Ast, ubi accedente Principis & Magistratus decreto trivialium scholarum pueritia catechesi audiendae adducta, tum ipsa alacriter, quæ condidicit, tam in templo, quam domi reddere, tum ipsos parentes, in multis, quæ hactenus ignoraverant, erudire coepit, obvenit huic scholæ digna, quam sanè meretur, estimatio, & mira ab adultis etiam, ac nobilibus frequentia, adeò, ut regrediensibus Monachium Patribus, pius è Clero Sacerdos constitutus fuerit, qui deinceps quoque tam pluim proficuumque opus continuaret. Iuvat res Monacensium, quæ intra extraque urbem gestæ sunt, memorabili narratione terminare. Sodalium Marianorum quispiam tranquillandæ penitus conscientiae perquam studiosus, omnium, quas à pueritia commiserat, noxatum ex homologefin decreverat instituere: Solicitus, ne quid ex obliuione prætermitteret, in genua provolutus Purissimæ Virgini supplicat, ut, quò majorēm de condonatis, quæ male coamiserat, spem posset concipere, in memoriā reduceret, si quid delicti, quod confitendum esset, mente excidisset. Atque enī dum perstat genibus adhuc nitens, miri candoris chartula ex alto delabitur, minutis, iisque venustis notata characteribus. Peccatura in ea expressum fuerat, cuius hanc meminerat Sodalis, additumque, ut sedulò salutatoriam Reginæ Coelitum coronam pertorseret: habiturum sic, unde benè speraret. Properat ille ad Confessarium, plenusque non minore fiducia, quam admissorum dolore, conscientiam penitissimè emaculat. Accessit prodigio simile, quò monstratos in pagella characteres præter Sodalem ipsum, neque contubernialis, neque alii, neque ipse etiam Parochus distinguere, aut, quid iis significaretur, possent intelligere.

Adoleverat Autumnus, cùm tres Guilielmi Ducis Filii, Philipus, de quo antè dicebam, Ferdinandus, & Carolus, Maximilianum fratrem natu maximum, qui eos aliquot mensibus præcesserat, Ingolstadium subsecuti sunt. Frequentarunt hi unà cum Marchione Badensi Christophoro Augusto secunda Grammatices scholam in publico, quod à Guilielmo recente constitutum Socii acceperant, Gymnasio: frequentarunt quoque Sodalitatem Marianam, ac protinus pietatis, cuius diversa, & præsignia Monacensisbas exempla dederant, Sodalibus etiam Ingolstadiensibus nobile ediderunt specimen, cùm post paucos ab adventu dies mortui Sodalis fatus, ad sepulturam cum ceteris sunt comitati. Illorum honori Sodalitii conventus translaci sunt in Autum novi Collegii Albertini, usquedam Angli poli abirent. Inter templum quoque nostro Rei Divinæ, cui interesse iidem Principes solebant, exhibeti coepit ex Musica, Parens illorum Guilielmus bis mille quingenos florenos expendit, coemendis ædibus, quæ Collegio & nostro, & Convictorum communes forent. Annos næ frumentariæ tantum adjecit, quantum in totum omnino annos sufficeret. Gregorius de Valentia Tomum de Sanctissima Trinitate prelo edidit, atque insuper Scriptum, quo infame commentum de quatuor à Societate in Polonia extremo upplicio propter abnorme flagitium affectis potenter confortat, palamque orbi demonstrat, quam turpiter, cùm alia via non possit, heresis mendacio, & calunnia contra veritatem, & veritatis propugnatores grasseatur. Agnovere hoc quinquaginta & duo, qui ad Ecclesiam orthodoxam regnacarunt. Existimata in redicione magnanimitas eluxit Sigismundi Radaxii, qui,


376.
Catechismi
estimatio pri-
mū modica,
tela perma-
guia.

377.
Sodalitatem
Marianam
opus B.
V. vnde in no-
ticiam operis
peccati.

378.
Tres Guiliel-
mi filii Ingol-
stadium trans-
gressi Gymna-
sium & Soda-
litatem fre-
quentauit.

379.
Calumniæ ad-
versus Socios
in Polonia
refutatur.

380.
Sigismundus
Radax Con-
sul Neobur-
gensis fit Ca-
tholicus.



MDLXXXVI. et si habitaret eadem in urbe, Neoburgo videlicet, in qua aulam habebat Philippus Ludovicus, Comes Palatinus, acerrimus Lutheranæ sectæ Defensor, sponte tamen abdicato, quem eò loci hucusque gesserat, consulatu, præsentibus, qui evocati peculiariter fuerant, Lutheranis testibus, præconib[us]que, maligna licet aure & oculo excipientibus, Formulam Tridentinam, quæ fidei Catholicæ professionem continet, clara voce recitavit, recitatamque fuisse sinceriter, vita deinceps religiosè, & laudabiliter acta comprobavit. Maria Salome germana Soror Philippi Marchionis Badensis, qui ante annos decem Academiæ Ingolstadiensis Rector fuerat, nupta Joanni Georgio Leuchtenbergæ Landgravio, unum è Collegio ad se mitti postulavit, quem, cùm venisset, & sacras sæpe exhortationes habentem cupidissimè audiit, & vicissim, ut ipsa quoque, dum noxas in confessione exponeret, ab eodem audiretur, petiit, Princeps verè pia, quæ nihil alieni dogmatis à Patre Philiberto, quem Historici quidam Luthero adhæsisse scribunt, hauserat. Sed à Matre Mechtilde Alberti Quinti Bojorum Monarchæ Amita, non solùm ad Religionem Catholicam, verùm ad vitam quoque sanctè instituendam fuit educata. Memoratur, quosdam loco haud ignobili natos, ex longinquo venisse Leuchtenbergam, eo duntaxat animo, ut Jesuitam aliquando coram intuerentur, de quorum vita, doctrina, agendi modo tam varia, tamque diversa à diversis passim differentur; ita nempe jam tunc Societas pro diversitate intuentium facta est spectaculum jucundum his, acerbum aliis, modò Numini, & Angelis non ingratum. Ne verò ullum in Bojaria esset Societatis domicilium, ex quo non ad animorum prædam excursus fieret, accidit, ut Religiosi in vicinia Monasterii Antistes mitti ad se Landspergâ peteret Sacerdotes geminos, quorum unus die, quo templi dedicatio celebratur, è suggestu concionem habet: tam dixit utiliter, ut speraret Præsul, magnum Catholicis, qui Kaufbūrā haud procul dissitæ inter Hæreticos degebant, fructum solatiumque accessurum, si eundem Concionatorem audituri essent. Est Kaufbura urbs Romani Imperii libera, de quā non paucis olim agendi locus erit. Nunc memorare sufficiat, fuisse eo tempore Catholicos quidem, qui suum haberent Curionem, & sacra celebrarent publicè, verùm Acatholicos prævaluuisse numero, dignitate, potentia. Egit cum loci Parocho is, quem laudavi, Abbas, ut quos ipse Landspergâ haberet hospites, Kaufburam invitaret. Vix urbem intraverant, cùm totis compitis diditus rumor est, adesse Jesuitas, alteraque die (commodùm futura erat Dominica) unum ex illis dicturum pro concione: Oppidi Consul properè accitum Parochum imperiosus pefontatur, quo jure Societatis homines & accessivisset, & agendi cum populo munus demandasset: imperterritus Curio: non est, ait, quod hic respondeam, cùm tibi non sit, quod mihi imperes. De juribus, quæ ad templum pertinent, tantundem sanè participo, quantum Prædicantes vestri, qui, quoties ipsis concessionari haud allubescit, quemcunque alium declamatorem, & quo cunque loco nanciscantur, nemine interrogato, substituunt. Ad animosa dicta submiserunt se Consulis fasces: modò quidem: respondet, conconetur, at non deinceps. Sequenti die, dum concioni se accingit Noster, missus à Magistratu Lictori venit, (nec enim alio Legato dignum credebant Jesuitam) qui Senatorum nomine indicet, haud quidem te obstaturos, ne cathedram confundat, ast neque defensores fore, si tumultus oriretur, multò minus si turbas excitandi ansam datus esset: nihil reposuit Lictori Noster, quām: dic Dominis tuis: rectè acturum me omnia. Et verò egit: Catholico populo, qui ex urbe, ac vicinis pagis, qui omnes adhuc sunt orthodoxi, plurimus confuxerat, solidissimis argumentis suasit, ut porrò viam insistere pergerent, quam

282. *Excusio in bojorum* *Landgravia* *Leuchtenbergens* *se m.* *Kaufburam* *duo ex Landspergensi Collegio veniunt.*

non sit, quod mihi imperes. De juribus, quæ ad templum pertinent, tantundem sanè participo, quantum Prædicantes vestri, qui, quoties ipsis concessionari haud allubescit, quemcunque alium declamatorem, & quo cunque loco nanciscantur, nemine interrogato, substituunt. Ad animosa dicta submiserunt se Consulis fasces: modò quidem: respondet, conconetur, at non deinceps. Sequenti die, dum concioni se accingit Noster, missus à Magistratu Lictori venit, (nec enim alio Legato dignum credebant Jesuitam) qui Senatorum nomine indicet, haud quidem te obstaturos, ne cathedram confundat, ast neque defensores fore, si tumultus oriretur, multò minus si turbas excitandi ansam datus esset: nihil reposuit Lictori Noster, quām: dic Dominis tuis: rectè acturum me omnia. Et verò egit: Catholico populo, qui ex urbe, ac vicinis pagis, qui omnes adhuc sunt orthodoxi, plurimus confuxerat, solidissimis argumentis suasit, ut porrò viam insistere pergerent, quam

283. *Quorum unus frustā impedire co-nato Consule in templo concessionatur.*

Eccle-

Ecclesia Romana antiquitus signasset, signaretq; Luthericos, qui & ipsius anno numero accuterant, id unum rogavit, exputarent secum diligenter, atque tunc semitam tenerent, quam ductores noviti aperuisserent. Prudens oratoris, effulgensque in dicendo modesta sinceritas præpedierat, ne quid contentionis in urbe consurgeret. Quin fuit Schvenkseldianus quispiam papa nominatus errantium colluvies ex Lutheri dogmatibus pullulanis, licet ipfis damnata Lutheris, qui vinum Oratori honorarium misit, nuntiari jubens, arrississe sibi in concione omnia, præterquam, quod dictum fulerit, neminem fokus fidei adminiculo, nisi charitatis opera, siquidem posset, non adjungeret, certam salutis æternæ fiduciam concipere posse Biduum totum, quo Kaufbura Patres perstiterunt, solandis, erudiendis, atque etiam expiandis, firmansque Catholicis impenderuat. Ac necessarium prorsus fuit compluribus robur & consolatio, ita namque Adversarii vatis in bonis, fortunisque vexandi Catholicos rationes prætextusque excogitarant, ut aliqui civium, queis minor infide erga Deum firmitudo erat, succubuerint tandem, atque ad heterodoxos defecerint.

Ocniponti apud Tyrolenses Nostris quidem, Archiduci, Nobilitati, quin & civibus universè peracerbum evenisset Ferdinandus Albero, ad Provinciam gubernacula evocato, carere, nisi in abeuntis locum Generalis Claudiij jussu ex Provincia Austriaca advenisset Alexander Hellerus, qui & Collegio, & parochiali cathedræ, quemadum Alerus, præflet: ac Rectoris quidem munus triennio, sexennio Concionatoris obtinuit, Vir omnium judicio maximam apud Summos perinde ac infimos gratiam promeritus, perennemque memoriam, quam & consecutus est, ob ingenia animorum emolumenta, quæ ab Albero urbi, viciniæq; collata Alexander mirum ita quodum propagavit, auxilque. Haud levi conatu opus fuit, ut gnavum hunc operarium Tyrolis acciperet. Martinus Uratslaviæ in Silesia Episcopus apud se habebat, & in maximo quidem pretio: jamque negotium contendendi ibidem Collegii propè confitum erat, Alexандri potissimum opera, cum is Uratslaviâ jubetur discedere. Ingratum hoc Antistiti mandatum fuit, statuitque literas ad Claudiū dare, queis sibi reliqui Alexandrum peteret. Hellerus hoc intellecto Præfulem adit, docetque multis, nihil Societati conducibilius, nihil sibi jam inde ab ingressu Religionis fuisse optabilius, quam ut suus destinationibus Moderatorum quacunque in re cursus permittatur, quem, si in transversum agatur, mali saepe eventus terminent, quemadmodum frequenti experimento constet. Acquievit Martinus, & veniam abeundi dedit, quin statuendi Uratslaviae Collegii mutaret consilium. Vices Rectoris, dum Hellerus adventaret, sustinuit Joannes Pistorius, qui primæ gratiæ loco novum Moderatorem rogavit, Schvvazium fibi ut ire liceret, quod duos è Nostris Parochus morti petiit: auditus est Joannes, comitem naclus ex Collegio Halensi Lucam Tschogglerum. Est Schvvazium haud urbs quidem, urbe tamen haud inferior pagus, incolarum numero, ac ædificiorum venustate, quorum aliqua palatiis comparares, auri præterea & argenti fodinis, quæ in propinquuo sunt, nobile. Intra paucos dies, quibus consueta his excursionibus munia Patres exercuerunt, quadringentos & quinque numeravere, qui totius vitæ noxas aperirent. Causam, cur id facerent, afferebant, quod, quantum ex habitis intra modicum hoc tempus concionibus, & crebra catechesi collegissent, nunquā probè adhuc noverant, quid ad conscientiam ex integro emundandam pertineret. Adeò degustatus hic laborum fructus populi sitim incendit, ut tenuis etiam fortunæ homines, victum manu querentes, de suo quidpiam lucello seponere constituerint sustentando, si impetrare possent, è Societate concionatori. In ur-

383
Reliqui frater
Kaufbura
collecti.

384.
Reliqui fru
ter Kaufbu
re collecti.

385.
Albero ad
Provinciam
regimen
evocato sua
cedit Alexan
der Hellerus
Rector, &
Concionator
Oeniponti.

386.
Quem Marti
nus Uratsla
viensis Epic
scopus aggred
dimisit.

387.
Joannes Pi
storius & Luc
Tschoggler
rus Schvvaz
ium exco
luna.

A. C.

MDLXXXV.

^{288.}
Obstinatus
hæreticus ad
extrema de-
ductus fit
Catholicus :
repente con-
valescit.

be ipsa Oenipontana prodigiis instar viatum est, hominem obfirmati in hæretica doctrina animi, cum morbo ad extrema deductus, per vincente Nostro, Catholicum se mori, Catholicis ritu morientium Sacramentis procurari velle contatus fuisse, ac re ipsa confessione expiatus, sacrosancto Viatico refectus, extremitumque inunctus foret, præter omnem opinionem subito melius habere coepisse, ac intra brevissimi temporis moram penitus consanuisse. Constitutus sibi exinde tum in fide, tum in agendis Numini gratiis perpetuus. Halensi etiam civitati & Reginæ in primis Magdalena jucundum fuit cernere, Virum Senatorii ordinis, quem Socii eò perduxerant, ut palam in templo hæresim, quam perbiberat, abjuraret. Ut vero, qui abdicatis, quos ab Urbano Regio meminimus, instillatos fuisse, erroribus, cum Catholicis sentiebant, sanctius etiam, ut Catholicos decet, viverent, persuasum est Senatui, ut approquinibus Bacchanalium diebus, postquam Noster gravissima concione adversus eorum temporum nefandam licentiam detonisset è cathedra, severissimum contra easdem petulantias Senatus-Consultum promulgaretur. Observatus est populus, & Senatui, & sacro Oratori tam modestè, ut Halæ nulla pænè Saturnalium memoria superesse videretur.

^{289.}
Halenum
Civium in
Bacchanalibus
modestia.

In Helvetia Lucernense Collegium novam hoc anno scholam instituit, eamque non tam juventuti, quam omnium ordinum Viris eo tempore, si haud necessariam, certè perutilem, ut in qua ratio conscientiae difficultates enodandi, & quæ licita illicitave essent, discernendi tradebatur. Primus Professor fuit Carolus Peutingerus, Monachio missus, ægrè licet, sed demum in Catholicæ Helvetiæ commodum assentiente Guilielmo Bojorum Duce, in cuius aula Carolus suggestum præclarissime tenuerat. Patrum Conventualium sacra Ædes primùm his explicationibus assignata est, sed brevi post in aulam Gymnasii fuerunt translatæ. Inter Auditores potissimum ex urbe Clericos & Religiosos, perquam saepe adfuerunt vicini ex pagis Curiones, ex civibus primarii, ipséque Nuntius Apostolicus Joannes Baptista Sartorius, magnæ Vir pietatis, nostræq; familiæ studiosissimus, qui, quamdiu Lucernæ fuit, perpetrando quotidie Sacrificio alium locum, quam Sacellum nostrum, haud elegit.

^{290.}
Lucernæ ex-
plicatur
Theologia
Moralis.

Idem fecit Nobilissimus Collegii Hospes Jacobus Christophorus è stirpe Blarerorum de Wartensee, Basileensis Episcopus, eâ unicè, ut tum quidem præseferebat, causa ad dies aliquot sub tecto nostro comoratus, ut totius retro vitæ acta discuteret, & quidquid delicti inveniret, Exomologesi expiaret. Abest Lucernâ bidui propemodum itinere celeberrimum Ordinis Divi Benedicti Asceterium, sacræ Eremi nomine inclytum. Hanc Divus olim Menradus Benedicti Alumnus, Comitis Sulgenium Filius, ante annos fermè nongentos incoluerat, structoque ponè tuguriolum suum facello Beatissimæ Matris Statuam intulerat, quo post vitam sanctissimè traductam à duobus lartonibus per immagine scelus occiso, & Sacello alio nonnihil ornatiore postmodum in occisi memoriam extructo, cum Divus Conradus Constantiensium Episcopus Ædicularum consecratus advenisset, stupendo prodigo ab ipso Mundi Servatore Christo usitatis Ecclesiæ Cæremoniis consecrari ipsemet conspexit. Ampliorum rei narrationem plurium Pontificum testimonio approbatam alii Scriptores referunt. Ab Religiosis Cœnobii illis subin ædificati, & opulentissimè ditati septimo quovis anno, Sacelli, quod augustissimi nunc templi ædificio recipitur, dedicatio, quam passim Angelicam vocant, immenso populi concursu celebratur. Monasterii Antistes, qui hodie adhuc inter Romani Imperii Principes locum habet, Udalricus Witvveilerus hoc anno Principale tenebat Pedum: is primus ad sacros labores, qui in hac celebritate plurimi solent offerri, Sociorum ex Collegio Lucernensi operam adhibere voluit, transmissio ad nostra usque tempora ad subsecutos Principes hujus benevolentiae exemplo.

^{291.}
Jacob. Christ.
Blarerus Epif.
Basileensis
animi recol-
lectionem in-
stituit.

Fribur-

^{292.}
Prima Lucer-
nensum Pa-
trum Missio
in Eremum
sacram.

Gumpenberg
Murerus.

Friburgi Multorum augendus fuit incobarum numerus, quod laborum etiam multitudo creverit. Sed intervenit eos, qui accesserant, sustentandi magna difficultas ex annonæ penuria, quæ tanta fuit, ut decimo nono Decembri, cum plebs paupercula frumento, quod aliunde subvectum ingenti pretio vendebatur, emendo non esset, sex de mendicabulis, quæ panem ostiatis mendicabant, in publica platea fame enecti, morte acerba, alii verò non pauci vix spiritum trahentes corruerint. Nactus est indè Petrus Canisius occasionem civium opulentiorum misericordiam implorandi in concione publica, multorumque viscera commovit, ut famentibus liberaliter subvenirent. Verum, ut in magnis liberisque Rebus publicis diversi diversi sunt occupati affectibus, nonnulli, qui malevolo in Societatem terebantur animo, ex his ipsis commeatū angustiis ansam arripuerē decretum oppugnandi, quod ante biennium Magistratus de condendo publicā impensā Collegio sanxerat. Haud nulla horum vel in Senatu, vel in populo erat authoritas, & absente in Galliis Joanne Lantenio Prætore, qui maximus semper Societatis Patronus fuit, prævalitura sua contra Collegium sperabant molimina: in Curia, in congressibus, in circulis garriebant, periculum esse, ne grave damnum accersatur urbis reditibus, si præter calamitates publicas, quæ jam ingruissent, novi Collegii ædificatio suscipiatur; evenire posse, ut miseria, quæ nunc premat, non solu- modo perduret diutiū, sed augeatur etiam: cui proin levanda ex ærario de- nique publico subveniendum sit; æquum enim esse, ut, quod cives de suo contulerint, in civium commoda, vitamque ipsam sustentandam expromatur; si jam & sumptuosa fabrica accedat, quid reliquum fore ærario Republicæ? nil aliud profecto, quam necessitatem nova imponendi onera, novā exigendi vestigalia, in gratiam hominum, quibus uti pridem caruisset Patria, sic & deinceps facile caritura esset. Nullum æquè telum altius convulnerat plebis animos, quam ingesta, verbosèque exaggerata calamitatis publicæ formido, præsertim quam persentiscere jam occepit populus. Commotum vulgus ad- versariorum dictis plenum postulat vocari concilium, in quo non sanctior tan- tum interiorque Senatus, verum ducenti etiam ex diversis, in quas urbs parti- ta est, tribubus, ut Friburgi in gravioribus negotiis assolet, dicundæ sententiae jus habeant. Haud visum est expedire, ut negaretur id potentibus. At pa- tuit exin, persæpe faciles rerum cursus, offendiculo ipso, dum id repellitur, propelli fortius. Ex veteri gentis Instituto gemini Rempublicam semper mo- derantur Prætores, ut uno, quod facilè evenire potest, absente alter capessat gubernacula. Et aberat hoc adhuc tempore Prætor Lantenus, quem suprà cum milite in Gallias profectum esse dicebamus: verum aderat Prætorum alter Ludovicus Affryus ex antiqua Nobilitate, magna Vir authoritatis, quam ei spectata prudentia conciliaverat, neque minor eloquentia, quæ apud Nui- thones, quorum Respublica, leges, ac mores propemodum ad veterem Ro- manam accedunt, serè tantum usu & opinione valet, quantum olim apud Qui- ritates. Affectus porrò adversus Societatem in Affryo perinde eximius fuit ac in Lantenio. Quapropter certus depugnare pro Collegii causa, cum frequen- tes jam adcesserint Senatus, tribuni plebis, delectique civium, consurgens Præ- tor: Et leve, inquit, Viri, & magnum est, quod in Curiam nos excivit, ne- gotium. Exigua sanè res est, multum altercari de habitatione Jesuitarum in urbe nostra. Quid enim refert, an Societatis Patres, postquam semel com- muni desiderio, assensu, gaudio intra civitatem recepti fuerunt, in platea Lau- fannensi, an verò in monte Bisæo habitent? At verò summi momenti res est civium nonnullorum postulatio, & postulationis causa, qua Senatus-Consul- tum de paranda Societati in Monte Bisæo habitatione tolli penitus, inducique

294
Friburgi Hel-
vetiorum
grassante fa-
me egenis
subvenit Pe-
trus Canisius.

295.
Difficultas
motu ob ædi-
ficium Col-
legii.

296.
Prætoris Lu-
dovici Affyl
in pleno Se-
natū oratio
pro Collegio.

M^D_E^{LXXXVI}. petunt. Biennium haud effluxit, cùm, approbante Magistratu, neminéque alio repugnante, ipsi nos decrevimus suppeditare impensas pro novi Collegii ædificio, ea conditione, ut, quas hactenus domos Patres inhabitassent, urbi postliminio cederent. Urgemur nunc, ut, quæ sanximus, revocemus, ut tanquam non dicta oblitteremus, quæ verbo, scriptoque appromisimus. Quæ hæc tam repentina mutatio nostris Majoribus incognita? nostro usui, moriç penitus insueta? Orbis terræ prædicavit hucusque semper Helvetiorum constantiam, insuperabilem in bellis, immutabilem in promissis. An nihil modò de hac laude deteremus? an ansam haud dabimus garriendi de nobis cum ludibrio: Nithones, quæ heri tanquam mature, graviter, prudenterque delibera statuissent, postridie declarare irrita, & præcipiti festinata consilio? Quid quod obnoxia sit multis periculis mutandi hæc facilitas? Libido improbandi, quod decrevit Curia, quantum fieri potest, ascenda est procul populo; vires capiet audacia, & inquieta plebs, cùm semel statuta Magistratus à se exerciti posse conspexerit, à factiosis, quorum semper aliqui sunt projectæ mentis, ac tumultuosæ facundiæ, levi negotio impelletur, ut eas etiam leges, quæ fundamenta habentur Reipublicæ nostræ, convellere attenter. Conservari haud poterit debita Rectoribus authoritas, nî sua conservetur sanctionibus, quas Rectores condunt, perpetuitas. Aut quæ amabò, Decreti, quod exagitatur, abrogandi necessitas? præstat (turbatores clamitant) sæiente tam immaniter fame, ex æario subvenire civibus, quam alienigenis, sine quibus & stetit hactenus, & stare deinceps poterit Respublica. An exciderunt his, quæ paulò antè audierant? fore nimirum, ut, cùm Bisæcum Montem incolere Patres cœperint, ædes, quas hactenus coluerunt, ad Magistratus dominium arbitriūque revolvantur, quæ si vaneant, recepta ex illis pretia vix non exequabunt sumptus in novam fabricam expendendos. Itaque nihil propècedet æario; solum non nihil commodior, salubriorque Patribus accedit habitatio. Hanc num invidebit quispiam? Enimvero invident Sorices illi, qui suo semet prodiderunt sibilo: dum innuebant, staturam, ut prius, Rempublicam etiam illis emigrantibus, quorum nimis quam solicitam curam Magistratus gerat. Stetit profectò, haud inferior, stetit Friburgum prosperè, ac feliciter, quam diu non in vicinia corruit avita religio. Hac labefactatâ, adhuc, opinor, probis omnibus horror animum quatit ex periculi memoria, ne ruinâ involveremur, qua nequit esse exitialior: anixè circumspeximus, an essent, qui nutantia fulcirent Sacra. Dei munere vir obvenit, qui in multis Germaniae provinciis Ecclesiam, fidemque orthodoxam nunc propugnavit, nunc firmavit, nunc restituit. In animum revocate, quanta cum urbis universæ lætitia Petrum Canisium exceperitis. Quid ille, quid Socii indefessâ operâ præstent, quantum civitati commoden, memorare pluribus supersedeo, cùm oculis ipsi met auribusque delibetis. Hos cùm insectantur nonnulli, temerarius haud ero, si dicam, aut clanculum adhuc in sinu nutritre hæresim, aut flagitosè vivendi querere libertatem, utrique cùm obicem ponat Societas, illorum hæses exponit odii, quæ ut in vulgum transfundant, invisos redditum Patres eunt, velut pecunia, quæ famelicis debeatur, interceptores: quo prætextu si evincant, nc Senatus exequi sinatur, quod Societati de Collegio struendo pollicitus fuerat, næ, illi audaciam suam extendent latius, atque eodem necessitatum publicarum obtenu adlaborabunt, ut nova Societatis familia penitus emigrare jubeatur ex Patria. Superi hanc à nobis calamitatem avertant! quis enim haud videt, animorum utilitates, quas Canisius, quas Socii Reipublicæ afferunt, tantas esse, ut æquè, ac panis quotidianus ad sustentanda corpora, sint necessariae, & quod præprimis

con-

considerandum, expetenda in tempora etiam secutura. Nam pericula, MDLXXXVI, quibus avertendis introducta Friburgum est Societas, utinam citius desitura esse sperare liceat, quam famem, &, qua hoc anno pretermur, alii etiamorum penitiam. Aegyptiacam duntaxat sterilitatem septem annis tenuisse novimus, longis de cetero experimentis constat, unius anni parsimoniam alterius fecunditate, scenoreque multiplici compensari, durabilem certe non esse, nisi forsan iratum Numen diutius nos puniat, ob hoc ipsum, quod submissos à Patria familias in hanc vineam servos asperè tractemus, & inhumaniter. Verum tempus contra spem, quam in Dei benignitate reponimus, longiorem à Deo calamitatem, famemque immissum iri, prout sanè deprecari quidem, sed commeritam fuisse negare haud decet. An propterea Societatis homines inani promissionum fallaciā torquebimus? an non latemur, quod ex promisso debemus, largiri posse ex munere, quo testamur, quam grata, quamque astimata sit civibus solertia Patria, & ingens charitas, qua hoc ipso tempore opitulari famentibus diu noctuque satagunt. Frugali ex mensa palatum ipsi defraudent, unde copiosis mendicabilis sportulas impleant: ipsi vicatim circumdeunt, ut panem corrogent esurie deficientibus. Et quam crebro ferventerque de cathedra exhortantem audimus Canisium, ut locupletiores in communī hac necessitate egeribus subveniant. O quanto plures, quam vidimus, extinti fame jacerent, nisi virorum è Societate nunquam non pervigil charitas, exemplo ac voce aliorum pariter excitasset misericordiam! Ex his quam ego opinionem certamque animo formarim sententiam, percipite: si nullum adversus heres præsidium, nullum adversus ignorantiam magisterium, nullum ad bene conformandos mores ex concionibus & catechesi impulsū, nullum ad morbos Christianā patientiā tolerandos, mortemque pie obeundam à Societate haberemus auxilium, quae tamen omnia habemus affatim, illam nihilominus non modo in urbe retinendam, sed benevolentia nostra, beneficiisque, uti hactenus prosequendam censeo, ea duntaxat ex causa, finēque, ut si quando venturis temporibus publica denuò, quam Superi avertant, calamitas inguerit, habeat patria viros, à quibus auxilia solatiaque petere, certoque exspectare possit. Hic mihi, nil aliud, quam Reipublicæ bonum spectanti sensus est. Ite jam in suffragia, & judicate, an hodie primū suadere incipiā, quod non ex Patriæ universitate bono fuerit. Secundissimo murmure assensuque præsentium universali excepta est Prætoris oratio: acclamatum voce unanimi, nihil immurandum in Decreto pristino, inchoandam protinus, quam Magistratus spondistet, Collegii structuram, & hujus quamprimum curatores nominandos. Nominati tres fuerunt, Pancretius Wildius, Christophorus Reissius, & Leimerus Senatorii omnes ordinis, & Familiae simul nostræ amantissimi. Qui, ne hostibus nostris aliquid de novo tricandi mora sineretur, materiam pro ædificio ita accelerarunt, ut, postquam duodecimo Julii fundamenta, sed tamen absque singulari pompa, ne insultare quispiam adversariis putaretur, jacta fuerunt, ædificatio ante hyemem ad secundæ contignationis altitudinem assurrexit. Compertum fuit postea, hostibus non parum olei ad excitandam flammatum suppeditatum fuisse ex libro apud Bernates impresso, calumniis contra Societatem, mendacisque turgido, quem proin & Socii confutandum calamo, & longè validius Patres Patriæ edito Senatus consulta proscribendum suscepserunt.

Neque tamen subacta fuit penitus adversantium malevolentia, cuius occultos comites ab hereti injectos fuisse nemo prudens dubitabat. Spargunt in vulgus, Jesuitas iis, quos in confessione audierant, continentia legem indixisse, quin subornant etiam conductos mercede testes, qui id affirmant. Gravior

297:
Confirmatum
Décretum de
extruendo
Collegio, &
executioni
datur.

A.C.
MDLXXXVII
398.
Novæ contra
Friburgenses
Socios calumniæ.

A. C.

MDLXXXVII fuit calumnia altera. Post res in Gallia pro Helvetiis illuc militantibus ininde prosperas, rumor increbuit, Bernaeibus, qui anno ejus Seculi trigesimo sexto Lausannensis Episcopatus ditiones, urbemque ipsam Lausannam Episcopo cripuerant, periculum imaginere, ne possessione iterum dejicerentur. Fama hæc gravissimos in urbe motus excivit. Publicæ Helvetiorum libertati metuebant uni, Religioni Catholicæ alii, utrius bono in patriam animo. Sed, cùm de via ad eundem terminum pertingendi maximoperè discreparent, ac neutra pars à sua opinione divelli posset, factiones ortæ sunt periculosæ, scissa inter semet civitas, & aliquamdiu laborandum fuit impensissimè, dum pax & quies pristina redderetur. Ancipiti loco, dum animi calerent, stabant, uti cæteri in urbe Religiosi, ita & Socii. Prudentia, modestia, vita Institutum exposcebat, ne apertè ad alterutram factonis partem sese acclinarent. Consilia pacis vacuas neccum aures inveniebant: silere itaque, remque Deo multa precatio-
ne commendare fuit reliquum. Sed neque tacere in hujusmodi discessioni-
bus periculo vacat, utraque enim pars suam tibi probare causam sataget, hanc
si claris haud verbis approbes, si alteram claris haud verbis condemnes, si con-
testeris etiam, nihil causam ad te pertinere, qui id duntaxat labores, ut omni-
bus promiscuè, quæ statūs tui sunt, impendas officia, responsum hoc perinde,
ac silentium tuum suspicionem ingeret, clanculum astutè duntaxat à te mentem
celari, re ipsa probari partem adversam, cum qua sentias tacitus, & colludas. Ita
vulgus saltem judicare assolet. Gnaviter oportunitate hac usi fuerunt oppu-
gnatores nostri: evulgant inter cives, suasissime Jesuitas Cantonibus Helvetio-
rum Catholicis, ut, relicto Galliarum Rege Henrico Tertio, nova cum Philippo
Secundo Hispaniarum Rege constituant foedera. Hanc famam ut propagent,
hominem mente captum & rationis impotem operosè edocent verba hæc:
Cavete Friburgenses. Hispanus intra fines est patriæ: noxiū quid machi-
nantur Jesuitæ: has ubi voces memoriae tandem impressit amens, circummitti-
tur per urbem, elato identidem clamore, verba, quæ retuli, ingeminans. Haud
ita inter se dissidebant incolæ, ut non multi tum nobilium, tum civium in aman-
da æstimandâque adhuc Societate convenient, facilèque agnoscerent, fig-
menta esse, quæ contra hanc spargerentur à malevolis, hæreticisque, non alio
animo, quām ut Societatem plebi invisam, & execrabilem redderent. Qua-
propter, cùm Petrus Schnevelinus summæ ædis Præpositus, primus cum Ver-
cellensi Antistite Collegii Author, animadverteret, multis in urbe Patrum in-
nocentiam abundè perspectam esse, multis errorem, in quem fraude induxi-
fuerant, demi posse, ipsem in concionem progressus, confertæ plebi & at-
tentissimè auscultanti, postquam studio sensuque maximo enumerasset utilita-
tes, quæ Patriæ elapso sexennio ex fideli Sociorum opera obrigissent, scaturi-
ginem velut indice demonstravit, unde in Socios odia hactenus, & recentes
præsertim calumniæ profluxissent, ab hæresi nimirum, aut animo persuasiōni-
bus, quas hæresis instillasset, præoccupato. Rumoris, qui aduersus Confessarios
disseminatus fuerit, authorem mulierculam esse indicat, quam ipse velut infame
prostibulum mendacii turpissimi ream publicè modo proclamet, nulla ha-
bita propinquitatis, si quæ sit, ratione. An non viderent cives, commentum hoc
eo tendere, ut aboleatur denuò, odiosusque evadat mos saluberrimus frequen-
tandi sæpius Divinissima Mysteria, quem Patres ingenti labore, sed pari animo-
rum emolumento, ad aliquam veteris Ecclesiæ formam, instaurasset. Pro-
fundioris malitiæ accusationem esse alteram, qua Patres antiquorum foederum
hactenus observantissimam Rempublicam novis consiliis turbare velle insimu-
lentur. Quo rumore, si fidem inveniat, quid aliud effectum iri, quām ut civi-
tas universa à Sociis abhorreat, atque indignos judicet, qui vel unum diem
cole-

199.
Præpositus
summæ ædis
Petrus Schne-
velinus So-
cietatem in
publica con-
cione defen-
dit.

tolerentur intra pomœria? Quod si eveniret, exultaturos, tanquam re opti- MDLXXXVII
mè gesta, hæreticos, amotis, quos ipse Præpositus, quos Clerus universus vigi-
lantissimos in pascendis ovibus hucusque habuisset adjutores; impunè gregem
invasuros lupos, & quotquot cum lupis ululent, cum præsentissimo periculo,
ne tam benè cœpti Religionis, virtutum, morumque progressus collabascerent.
Hæc ampliter exsecutus Orator populum obtestari cœpit, ne maledicorum fa-
bulationibus aurem porrò accommodarent, & fucum sibi fieri paterentur, ne-
que pejus de Sociis suspicari vellent, ex eo solùm argumento, quod ad illa, quæ
agerentur inter Senatum ac cives, tacerent ipsi, neque vel ex publico suggestu,
vel in sacro pro confitentibus tribunali, aliòve colloquio materiam hanc attre-
cent, &, si tractaretur ab aliis, surda velut aure præterirent, contenti suis in-
stare munis, sui instituti laboribus: silentium hoc à prudentibus approbari,
non tantum ut in Viris Religiosis laudabile, sed pro hoc rerum statu exopta-
bile, nedum, ut quisquam sapiens moderationem hanc & cautelam ininterpre-
tetur, velut indicium accessus collusionisque ad partem alterutram. Denique
petuit à Magistratu, ut sua etiama authoritate, legibus, statutisque poenis enor-
mem infantes conviciandi calumniisque incessendi compesceret petulantiam.
Ipsus insuper omnem, qua, uti Præpositus, valeret, addixit operam, non abs-
que minis exercendæ, quam Ecclesia, Patria, status tribuisset, in refractarios se-
veritatis. Pondus habuit apud omnes gravissima Schnevelini facundia, quem
aliás jam & stirpis nobilitas, & officii Ecclesiastici dignitas, cana senectus, &
perpetuus laudatissimæ vitæ tenor, ac nemini ignotus propagandæ Religionis
ardor omnibus reddiderat venerabilem. Quapropter concidit, quidquid
acerbitatum malignior de Collegio fama excitavet, neque artes protinus suas
resumere ausa est lingua convicians, præsertim, cùm & paulò post malacia ur-
bi rediit, & nova dē civibus benè merendi oblata est occasio: non optabilis
quidem, necessariò tamen arripienda: Duraverat anno amplius annonæ in-
gens penuria, & cum hac apud permultos egestas rerum omnium, quæ cùm ma-
ter sit malorum plurium, inter alia varias genuit, ac periculosas ægritudines,
quæ cùm mederi volentium peritiam superarent, per omnes passim domos vul-
garæ speciem pestilentiaz præ se serebant. Gymnæsum vix non vacuum stetit,
exteris præcipue aliò festinantibus, plena ex adverso languentibus valetudina-
ria publica, ac privatæ etiam indigenarum ædes. Adfuerunt prope inodum
æstate tota hinc intervicens ægris, indè præparandis ad beatum obitum mo-
rientibus continuata diu noctuque Sociorum studia, quibus perspectis accensa
plurimum est in illos benevolentia, unde & Senatus nemine jam obloquente,
Collegii fabricam propè ad tectum usque provehendam curavit, & privatorum
etiam eluxit beneficentia.

Respirabat nonnihil Collegium tam à laboribus, quos morbi, quæm à
molestiis, quas malevoli excitaverant, cùm aliam lugendi materiam attulit nun-
tius de morte Francisci Bonhomii Vercellensis apud Allobrogos Episcopi,
cajus Viri summum amorem in Societatem, cùm universa Collegia, quibus
tunc stetit Provincia, experta fuerint, æquum quidem est, ut perennem ejus me-
moriā singula conservent. Friburgense tamen Collegium illius laudes sibi
unū peculiatiter sumit posteritati consignandas, tum quod sua, ut vidimus, po-
tissimum Francisco debeat primordia, tum quod Franciscus dignum judicarit,
cui ultimam amoris sui tessera, pignusque relinqueret, ac deinde, quod
haud immerito dubitare liceat, an ulquam alibi in Germania, quæ tamen opti-
mo Præsuli plurimum debet, de illo monumentum extet. Fuit Joannes Fran-
ciscus Bonhomius domo Cremonensis apud Insubres patritio genere. Ado-
lescentiaz ac juventutis annos non tantum bonis artibus, verum sacri non minus,

MDLXXXVII quām profani Juris scientiā p̄eclarē excoluit, ad quas dotes cūm singulārē morum probitas accessūset, meritus etiam est à Sancto M̄diolanensium Antistite Carolo Borromæo diligi, qui post acceptam sacram Purpuram Bonhomium in urbem accitum causis negotiisque ad Caroli officium pertinentibus audiendis & examinandis p̄eposuit: Auditorem vocant. Poenitentiarie dein, ut appellant, evasit Referendarius, ac paulò p̄ost à Gregorio Decimo Tertio Vercellensis Ecclesiaz Infulam accepit, Caroli denuò commendatione; qui etiam moriens Bonhomium h̄eredem scripsit omnium, quas vivens elaboverat, lucubrationum. At Bonhomii potior cura fuit, ut in suo munere h̄ares fieret eximiæ, quam in Carolo assiduus p̄enè domesticus eluentem viderat, sanctimoniaz; nihil itaque priùs habuit, quām defunctum Archiepiscopum vigilantia pastorali, munificentia in ædes sacras, miseratione & largitate in pauperes, urgenda disciplina Ecclesiastica, animi fortitudine, cæterisque virtutibus velut redivivum exhibere. Talis cūm esset, non unius solummodo, sed complurium Ecclesiarum necessitates illius postulabant solicitudinem: quapropter lustratā priùs Pontificis iusli Comensium, ac Novariensium Ecclesia, ad Helvetios, Rhætosque Nuntius Apostolicus ablegatur. Quo in munere quanta pro Religione tum conservanda, tum propaganda intra unius, non plūs, anni spatiū gesserit, longum esset enarrare singula. Coactis Syndicis, inspectisque coenobiis pristinam disciplinam, Ecclesiasticam perinde ac monasticam restituit. Collapsam in Populis pietatem monitis, statutis, & longè magis sanctissimæ vitæ exemplis erexit. Rhætorum Episcopum cum illius Reipublicæ capitibus magno rei Catholicae bono conciliavit. Fœderis Baleensem inter antistitem & orthodoxos Helvetiorum Cantones author fuit, ac demum Friburgensibus Petrum Canisium dedit, cūmque illo Societatem post superatas mille difficultates induxit, qua de re semper ille lætari, ac velut benè gestorum in Helvetia coronide loqui auditus est. Iussus postmodum Legatione fungi ad aulam Cæsaream Rudolphum Secundum Imperatorem, primum quidem in Pannoniam ad Regni conventum, dein Augustam ad Imperium comitia est secutus. Exin demandata Dalmatiaz, Silesiaz, Moraviaz, Bohemiaz; lustratione perfunctus est tanta cum laude prudentiaz & conjunctaz cūm forti Zelo moderationis, ut unus ipse p̄æ aliis censeretur idoneus ad avertenda ubique Religionis pericula. Incubuerant ea tum temporis Coloniaz Agrippinaz & universo Belgio ex funestissimo casu, quem alibi delibavimus. Româ igitur mandatum accipit Bonhomius, ad Ubios quantociùs se conferat, ac dein Eburonum, cæterasque Belgii Ecclesias inspectet, quæ dum solicitissimè agit, succubuit tandem immenso curarum oneri, Leodiūmque delatus id solatii habuit, ut, qui Societatem intime dilexerat, foverat, protexerat, inter Sociorum manus mortem, sanctissimè ad eam comparatus, oppeteret. Corpus exanime, ati petierat, Vercellas delatum est, ut saltem post obitum in Ecclesia sua conquiesceret, quam vivo propter universæ Ecclesiæ comoda non nisi breviter inhabitare concessum fuit. Aëris defuncto superfuit modicum, quod ejus colligendi & cura non fuérat, &, quod obvenerat, vivens potissimum per manus pauperum in cœlum p̄emiserit: Legata proin pauca, & paucis relinquerere testamento potuit. Inter hos paucos tamen immemor esse non sustinuit vel eminùs positi Collegii sui Friburgensis. Trecentos illi florenos legavit liberale omnino, & vel ob amorem, ex quo donum hoc provenit, nullo sat pretio estimabile Mnemosynon.

303.
Lucernæ
comprecatio-
nes.

Lucernensis Collegii res fluxere quietius, quod in urbe etiam pacata sémper essent omnia, totusque populus sanctioribus curis intentus Coelum affida

MDLXXXVII

affidua preatione expugnandum suscepisset, flectendumque, ut calamitates auferret, tum quæ patriam, tum quæ hoc anno multis in locis graviter affligebant Ecclesiam. Gallia intestinis ita laborabat dissidiis, ut Catholici, duri tescirent, Regisne, an Guisiorum partes præferendæ essent, ambiguâ causâ, tertis interim sese bellis conficerent. Ruina, quæ Romanis Sacris pridem in Anglia incubuerat, iisdem in Scoria quoque regno exitium attulit, utpote Regina Maria Stuarta nuper in odium fidei capite plexa; apud Ubios, captâ à Martino Schenkio Bonnâ factiosi, qui pulso ob damnatas nuptias Gebhardo adhæserant, Clasicum rursus insonabant. Belgarum aliquot Provinciæ tam intet le contra Hispanos foederatae, quam remotæ à concordia cum fide orthodoxa, dimicabant indies pertinaciis. Hoc rerum articulo quis non cerneret, è Cœlo accersenda esse auxilia, Numinisque opem ferventer implorandam? Admoniti de hoc Lucernates à Sociis, inflammatique adhortationibus, comprehensiones instituerunt eâ pietate ac frequentiâ, quæ suo tempore, ut videbimus, alios etiam populos extra Helvetiam ad imitationem accensuta esset. Legatum Apostolicum ita tenetè commovit juventutis Gymnasticæ modestia, & corollam Marianam quotidie in scholarum Aula recitantis pia conclamatio, ut, constituto in Urbem reditu, non priùs Lucernâ discedere voluerit, quæ ad Gymnasium revisens, convocatis unum in locum Magistris simul ac discipulis, Benedictionem Apostolicam conceptis verbis impertitus esset. Oeniponti in Tyroli ambigas, majörne fructus ex ea, quæ de suggestu, vel quæ in planis explicabatur, doctrina consurrexerit. Conciones quidem, quas Alexander Hellerus in æde paroeciae habebat, summa audiendi scitis apud omnes fuit: ipseque Andreas Ferdinandi Archiducis filius, quem Pontifex ante biennium inter sanctæ Ecclesiæ Cardinales adlegerat, inter auditores non jam sola dignitate, sed studio, & aviditate audiendi præcipius extitit, quidquid negotiorum intervenisset, seponere, differtéque solitus, ut sacra dictio, quotiescumque haberetur, adesset. Multum in nobilissimi Juvenis animo, ut olim memorandi locus erit, valuerunt in concionibus audita axiomata, ad confovendam virtutum copiosam sementem, quam prima Andreæ atatula ex plissima educatione acceperat. Archiducis Patris sollicitudo in id maximè incubuit, ut ea, quæ in urbem Oenipontanam de pueritia Catecheticis dominis instituenda jam induxit, per universæ Tyroleos fines propagaret. Ad diversos Episcopos, quorum jurisdictioni diversi pariter Tyrolensem tractus, hinc cæteræ Germaniæ, indè Italiae confines, sunt attributi, literas dedit, petiisque, ut suis quisque curionibus feria de Catechismo frequenter explicando mandata injungeret, quod prolixè omnino executioni datum. Ludimagistris leges positæ, typisque mandatæ sunt, queis jubentur etiam intra hebdomadem temporis quidpiam seponere, qua triviales scholas Catechismi traditione sanctiores, aestimatiōresque efficerent. Bina libellorum, quibus doctrina hæc continebatur, millia Cardinalis Andreas coëmi, dividic puerulos inter ac puellas jussit, & Leonardus Schillerus ab Herderen supremus in Tyroli Cancellarius Vir doctissimus nequaquam vacivas, quas nactus erat horas, minus dignè utiliterque collocatas judicavit, quod Simonis Verpæi librum de formandis pueritiae ad vitam fidemque Christianam moribus in linguam vernaculam converterit, preloque ediderit. Ex adverso, ne incauta juventus in devia abriperetur, saluberrima lege vetus Archidux, ne liberi à parentibus literas, & officia condiscendi causa in urbes, provinciasque haeresi infectas amitterentur, pauperculis vero, qui Gymnasium frequentabant, adolescentibus id novi beneficii adjecit, ut qui in ædes hucusque conductitias

Brixiens.

304.
Nuntius Pota-
tificius Bene-
dictionem Ap-
ostolicam
impertior
Discipulis
Gymnasti.

305.
In Tyroli Ca-
techismi ex-
pliatio late
propagata.

306.
Andreas Cat-
ecchia. Austriæ
sedulitas in
audienda con-
cione.

307.
Archiducis
Ferdinandi
studia propa-
gandi Cate-
chismi.

308.
Et Cardinalis
Andreas, ac
Schilleri Ca-
cellarii.

309.
Archidux
pauperculis
studiosis ædes
proprias coë-
mit, ubi ei-
bum ñha su-
ponit.

A. C.

- MDLXXXVII ad cibum, quem ex aula missum fuisse olim dicebamus, unà sumendum ventabant, propriam posthac domum haberent, & mensam communem; domum comparavit Archidux florenis quingentis: ut mensa non nihil laetior fieret, quingentos florenos alios testamento legavit Georgius Heupichler à Rheinfels, ducentos Jacobus Zollerus à Zollerhausen. Administratio domus & legati utriusque demandata fuit Collegio. Cæterum novam Ferdinando sui de Societate ostendendi sensus occasionem præbuit calumnia. Vir magni nominis & Principi carus Nostrum delegerat, cui totius vitæ commissa enumeraret: accidit paucis post diebus, ut eundem fatalis alimentorum omnium nausea corriperet, ut neque fluidi alimenti neque solidi quidquam oculus ferret, nedum stomachus. Itaque post triduum sive inediā, sive alio, quod super venerat, malo extinguitur. Non parùm indoluit Princeps: quod ut nonne mo sensit, struendæ calumniæ locum esse arbitratus, acerbum hoc funus inde evenisse Archiduci coram dixit, quod è Collegio unus demortuo absolutio nem negasset, nisi triduanam is ab omni esca potuque pro expiandis noxie sponderet abstinentiam; paruisse alterum, sed explendæ sponsioni impare succubuisse tandem & occubuisse. Tacere nugivendum quantocyūs iustit ac fæcessere Archidux, nimiū sibi perspectam esse testatus Virorum è Societate cum pœnitentibus agendi prudentiam, ac moderationem. Quid quod mendacium hoc haud mediocriter Collegio profuerit? Dcgebatur in urbe Vir Nobilis, & præcipuo insignis munere, verùm Societati infensus admodum, qui comperta fabulæ, quam modò memini, vanitate, cœpit revocare in mentem, sparsa hactenus fuisse convicia, commentaque adversus familiam nostram quamplurima, quorum falsitas toti postea terrarum orbi patueret. Orsus deinde causas indagare, ex quibus tam impudens mentiendi audacia & libido profueret, agnovit tandem, aut invidiam esse, aut odium, quo vel hæresis vel effrenis flagitiosè vivendi licentia illos persequitur, à quibus obicem sibi remorāmque ponit experitur. His diligenter secum expensis Collegium inexspectatus habuit, amicitiam expetit, quam ut minimè ficto animo contraxit, ita deinceps, quamdiu vixit, sancte coluit. Invitaverat Halam Guilielmum Bojariæ Ducem Materteram Magdalena, quæ inter cætera gratissimum hospitem recreavit aspectu recens ædificatae domus, quam spuiflissima Regina Divæ Catharinæ auspiciis commendatam, & insignitam nomine, destinavit, tum adolescentibus, qui in Virginum suarum Templo Musicam posthac adornaturi, tum aliis, qui sub disciplina nostra sponte contubernium sibi, dum scholas frequentarent, delecturi essent. Halâ ad Avunculum Archiducem Oenipontum ascendit Guilielmus. Duxerat secum Principem Filium Maximilianum, quem Sodales Parthenii, memores haud pridem omnium in Germania Congregationum Præfeturam ab Sodalitate Romana Primaria huic Principi delatam fuisse, multa cum honoris significatione, variisque generis carminibus, & emblematis salutârunt. Jucundum hoc Patri & Gnato, at multò gratius fuit audire, quâm gnaviter Sodales Oenipontani exempla Monacensium imitentur. Nam & Oeniponti, quod anno superiori tam Monachii, quâm Ingolstadii factum est, hoc anno, Præfetus, Assistentes, & quaterni, qui Nobilitate inter Sodales eminebant, æmulati sunt. Feria quinta majoris hebdomadæ binos singuli pauperes scholasticos delegarunt, quorum postquam pedes, strati & ipsi in genua, in publica Sodalitatis exedra lavissent, osculoque delibâssent, liberali etiam stirpe paupertatem sublevârunt,

310.
In eisdem
benefici
Georgius
Heupichler &
Jacobus Zol
lerhauserus.

311.
Archidux so
cietatem
contra ca
lumniam de
fendit.

312.
Calumniae
hujus detecta
falsitas alium
ex iamico
Societatis
amicum red
dit.

313.
Malæ Magda
lena Regina
contuberni
um pro scho
laribus con
dit.

314.
Guilielmus
una cum filio
Maximiliano
Oenipontum
venit.

315.
Oeniponti
Sodalium no
bilissimi in
Coenâ Domi
ni allorum
pedes lavant.

Cate-

Cæterum mense Septembri Ferdinandus Archidux, Conjunx, duo filii Andreas Cardinalis, & Carolus Burgoviæ Matchio tetenderunt Mönachium, an ut cognatis, qui ad se nuper inviserant, mutuasa amicitia vices rependerent, an potius, ut spectatis, quæ in Aula Bojariæ vigebant, quotidiana pietatis Christianæ exemplis, Aula quoque Oenipontana ad eadem, ut luculenter faciebat, continuanda incitaretur. Venerunt Principes sub ipsa Bacchanaliorum tempora: accessit Neoburgo Philippus Ludovicus Palatinus cum uxore ac liberi. Excepit gratissimos hospites Guilielmus omni officiorum honestæ que oblectationis magnificentia, verum, ut solebat, etiam inter profanas hilaritates spargendo pietatis semini dissimulanter intentus esse voluit, ut juvenis scholastica scenam adornaret. Argumentum ipse posuit Divitem ex Evangelio Epulonem. Interfuerunt Principes, quos numeravi, omnes, nec absque sperato fructu. Actio primùm ludicra, & faceta, demum in feriam gravemque desinens, pias animorum excitavit motiones, ita, ut multi etiam ex Lutheranis, quos Palatinus & ipse Lutheranus in comitatu adduxerat, fieri cohibere non potuerint. Certè Wolfgangus Wilhelmus Ducis Neoburgen sis Primogenitus propensionis aliquid tum erga Guilielmum, tum erga Religionem Catholicam domum retulit. Ex quo quis bonorum non lætetur dum recogitat, eo ipsò tempore, quo Satanas laborat, ut ager Domini totus in spinetum degeneret, manum Divinæ Providentiæ lily inter spinas planasse, quod in Ecclesiæ orthodoxæ hortos translatum, germina suæ per omnes Christiani orbis plagas, Cæsarumque & Regum Aulas non absque suavissimo virtutum odore olim sit diffusurum. Guilielmus, cùm oculis usurpasset, quam scitè convictores, qui ultra centenos in contubernio, quod erexerat, numerabantur, Nobiles plerique, aut honesto saltē loco nati, suam in seena nupera personam egissent, haud sine maximo Principum, qui interfuerant, oblectamento, & Boicæ Juventutis commendatione, cùmque perspectum etiam Duci foret, quantos hi adolescentes in literis ac pietate progressus ficerent, omnem operam & contentionem adhiberi jussit, ut novum, quod pro Convictoribus struebatur, ædificium hoc etiamnum anno absolveretur. Habitaverant hucusque hi juvenes angustas admodum ædes, & præ vetustate ruinam meditantes eo in loco, ubi hodie Gymnasium, quod minus appellant, visitur. Non jam scholæ, quas Albertus Parens ædificarat, quantumvis amplæ, capiendæ sufficiebant augescenti indies scholasticorum multitudini, itaq; novum illis receptum parare necessum fuit: sed & Collegii, cuius structura fermebat, ampliare oportebat spatia. Quamobrem Convictorum antiqua dominus solo æquatur, aliisque struitur, moenibus suburbii propior, nec tamen à Gymnasio multum remotior, admittendæ etiam ex vicino camporum æquore salubriori auræ peraccommoda, cum atrio intra cavædium, & spatio adiacente horto. Absolutum stetit ædificium & solidè simul & celeriter, ut sub autumnum citra valetudinis detrimentum incoli posse judicarint Medici. Immigratio facta est haud absque apparatu. Ipsi eam Principes Pater ac Filii, variarum item civitatum Legati, qui tum foederibus publicis contrahendis aderant, præsentia suâ cohonestarunt. Pauperibus etiam scholasticis, quibus liberali stipem destinatam fuisse alias diximus, nova accesserunt subsidia: quadragenitis adolescentibus ex aulæ penu panis unus ac bina ciborum fertula singulis in dies singulos fuerunt apposita præter annuam pecuniæ summam, haud contemnendam, cuius solvendæ dimidiā partem Guilielmus Princeps, alteram Ferdinandus Frater in se recepit. Sodalitas Mariana hoc anno ad imitandum suæ pietatis exemplum alias quoque pellexit Congregationes; cùm

MDLXXXI

vli.

316.
Principes Typ
roleas ve
niunt Monac
chium.317.
Guilielma
Hospitibus
piæ Satanae
lia exhibet.318.
In die pro
pensionis ad
sidem Castro,
locis in
Wolfgang
Palacio.319.
Guilielma
novus pro
Convictori
bus ædificat
costruuntur.320:
Immigratio
ia novum
contubet
rium.321:
Aucta in
Scholasticos
pauperes
Guilielmi &
Ferdinandi
liberalitas,

enim

A. C.
MDLXXX
VII.

322.
In Parasceves
Præcessione
terme aliae
Sodalitates
seconjugunt
nostra.

323.
Guilielmus
ipse Frater
Filius, &
Marehio Ba-
densis Proces-
sionem comi-
tantur.

324.
Hæreticorum
librorum in-
geniem co-
piam unus
unicus tradit.

325.
Ad Principem
Ferdinandum
in Wirten-
bergiam pro-
fectum Noster
conclaves
habet.

326.
De Senis Ca-
tholici Stug-
gardiensis
constatia me-
morabilis
eventus.

enim more ab aliquot annis introducto processionem per urbis compitadie Parasceves deduceret, aliæ ternæ Sodalites eodem ordine modoque progressæ obviam, sese nostro Sodalito junxerunt, quod exemplum hoc primum anno editum subsecutæ sunt annis posterioribus Congregationes, quas Monachium habet, multò plures. Unde est, cur hodie facerrimis diebus, queis Redemptoris sui mortem luget Ecclesia, tam prolixa ordinatorum agminum, corpora variè afflictantium, conspiciatur series. Cum sacra hæc cohors, Ductoribus Ferdinando Guilielmi Fratre, Maximiliano Filio & Carolo Marchione Badensi ad Principis palatum pervenisset, ecce, tibi ipse Guilielmus pullo, quem ferè semper gestabat, habitu, ut proin facile omnes, quis esset, agnoscerent, prodit in plateam, nulloque Nobilium comitatu, sed tribus duntaxat stipatus servulis, supplicantibus sese adjunxit, facem una manu, altera Virginis Deiparæ corollam præferens. Perseveravit circumiens usque ad supplicationis finem, in multam usque noctem productæ, concurrente, ac tenerrimo animorum motu, lachrimisque Principis sui pietatem spectante, stupesciente, collaudante subditorum multitudine conseruissima. Publica hæc tantis authoribus edita religionis monumenta mirum haud est in hæreticorum quoque corda vim habuisse permagnam. Septuaginta ex his & quatuor ad orthodoxos Sociorum operâ se converterunt; unus porro, qui à nemine non censebatur Catholicus, quantam domi pestilentiae diffundendæ copiam in occulto parâsse, ipsem, serio flagitiosa consilia sua detestatus, prodidit, dum solus trecentos libros hæretica rabe venenatos in Collegium deferendos, & luce, quam à flammis acciperent, donandos sponte tradidit. Lætabilius in ipsam usque Wirtenbergiam Bojaricæ Religionis splendor effulgit. Ferdinandus Guilielmi Frater ad Ludovicum Wirtenbergiæ regulum officii causâ invicturus, geminos è Nostris Sacerdotes in comitatu esse voluit, quorum alter Dominicis, Festisque diebus, quocunque locorum divertissent, ad Ferdinandum Principem, ejusque universam familiam concionem habuit. Stuggardiæ, quam Dux inhabitat, Tubingam, ubi Lutherorum Academia est, deducti, magna comitatis significatione excepti fuerunt à famigeratis inter suos Libri de Concordia cùsoribus Jacobo Schmidlino, & Jacobo Herbrando. Et quanquam de Religione sermones multi, longique fierent, à contumeliis tamen & clamoribus temperatum est. Erat inter Ludovici Aulicos primæ Vir Nobilitatis, atque etiamnum Catholicus: sed quod Noster periculum esse cerneret, ne variæ allelationes incatum, neque satis ab eruditione instructum tandem in transversum ägerent, magnopere deserendi aulam, in qua cum salutis periculo degeret, auctor fuit. Obtemperavit alter, ac posthabitum, quæ magna jam obtigetant, & quibus majora sperare poterat, emolumentis, relicta Wirtenbergia in Orthodoxi Principis terras immigravit, à quo haud multò post honoratum omnino est consecutus officium. Nostrorum adventus Stuggardiensi civi senculo grande solatium, ipse nostris gaudium creavit. Minimum trigesies ad Consistorium suum sacri, si Superis placet, Tribunalis Synedri senem hunc citaverant: nihilque non egerunt, ut Ecclesiæ suæ proselytum facerent; incassum omnia. Unde iracundior Prædicantium unus: aut nostram, exclamavit, profiteberis religionem, audiēsque conciones, aut ego minister Verbi esse definam: tuum certè auditorem, reposuit civis, me videbis nunquam. Uterque yates extitit: pedem Templo Acatholico senex nunquam intulit, Prædicans post temporis intervalla modica in furorem & amentiam actus, sequé ipsum de fenestra in subjectam plateam præcipitans miserabili morte

extin-

extinctus fuit. Brunovium haud ignobile in Bojaria inferiore oppidum invitatus è Collegio. Sacerdos, intra pauculos, quos illic traduxit dies, effecit tamen, ut urbis Praefectus ipse, conjunx, totaque familia post expiatam à noxis conscientiam publicè in templo Parochiali sacram Synaxis celebrarint, quæ res, quod extra tempus Paschale facta esset, ad id temporis inusitata, universæ urbis admirationem excitavit. Quid duo è Sociis, quorum unus in literis Praeceptor Aegidius Fabricius, alter Joannes Bredanus Concionator & Confessarius, ternis Guilielmi Filiis mense Septembri Ingolstadio Salisburgum abeuntibus adjunci, ea in urbe pro Deo operati sint, sequens annus memorabit.

MDLXXXVII

327.
Brunovium
excurrit, ex-
colique No-
ber.

Verum & in longinquas regiones suppetias ablegavit Monacense Colle-
gium. Antonius Guijanus, qui, ut alias dictum, aliquot annis in Guilielmi
Aula Cathedram tenuit, haud pridem Romam accessitus Monachium nuper
remissus fuerat, ut unà cum Othono Eisenreichio Collegii Rectori quatuor So-
lemnia Professorum in Societate vota nuncuparet, ipso tunc Provinciae Prä-
posito Alberto solemniter Sacris operante. Adfuit celebritati non Princeps
tantum, conjunx, & Filius Maximilianus, verum ingens etiam multitudo
populi, qui hoc amori dedit honorique Patrum, quorum unus generis inter
Bojas nobilitate, alter facundia, ambo doctrinæ ac virtutis fama Monacensi-
bus notissimi; nuperimo triduo jucundissimum toti urbi humilitatis religiosæ
spectaculum dederant, cum vili palliolo togâque induiti, & scipione viatorio
instruti, frustilla panis, & alia, quæ obstatim emendicarunt, in pendulam
ex humeris manticam recondentes conspecti fuerunt. Guijanus non ita post
Româ mandatum accepit exequendi, quod quarto voto nuper promiserat,
eundi videlicet animorum causâ, quounque lubuisse Pontifici. Petrus
Moldavia, quæ antiquæ Daciæ pars est, Princeps, etsi Ruthenico adhuc
implicitus schismati, Sacerdotes petuit à Pontifice, qui Catholicorum, quos
inter variam sectarum colluviem ferè quindecies mille in terris suis numerabat,
curam gerent, & Religionem tuerentur. Sextus Quintus Pontifex nego-
tium dedit Aquavivæ Generali, ut aptos deligeret, qui mitti possent. De-
lectus inter alios etiam Guijanus fuit. Et Guilielmus, uti superiore anno ca-
rere pretioso concionatore suo Peutingero maluit, quam promovendæ in
Helvetia rei Catholicæ deesse, ita neque modò, ne Pontificis spem, & ipsius
Guisani ardens pro Christo laborandi frustraretur desiderium, Missioni huic
intercessit. Verum longius, atque felicius è Sociis nemo abiit, quam Nicolaus
Carpentarius, ex toto videlicet terrarum orbe ad Cœlum, ut sperandi
causa abundè suppetit, evocatus. Heidelbergæ illum ediderunt parentes,
Lutheranum, an Calvinistam, nescio; Bona indoles & supra ætatem pruden-
tia idoneum reddiderunt, ut non modò ad Catholicos accederet, verum
etiam in Societatem admitteretur. Annos in ea versatus non plures septen-
decim in Academia Ingolstadiensi Philosophicas disciplinas tanta cum laude
tradidit, ut Valentinus Rotmarus Eloquentiæ tum Professor externus, adhuc
viventem edito in lucem carmine celebrandum suscepit. Monachium exin-
de missus, quod singularis in viro tractandæ, atque ad omnem probitatem
educandas juventutis dexteritas, quam & Rotmarus laudat, adverteretur,
Contubernio Convictorum fuit præpositorus. Supervenit munus suum utilis-
simè obeungi morbus admodum diuturnus, supervenire agrotanti nocturna
spectra, larvæ & graviter infestæ, quæ Nicolai tolerantiam haud modicè fati-
gârunt. His demum vexationibus Divinissima Trinitas finem peculiari bene-
ficio

328.
Antonius
Guiganus &
Otho Eisen-
reichius vota
solemnia cum
solemnitate
edunt.329.
Guiganus à
Pontifice in
Moldavia
mittitur.330.
Mot & Eli-
gius Nicolai
Carpentarii.

A. C.

MDLXXXVII

ficio posuisse videri potuit, in præmium peculiaris religionis, qua Sacerrimam Triadem Nicolaus devotissime semper coluit. Piissima enim morte occubuit eo ipso die, quo tunc sacrosancti unius ac Trini Numinis adorationem Ecclesia ritu solemni celebravit.

^{331.}
Tres Bojriæ
Principes In-
golstadii ab-
eunt, redit
eorum frater
Maximilianus.

^{332.}
Ethices scho-
la Academica
Nostris tra-
ditur.

^{333.}
Inchoata tem-
pli structura.

^{334.}
In loco, ubi
Knöringiana
Bibliotheca
hucusque ser-
vabatur.

^{335.}
Augustæ Ro-
seffius para-
reas Gbi insi-
diis religiosa
prudentia
avitat.

Ne Academiæ Ingolstadiensis splendor, qui ex Philippi, Ferdinandi, & Caroli Bojriæ Principum virtute, ac sedula, quandiu adfuerunt, Gymnasii frequentatione multum increverat, ex eorundem discessu quidquam desperderet, Maximiliani Principis natu maximi reditus effecit. Regredi Ingolstadium Parens jussit, ut primùm in Gymnasio Rhetorices, subinde in Academia Dialectices scientiâ erudiretur. Theologicam doctrinam illustrârunt formis typographicis editi à Gregorio Valentia tres libri de vera Christi sub speciebus Evcharisticis præsentia. Ethicæ disciplinæ cathedra hoc anno Societati est tradita, quam primus è Nostris consendit Joachimus Rhetius. Jucunditatem haud modicam attulit Collegio tum quaternorum supra quadragenos ad Sacra orthodoxa traductio, tum assignatio loci, in quo sacris & hi, & populus universus interesse possent. Dudum indagaverant, & Nostri, & amici aream pro templo exstruendo, nam angusta ædacula, quæ hodie, quæ templum subitur, porticus seu vestibuli formam, ac superimpositum Divi Hieronymi facellum habet, quantillam partem undantis, & ad rem nostram divinam confertim anhelantis multitudinis partem capere poterat? Arcta interim vel pro solo Collegio erant spatia; cætera privatarum ædium dominis infessa. Unum pone stabant ædificium, sed, quanvis possessorem privatum non haberet, hanc ipsam tamen ob causam, quod plurimum exposceretur assensio, difficilior futura videri poterat domus adeptio. Joannes Egolphus Augustanae Ecclesiæ Antistes, olim jam Academiæ Anglipolitanæ copiosissimani Bibliothecam, ut alibi narrabamus, donaverat; domum illi recipienda struxerant impensa ærarii sui Patres Academici. Quod vicina eslet Collegio, apta etiam judicata fuit templo in domus area statuendo. Præscio Duce Guilielmo exploratus Academicorum sensus est, qui, ut erant jam benevolo in Societatem animo, amicè reposuerunt: non refragari se, quod Socii concepissent, consilio, modo aut Princeps, aut alii suo ære locum aptarent, in quem Knöringenensis Bibliotheca scitè commodeque transponeretur. Spopondit hoc Princeps: accommodata est Bibliothecæ illa ipsa Academicæ ædificii pars, quam sub prima Collegii exordia Patres annis sat multis incoluerant. Dejecta protinus domo, qua cesserant Academicæ, primus in novi templi fundamenta lapis est collocatus, haud sine consuetis cærenoniis, quas Principis jussu nominèque Joachimus Fuggerus, & Liechtenavius obierunt ipsa Divo Hieronymo sacrata feria, sub cuius Patrocinio prior ædacula steterat. In ejus rei memoriam adhuc in postica templi parte odeo subjecta Oratorium, ut paulò antè dictum, atque ara visitur Ecclesiæ Doctoris maximi nomine ac Præficio dedicata.

Augustæ Vindelicorum, cum tumultus publici & punitionum metu & Magistratum prudentia conquievissent, habuerunt tamen Socii, quod ab insidiis sibi circumspectè caverent. Fuit, cum inter noctis ac diei confinia ignoti aliquot, honesto unus habitu, viliore cæteri, ac famulari, pulsant foras, Rectorisque (is adhuc Roseffius erat) alloquium petunt, cum hic venisset, à Fuggero, nescio quo, missos se dictitant, qui Rectorem in cena hospitem habere discipiatur, ut referre possit, quæ haud injuncta futura essent. Agit grates Roseffius, at simul veniam flagitat deprecandæ invitationis: consuetudinem haud esse, ut sola foris coenandi causâ ex domicilio Societatis quisquam sub noctem prodeat.

Sub-

Suboffensos se monstrant emissarii, ac ingrata se domum reportaturos memorant, discedunt tamen. Postero die mittit ad Fuggerum Roseffus; qui coram excusaret, quæ hesterna acta essent, rogaréisque, si Rectoris operâ officioque uti porrò vellet, præstò adfore, quavis hora allubesceret. Admirans Fuggerus, perspectam sibi laudatamque esse Religiosi domicili consuetudinem reposuit, unde nunquam in mentem vénisse, ut quempiam evocatorem ad convivandum ablegaret. Conjectari exinde licuit, quām immane epulum nefarii convivatores parâissent Roseffo, si aut sermoni nimium credulus, aut religiosæ disciplinæ minùs tenax fuisse. Servavit nempe Deus virum, Augustanæ jam diu urbi, ac toti subin Provinciæ utilissimum. Præcipuorum certe Patrum, qui Augustæ sese congregaverant, judicio delectus hoc anno fuit, ut ad procuranda totius Provinciæ negotia Romam abiret, cùm hucusque & Collegii gubernatio, & conciones templi cathedralis Roseffum tenuissent; & illam quidem Henricus Gaugenrieder Ingolstadio accitus, has verò Provincialis ipse Alberus in se recepit, usquedum ex Italia Gregorius remearet. Initia rectionis Gaugenriedero faciliora sunt reddita ex eo, quod pestis, quæ priorre anno ingruerat, cessaverit, remedio depulsa propè nimis rigido hyemis nimium rigore, quod tantum fuit, ut brumæ asperitas multos enecârît: in gentia segeti illata damna, indè frugum penuria, egestas, famæ, inter quæ mala, quantus sacris operariis laborum sese campus aperuerit, facile cogitatu est. Annonæ defectum inter Provinciæ Collegia Dilingana præcipue dominus sensit, aliàs jam à priori exordiis paupertina. Conscius indigentiae, Antistes Marquardus trecentos siliginis modios dono submisit, subsidium quoque ingens accepit lacra non minùs templi supellex, quām penus domestica ab Martino Stevordiano viro nobili simul ac erudito. Levamenta hæc fuerunt corporis; solatia mentis, quæ subjungo. Sacris Divi Ignatii Exercitiis dies permultos cum illustri viro Hornstainio impedit celeberrimi Vinearum in Suevia asceterii Benedictini Præful Georgius; quantum is postea & suo & aliis coenobiis in disciplina, ad primæ pietatis viriditatem revocanda commodârit, Bucclinus, ex eodem Monasterio Scriptor eruditissimus annotatum reliquit. Collegium Sancti Hieronymi præter juventutem ex communi vita admodum copiolam & nobilem, variarum Religionum alumni incoluerunt, quinquaginta. Ex his, qui ad Divi Benedicti Regulas vitam ordinabant, Festum Divi Patriarchæ sui diem non celebritate modo sumnia in templo, sed & pietate domi consecrârunt, cùm pridie in triclinio tota eorum cohors simul sese flagris excepit. Sanctissimo huic Ordini die, quam Deiparae Partus venerabilem reddit, terri sese adjunixerunt tyrones, quos in Collegii facello, sacro Ordinis amictu Wigulæus ex Divi Blasii apud Hercynios Monasterio sacerdos ritè convestivit. Cùm edicto Judicum septena sagarum corpora in rogo cremarentur, strenue adnixi fuere Patres, ut earum salem animæ perpetuo incendio eriperentur. Elvacum videri queat nostrates incolas potius habuisse, quām hospites. Evocati fuerunt Dilingâ labente anno quinquies; & semel quidem per omnes Adventus Dominici, iterum per omnes Quadragesimæ hebdomadas eos in urbe sua perstare voluit Wolfgangus Princeps. Et Mathias quidem Schwerfribus ex cathedra Christiani hominis officium, Andreas verò Sylvius orthodoxæ fidei capita sic enucleabat, ut docenti non infima tantum, sed corroborata etiam ætas magno numero adesset, Principis inflammata exemplo, qui non contentus legem sanxisse, ut suam Ludimagistri pueritiam adducerent, ipsem non semel Sylvium, dum ad catechesin pergeret, nunc in urbis, nunc in suburbana templa pedes comitatus, catechesi intersuit, cum redeunte repedavit. Cùm idem Princeps intellexisset, quantâ diligentia Patres ægrotis, ac morientibus auxilia sua præstarent, an ad eorum comprobandom vigilantium, an ad zeli sui exercitationem, certè ad urbis totius ad-

336.
Cui dein Romanam misso
Henricus Gau-
genrieder in
officio Recto-
ris, in Cathe-
dra ipse Pro-
vincialis Al-
berus succe-
dit.

337.
Cessante peste
hyems frigi-
dissima, fru-
menti penuria
& famæ in-
gruit.

338.
Marquardus
Episcopus &
Martinus Ste-
vordianus in
Collegium
Dilinganum
benefici.

339.
Abbas Vine-
rum Georgius
Dilingæ Exer-
citia S. Ignatii
obit.
Bucel. Germ.
Sacra p. r.

340.
Dilingæ Reli-
gionum in
Convictu pia
exercitia.

341.
Septem ve-
nificie à no-
stris ad piam
mortem com-
parantur.

342.
Elvaci salu-
briter labo-
rant Mathias
Schwerfribus
& Andreas
Sylvius.

343.
Wolfgangi
Principis ac
Prepositi El-
vaciensis fan-
cta Religio-

A.C.

MDLXXXVII mirationem, sacrosanctum ex vita migrantibus Viaticum ipsem non raro detulit, largam semper stipem adjicere solitus.

344.
De Collegio
Ratisbonæ
collocando
difficultates.

Dum hæc pietatis exempla simul & incrementa cupiditatem habendi Societatis domicilium augent in Elvacensibus, Ratisbonensibus contrâ stimuli fuerunt subditi, ut cœptis, quæ agitari sentiebant, de Collegio ponendo consiliis obicem ponerent. Statuerat Guilielmus Bojariæ Princeps ædes, quæ Guettensteinianæ vocabantur, quásque jam à pluribus annis Bojariæ Principes possidebant, in Collegium efformare, & cum angustæ nimiùm essent, vici-nas domos geminas coëmtere. Harum una ad civem pertinebat acatholicum, de cuius emptione, cum prævideret Magistratus, quem in finem tractaretur, adduci nunquam potuit, ut oblato quantumvis ingenti pretio vendendæ dominus potestatem civi faceret: religioni quippe sibi ducebat suæ urbis tecta iis concedere, quos tunc longissimè à moenibus arcendis esse persuasum habebat.

345.
Quatuor ta-
men ex nostris
Ratisbonam
veniunt, inter
hos Carolus
Peutingerus.

Quaterni interea ex sociis in ædes Guettensteinianas advenerunt, quibus præesse jussus Wendelinus Volkus: Fuit inter hos Carolus Peutingerus ex Helvetia revocatus, qui primùm quidem haud absque interjectis à non-nemine, à Guilielmo Duce tamen sublatis obstaculis suggestum obtinuit, Michaëlis Cardanæ loco. Hunc enim, non sine pii doloris sensu remitteret ad suam in Austria Provinciam compulsa fuit nostra, Carolo Archiduce Styriorum Principe ita exposcente, qui ejus opera ad Lutherum è Styria exterrimandum usus est, æquè feliciter, ac in Bavaria Guilielmus, quanquam inter aperta sæpe, quæ Michaël subiit, capitis pericula. Ulterius hoc anno Ratisbonæ Collegii fundatio provecta non est.

346.
Michael Car-
danæs in
Syriam evo-
catus utilissi-
mè ibidem
laborat.
Alegambe.

MDLXXX

VIII.

347.
Resumitur &
componitur
negotium Sta-
tuendi Ratis-
bonæ Colle-
gii.

*Hundius in
Metropoli
Salisburgi.*

Sed neque subsequens annus multò majorem negotio progressum indulxit. Enatae fuerant inter Guilielmum & Summæ ædis Canonicos, nescio quam ob rem, questiones contentiosæ, quibus, ut fieri amat, cum quælibet pars non unam juris lui tuendi augendique materiem misceret, in disputationem quoque tracta fuit Collegii nostri fundatio. Arbitrarius Viena venit Philippus Antistes Placentinus Pontificis ad Cæfarem Legatus: qui, quidquid contentionum esset, feliciter composuit. Inter cætera pactionibus, in quas Cathedrale Collegium benignè consensit, id quoque insertum fuit, quod ex Wigulæ Hundio in Metropoli Salisburgensi, cum Episcoporum Ratisbonensium acta recenset, exscribimus. Fundatio & erectio Collegii Patrum Societatis IESU in civitate Ratisbonensi pro libitu Serenissimi Ducis instruatur, & ex pecuniis relictis ab Hochwart, ac etiam sex millibus florenis ab ærario Episcopali vel ex annuis mensæ Episcopalis redditibus exigendis, si ita Summo Pontifici placuerit, juvetur, atque in posterum unanimi consensu suæ Serenitatis & Capituli totis viribus conservetur, & augeatur, ita tamen, ne mensæ Episcopali hac occasione onus perpetuum imponatur, & nisi cum auctoritate Sedis Apostolicæ in proventibus etiam in Collegii utilitatem veris aliquo modo reficiatur, & compensetur; Sua Serenitas occasionem & commoditatem à Summo Pontifice procurabit, atque implorabit. Gaudet vero Societas in Collegio illo omnibus immunitatibus, & Privilegiis, quibus gaudet totus illius civitatis Clerus, habebiturque pro membro Ratisbonensis Ecclesiæ. Patres autem, cum primùm potuerint, studeant pro eorum Instituto instrui juvenes, qui eidem Ecclesiæ Ratisbonensi addicti sint, & serviant. Hæc cum vergente jam ad finem Junio transacta, mutuisque firmata fuissent stipulationibus, reliquum anni variis areae, in qua Collegium statueretur, investigationibus consumptum est; certi decretum nihil.

348.
Ingolstadii
Philosophica
Cathædra in
perpetuum
Societati attri-
buicit.

Quapropter Dux Guilielmus, cuius clementissima in Societatem studia fatigari haud posse videbantur, curas transtulit ad ea perficienda, quæ alibi locorum inchoaverat. Tenuerunt nostri ab aliquot jam annis locum inter Academicos Anglipoli Professores facultatis, ut appellabant, artisticæ, seu

Philo-

Philosophiæ, nondum tamen perpetui in his cathedris Magisterii possessionem Principis decreto capeſſiverant. At hoc anno, cùm progressus disciplinæ Aristotelicæ in Juvenibus, qui nostris Præceptoribus operam dabant, luculentem emineret, ipséque Guilielmi filius Maximilianus Academiam & publicas Professoris nostri de Philosophia, quæ mores gubernat, Prælectiones frequentaret, soli imposterum Societati facultatem, quam memoravimus, propriam esse voluit, utque ejus usu non aliter quam ex Ordinis Instituto fruiciceret, legitimis tabulis iulſisque edixit, minimè ingrato etiam cæteris Academiæ Patribus beneficio, ut inter quos ac Socios magna nunc erat animorum consensio & amicitia. Jam templi quoque Anglipolitani fabricam tum idem Princeps, tum conjunx Renata multa liberalitate promoverunt, Martinus item Schaumbergius Antistes Aureatensis, qui suis è sylvis copiosam ligni cædui materiem subministravit, tam ad sedilia, quam ad trabes, quæ tectum paulò post imponendum sustentarent. Fuerunt cōmplures ex Clero & nobilitate alii, qui, cùm templum brevè absolutum percuperent, largitionibus, quæ ad octo florenorum millia ascenderent, maturando operi adlaborarunt.

Non eandem omnes voluntatem attulerunt ad templi, Collegiique structuram, quæ Monachii inchoata fuerat. Et pauci quidem adversus Principis Munificentiam in Divi Michaëlis æde molienda, veluti profusam, contraria audebant moliri consilia, sat prævidentes, Duceū suum à contentanda insigni monumento pietate, quam erga Militiæ Cœlestis Ducem intimo animo imbiberat, nunquam deductum iri. Plures erant, queis sumptuositas, quæ in Collegii ædificium videbatur fieri, materiam obloquendi suppeditavit. Haud inficias itaus, domicilium hoc, pro eorum temporum, quibus struebatur, ratione magnificentum nimis splendidumque censi potuisse, unde morosis sepe ac propè importunis precibus ipsi Patres nostri institerunt Principi, modum poneret suæ in Societatem benignitati; esse beneficium omnino maximum, quod habitationem paret commodam, at longè majus fore, si splendorem intermittat, sinatque Socios ita habitare, ut una habitet religiosa paupertas, livor verò & invidia procul arceatur foribus. Repetitis deprecationibus subaffersus Princeps, Et ego: respondit demum, volo, ut me finatis ædificare, prout mihi est lubitum: petere me posse opinor, ex meis hactenus erga vos meritis, ut remittatis aliquid de vestra habitandi confuetudine, & æquo feratis animo, si potior mihi sit dignitas mea, honor meus, cuius quantum Princeps rationem habere debeat, cùm probè noverim, haud patiar me ab incepto dimoveri. Proin aut hanc, quam, ut me decet, ædifico, domum incolite, aut alium metatorem hospitii querite: nam illiac quidem, ubi nunc degitis, ut nihil aliud, angustiæ profectò vos brevè expellent. Ultimæ hæ voces in eam congruebant sententiam, quam responsi loco ad Matrem Annam perscripsit. Ad hanc nitirum configerunt, quos vel invidia, vel quæcunque

demum affectio perpulerat, ut Collegiū ædificationem præpeditum irent. Literæ Guili. Argumento usi fuerunt, ad muliebrem simul, senilemque genium peraccommodo: immanes sumptus, quos in ædificia pro Societatis Collegio expendi oporteat, verboscè exaggerant, atque ab his ut filium dehortetur, curamque potius ærarii suadeat, multis flagitant. Dissimulare Anna haud potuit, suggestiones has altè penetrâisse in animum. Quod ut advertit Guilielmus, pro eo, quo in Societatem flagrabit, affectu, Epistolam ipse admodum prolixam suo ingenio concinnatam, sua manu scriptam Annæ parenti misit, quâ cogitata sua genitrici etiam approbare conatus est. Rogat in illa primùm, ut, cùm Genitrix lectam Epistolam accuratè expendisset, alijs quoque expendendam tradat, iis præcipue, quibus, quod alijs dono datur, maximè locis, hominibusque sacris, semper aimium; quod ipsis, semper exiguum, ac infra spem & merita videatur. Docere dein agreditur, quam & avus & Pater jam olim

Histor. Prov. Germ. Sup. S. f. Dec. V. Rr 2 magno-

349. *Templi Anglipolitani structura beneficio Principi, Martinis Schaumbergii Episcopi Eystettensis, & aliorum.*

350. *Monachii quorundam murmura contra structuram Collegi.*

351. *Cujus splendorem Nostri quidem deprecantur, sed frustra.*

352. *Literæ Guili. elmi Ducis ad Annam parentem apologeticæ pro structura Templi & Collegii.*

magnoperè in id incubuerint, ut Societatem intra Bojariam haberent, eventu, quem pro Dei amplificanda gloria & Religionis haud conservatione tantum, sed incremento etiam, felicissimum nemo, nisi livore aut improbo odio excoecatus non cerneret. Genitorem certè Albertum testamento ultimisque mandatis præcepisse, ut, cum labores Sociorum in urbe Monacensi semper augescerent, locus pararetur, in quo plures habitare, aliique possent. In hunc finem insciis omnino Sociis petitam concessamque fuisse à summis Pontificibus Pio Quarto & Quinto facultatem colligendi ad præfinita annorum spatia Decimas, redditusque ex Monasteriis, quæ sub illud tempus incolis vacarent, unicè, ut Societatis indè Collegia excitarentur. Verùm ex tanto, quod centena florenorum millia facile confecisset, multum quidem in ejusmodi usus, qui & ipsi inter religiosas impensas numerari possent, fuisse insumptum, at Societati, cui tamen ex Pontificum destinatione summa omnis præcipue deberetur, obvenisse nihil. An non igitur Principis ærarium debito hoc etiamnum teneretur? Ita profectò se moneri à sua ipsius conscientia, ita suos iudicare Consiliarios, atque indè Collegii ædificationem iusasse. Et verò (pergit) cur dissuaderent? Tria fluxerunt Decennia, ex quo habitarunt Socii incommodè prorsùs, nunc verò tam arctè, ut, si quando vel negotia vel itinera binos ternosve hospites è sua familia Monachium ferant, totidem alii ex ordinariis incolis cedere cubiculo, quod charitas erga peregrinos depositit, & alicubi scamnis incubantes noctem traducere compellantur, quo commodiùs advenæ quietem capiant. Quid, quòd jam & veteres inquilini in proprio cœnobio se molestè angustari sentiant? nempe, postquam Societas in Gymnasii sui discipulis cum literarum studio simul pristinæ pietatis igniculos resuscitavit, in multis etiam adolescentibus ardor ad varias confugiendi è seculo religiones atque ad Sancti etiam Augustini Ordinem recaluit. Voti compotes facti sunt aliqui, plures fierent, si habitacula suppeterent. Dubites; mater optima, an Socii ex his angustiis libentiū abire, an, qui eos hactenus hospitio juverunt, malint dimittere. Credi fas est utrisque molestam esse mansionem, ad quam ut diutiū ferendam utrosque cogamus, neque existimationis nostræ tuendæ cura sinit, neque amor patitur, quo magni Augustini perinde ac magni Ignatii filios complectimur. Itane alii, non dicam, Reges ac Cæsares, sed Principes, Abbates, Comites, & quidem ii, quos ad Bojariæ nostræ gubernandæ ministeria adhibemus, ut Heltensteinii & Fuggeri, perquam aperte Societati ædificârint domicilia, templa, soli nos audire coram, coram intueri cogamur quotidie, nusquam alibi Societatis Patres diversorio uti precario duntaxat, nisi Monachii, nusquam præterea incommodius, arctiusque habitare, ac in ea urbe, quæ Bojoruim Principum Sedes est, & emolumentis laborum, quos Socii bono publico maximos suscipiunt, maximè perfruitur? Scio, quid iniqui rerum estimatores garriant: sit, inquiunt, struatur templum, ædificetur Collegium, at cur tam magnificè, tam splendidè? quantis ad hoc impensis opus erit? vorago sumptuum hæc structura est. Enimverò ad templum quod pertinet, verbo Principis contestor, profiteorque, nunquam mutaturum me, quod de illo mente statutum habeo. Pridem mihi persuasum est, singulari Numinis destinatione eum mihi lucis vitalis primum fuisse diem, qui simul Michaëlis Archangeli veneratione consecratus est, ut videlicet, quoties mundo meum esse reminiscerer, toties conscientiæ auscultarem, vellicanti memoriam urgentique, ut monumentum excitem, quo excitetur simul perpetua adversus Deum Divosque Angelos Bojorum pietas: avertant hoc probrum Superi, ne Posteri nostri, ne subditi nostri in oblivionem delabi sinant, quanta Cœlum bona, procurante Michaële Archangelo Domui nostræ totique Bavariæ indulserit, quanta mala eodem protegente averruncarit. Octago-

simus appropinquat annus, ex quo pax & quies stetit patriæ, quin calamitates, quæ totam miserè vastarunt Germaniam, ultra limites nostros progressæ fuerint. Timebamus illas, at non sensimus. Inter circumfrentes hæreses conservata avita religio, inter perduellum tota vicinia rusticorum crudelissimas furias perstitit subditorum erga Principes Bojos amor & felicitas. Bello Mauritiano cùm Suevia omnis Franconiæque fœdissimis direptionibus, incendiis, sacrilegiis fuisset pessumdata, solus, qua propior Tyroli Bavaria tractus est, incommodi quidpiam fuit perpeñus, cæteris omnibus salvi & incolumes agri, domus, fortunæ permanerunt. Et his annis, quibus pro filio tuo, fratre meo Ernesto, pro tuenda apud Ubios Religionem, pro Domus nostræ seculo, ut speramus, haud uno duratura gloria bellum suscepimus, quot jam reportavimus victorias? quot oppida, arces expugnavimus? Tantam felicitatem avus & Genitor grati adscripsere post D'Eum, Exercituum supernorum Archistratego Michaëli, Militiæ cœlestis præsidio, ac vigilantissimæ pro Bavaria defensioni. Quàm essem ingratus, nî idem & ego ficerem? nî sedulus curarem, ut fieret ab Gente Bojorum universa? Improbus sit, qui improbet grato à me animo monumen-
tum poni supremi Numinis, Michaëlis & Angelorum Tutelarium honori. Templum itaque (nam quæ monumenta alia Christianos Principes magis condeceant?) eorundem cultui dedicandum ædificare constitui. Pro cuius structura, quantumvis magnifica, & ornatu, quantumvis divite, quidquid sumptuum expendetur, quantillum erit, ad eas & nostri ærarii, & univeriæ Bojariæ opes, fundos, urbes & oppida, quæ tot annis, tótque inter viciniæ ruinas cœlestium Spirituum tuitione & custodiâ durârunt illibata? Scio, genitrix amantissima, quæ tua est in Superos pietas, ac in rebus dijudicandis prudentia, non rata habebis tantum, sed laude etiam digna æstimabis consilia nostra, populi verò Boici, si cœptorum causas ritè edocti fuerint, cœpta ipsa collato omni studio & ope lubentes promovebunt, Monacenses præcipue: augetur indies, quæ DEI gratia, nostrâque ingens est consolatio, vitæ Christianæ Divinorum Mysteriorum usu in virtutis studio perpoliendæ desiderium, fiducia item erga Patres, & voluntas, intima animi negotia cum illis pertractandi, maxima denique tum aliis solennitatibus, tum quovis mense Ecclesiasticas in eorum facello Indulgentias, quæ animabus purgatoriô igne detentis transscribi possunt, obtinere cūpientium multitudine: cuius tamen pietati tam ob Sociorum paucitatem, quàm facelli ad rem Divinam concessi angustias nequit omnino satisfieri, ut persæpe quamplurimi, postquam ultra meridiem ad sacra tribunalia, mensâisque Eucharisticam perveniendi oportunitatem præstolati sunt, deliciis, quas speraverant, frustrati male famelico non tam stomacho, quàm animo cogantur abscedere: unde commune jam urbis votum est, ut & numerus Sociorum amplietur, & locus, in quo Incolarum Religio explicari magis, & exsariari possit. At verà: clamant, sit planè: plures accersantur Socii: cur autem moles, quam habi-
gent, tam superba atque adeò vegrandes sumptus absorptura instituitur? Miror híc admodum, quòd hæretici, qui universè Religiosorum in Ecclesia habitationes, prodigi luxûs & superbiaz mordaci ore & calamo inculant, nonnullos etiam ex Catholicis imitatores sociosque obtrectationum nanciscantur, in hoc tamen Heterodoxis dissimiles, quòd illi universa Religiosorum domicilia in tuguria & pastoritias casas conversa mallen, hi Societatis potissimum unius Collegia, & ex his ante alia Monachiense subrutum eant. Ichnographia multos in errorem agit. Hujus exempla, nescio quis, quamplurima quoquoversum dimisit scitè admodum expieta, quæ in primis longum ædificii tractum eumque continuum ante oculos ponunt, recto assiduarum fenestrarum ordine, cum projecturis suis marginibuscque, orbiculatis par-

Merianus.

tim, partim quadratis, interjectis etiam portis, & portarum antepagmentis, turribus item, ambulacris, peristylis, hortis & hortorum pergulis, quæ omnia, penicilli ope uni simul obtutui repræsentata, & majorem oculis jucunditatem, & ampliorem offerunt splendoris ac magnificientiæ speciem: unde mendax ab hæreticis (an etiam Catholicis?) divulgatus est rumor, palatum ædificari pro Jesuitis Monacensibus Rege habitatore non indignum, regalis familiæ excipiendæ capax, & solo Hispanorum coenobio, quod Philippi Secundi ærariò, tam, ut spargere amant, nocuum fuerat, Escuriali inferius. Invidiosissima sanè, nec minus falsa comparatio. Ignorant videlicet, aut malitioso silentio tegunt, longam hanc & æquabilem ædificiorum seriem non Patribus tantùm recipiendis, sed templo etiam, geminandoque ob Sodalium ac discipulorum multitudinem, tum Congregationum Oratorio, tum scholarum Gymnasio destinari, quæ haud profectò exiguum soli spatium intercipiunt. Haud diffiteor, curaturum me, ut nitor aliquis & elegantia oblongam ædificii frontem plateæ objectam, prætereuntium aspectui reddat amabilem, venustamque: licet multum id Patres tam suæ modestiæ, quam alie næ invidentiæ memores deprecentur. At memor ego sum pariter tuendæ existimationis nostræ; vult hæc, ut ea in urbe, in qua Principes ipsi resident, si quas ædificationes iidem moluntur, eo cum decore perficiant, qui spestandam exin ædificatoris magnitudinem objectet. Quamvis potissima hæc venustatis pars in extima duntaxat facie sit hæsura, & cum ea moderatione, ut æquus inspecto neque prodigum me, superbūmve, neq; habitatores eo domicilio indignos proclamandi causam sit inventurus. Quæ verò interiorem receptum occupabunt, talia erunt, quibus carere nullum potest asceterium: an ullum namque horum communi non instructum videmus Bibliothecâ, triclinio, horto, conclavi, ad quod nunc Religionis, nunc literaria exercitia peracturi, aut etiam relaxaturi, sublata mensa, animum convenienter? An atria, officiæ, habitacula pro famulitio? Horum verò firmitudini maximè, dein ambulacrorum nitor munditiæque inducendæ, haud amplius, quam Religiosos deceat, consulemus. Privata singulorum cubicula ut ampla sint, Patres non exoptant, ut, quantum prohiberi potest, non sint incommoda, nostrum providere erit. Reputo mecum, multos è Sociis aut habendis concionibus aut laboribus scholasticis destinatum iri: aliqui gubernandi Collegi vel præsides vel administrî erunt, aliqui ætate morisque fracti. Quis culpæ vertat, si aliquanto amoeniorem his, quam cæteris, habitationem pareremus? cum in aliis etiam coenobiis, utut severæ disciplinæ, qui hujusmodi dignitatum, munerum, valetudinis conditione sunt, parili commoditate perfruantur. Reliquis, opinor, nemo invidebit, si, dum variis domi lucubrationibus, foris animorum lucro plurimum destinentur, solatii aliquid refocillando animo ex luce hauriant, quamvis & hanc nisi per unam duntaxat fenestram possint admittere; veniet quondam, ut spero, ea temporum rerumque felicitas, qua, dum in his ædificiis prodigentia modò arguimus, beneficentia nostra mediocritatem, in qua vera virtus consistit, non absque publica laude, & illorum præsertim, qui has ædes incolent, grata recordatione observâsse judicabitur. Hæc Wilhelmi epistola quam aliquos Annæ parenti sensus ingenerârit, cognoscere licuit non solum ex eo, quod ne verbulo quidem cœptum à filio ædificium posthac improbare notata fuerit, verum pretiosas etiam vestes aliaque ornamenta sacra pro Divi Michaëlis futuro templo submisserit. Quin & illi, quos vel invidia, vel rei penitus contemplandæ inconsiderantia, & Principum consiliis obganniendi prurigo instigaverat, ut, quæ struebat Princeps, maledico dente admorderent, vel remelius inspecta errorem dedocti, vel, animadverso, apud Annam aliò jam inclinantem nihil se profecisse, obmurmurare amplius non sunt ausi. Certè,

353.
Quantum hæ
Guilielmi
literæ in ani-
mo Annæ
Matris effec-
rint.

354.
Sopiuntur
obmurmura-
tiones.

quos vel Princeps, vel Ordines Patrii eo tempore rationariis præfecerant, et si toties magna libertate censuram adscriperint, quoties inutiliter quidpiam, aut minus necessariò nimisque profusè expensum fuisse judicarunt, absque illo prorsus ungue, quidquid in templum, Collegium, scholas insumptum fuit, transmiserunt. Salisburgi Philippo ac Ferdinando fratribus Guilielmi filii brevi luctum fecit tertii fratris Caroli Sexto Calendas Novembres morte extincti jactura: Permansere tamen cæteri dūo in statione. Perstiterunt & nostri duo Bredanus & Fabricius persequi studia, quæ mox ab adventu Salisburgenium commodo & animorum lucro ex Instituti sui ratione suscepserant, quantum quidem ab officiis, quæ Principibus suis debebant, vacivi temporis nacti fuerant. Leuchtenberga oppidum & arx est apud Noricos cum ampla Satrapia, quæ Landgraviatus dignitate Principibus pari effulget. Georgius Ludovicus Landgravius vir insigniter Catholicus, ut subditos, quorum multi hæreticis erroribus depravati fuerant, Ecclesiæ etiam Orthodoxæ morigeros redderet, Monachio unum è nostris depoposcit, eventu admodum prospero: intta tempus breviculum ducenti quinquaginta Catholicorum sacra maximo Principis gaudio sunt amplexi.

Landspergensis Tyrocinii Domus geminos hoc anno parentes exhibet, in quibus filiorum ad Societatem accessus prô quàm dissimiles excitavit sensus! Thomas Kernius undeviginti annorum Juvenis nobili inter Bojos loco; absolutis Rhetoricae studiis in Familiam nostram receptus inter Tyrones agebat. Id cùm rescivisset parens, famulum cum acerbissimis literis Landspergam mittit, jussum simul, ut blanditiis minisque nihil intentatum relinquat ad persuadendum Gnato redditum. Haud gravatè Magister Novitiorum abeundi facultatem Thomæ dedit: verùm is lacrymis perfusus provolutusque in genua suppliciter, ne amandaretur, precatus, in eandem fententiam parenti rescripsit, argumentisque gravissimis, cur in Societate vivere morique decreverit, preces humillimas adjecit. Incitata potius hoc responso ultra modum paterna ira est: literæ denuò mittuntur longè atrociore, sed graviore vicissim constantia & libertate, quæ filios DEI decet, respondet Thomas, ita, ut fractus Pater dolorem, quem incautè præceps ubique evulgaverat, intra se se commordere mallet, quàm ulteriores insultus, quos æquè irritos fore prævidebat, posthac à multis improbandos, ab aliis ridendos tentare. Veteri filio adfuit DEus, ut multam olim animorum prædam Verbi Divini gladio, quem strenuissimè juxtâ, ac felicissimè tractavit, orco eriperet, quam partim in cœlum præmisit, partim secutus est, postquam annos quadraginta quatuor in Societate transegisset. Habuit Kernius in Tyrocinio commilitum Cosmam Salhusium nobiliore adhuc quàm Kernius erat, prosapia oriundum, sed cuius parens longè aliam, quàm Kernii de vocatione ad Statum religiosum æstimationem & ipse animo fovit, & in filio nutrire tuerique studuit. Epistolam ad eum dedit, quam, et si longiuscula sit, ac indè nonnemini, ut vereor, nauseosa, quod tamen parentibus documenta suppeditet, quàm parùm ob prolium suarum ad religiosos Ordines accessionem dolendi, imò quantam lætandi causam habeant, non absque omni, ut speramus, fructu, ad verbum exscribimus:

„ Joanni Cosmæ filio Societatis IESU in Novitiorum Collegio Landspergensi Thomas à Salhausen Salutem.

„ Mirabilis est DEus in omnibus operibus suis, & verus: Quid, quæsto, „ charissime ac jucundissime fili, mihi accidere potuit mirabilius, quam te „ mundo natum, & omnium judicio mundanis rebus aptissimum, spretis atque „ contemptis rebus mundanis, sola sponte, atque nemine incitante aut stimula- „ lante sanctissimam IESU Christi Religionem amplecti? sic solet Divina Ma- „ jestas agere, & quasi ludere in rebus humanis, sibique præter hominum op- „ nionem organa, & instrumenta eligere, quibus instruat & ornet suam Ec- „ clesiam.

355.
Duorum è
nostris com-
moratio Salis-
burgi. Mors
Caroli Princi-
pis Boici.

356.
Missionis
Leuchtenber-
gensis tri-
bus.

357.
Novitii Land-
spergensis
Thomæ Ker-
nii in voca-
tione constan-
tia.

358.
Thomæ Sal-
husii viri no-
bilis ad Cos-
mam Salhu-
sium filium
literæ.

„ clesiam. Sic olim Saulus ille superbus, & crudelis hostis Ecclesiæ subitò „ mundo eruptus, factus est Paulus, electum Vas Domini, & magnus Doctor „ gentium; sic omnes ferè Prophetæ Domini, Apostoli & Evangelistæ JEsu „ Christi ab operibus mundanis, aut artibus suis Mechanicis vocati sunt ad „ Ministerium Ecclesiæ. Benè itaque tecum egit Divina Clementia, optime „ fili, quòd te à puerò nil aliud, quam arma & equos clamantem, atque „ spirantem, ad suam vocavit cœlestem militiam, in qua virtutis ac pietatis „ specimen edere possis, quod tecum maneat, & te juvet in omnem æterni- „ tam. Mundus suum habet splendorem, gloriam atque voluptatem, sed „ nos ideò facti sumus Christiani, ut semper de futuro seculo æternoque „ præmio cogitare, ac magis pro anima, quam pro corpore solliciti esse de- „ beamus. Legitur de Themistocle Græcorum Duce, quòd aliquando suo- „ rum militum aliquem subtristem viderit, & tristitiae causam requirens re- „ sponsum acceperit, se jam viginti duos annos in armis vixisse, & adhuc „ nihil præclari gessisse. Si hoc ethnicus & mundanus miles de vana, & „ momentanea gloria contrastatus cogitavit, quid rogo Christi militi cogi- „ tandum! Gloriam quidem, splendorem, atque divitias, mi fili, potuisses „ habere in mundo, sed, DEum immortalem! quam exiguo momento „ perituras, & quæ plerumque amatoribus suis exitium minantur extremum, „ ac sempiternum. Laudandum igitur est hoc tuum institutum, optime fili, „ quòd mundum cum suis immunditiis contemnis, & ad Christi vexillum „ alacriter contendis. Videbitur tibi fortasse Crux Christi aspera, & amara, „ sed ubi senseris juxta Verbum illius, jugum hoc esse suave & dulce, revera „ intelliges, omnes mundanas delicias præ illo nihil valere, imò etiam ama- „ rescere. Sed hæc melius in tua Palæstra Landspergenſi, in qua jam, ut „ audio, Tyronem agis, quam ex me discere poteris. Supereft, ut gratias „ agam immortales DEO Omnipotenti & sempiterno, qui ſua misericordia, „ & Divina Gratia cursum studiorum tuorum eò perduxit, ut quasi ex flu- „ ctuofissimo mari in hunc portum appuleris, ubi erit poſthac absque dubio „ summa & sempiterna tranquillitas. Serenissimo deinceps Principi Bava- „ rico, nescio an magis gratulandum, vel gratia habenda sit, quòd eò te per- „ movit, ut jam ſis membrum electum Ecclesiæ Catholicæ, quod fakturum „ eft uberiores fructus DEO favente, & tempore succrescente. Gratulor „ denique Sanctissimo Ordini Societatis JEsu de tali ſuo diſcipulo & Tyro- „ ne, qui DEO propitio & juvante talem ſe præſtabit commilitonem, ut & „ frater, & Socius eorum in Domino JEsu Christo merito & dici & haberi „ poſſit. Ad me quod attinet, gratulor & mihi, & toti noſtræ familiæ Sal- „ huſianæ, quòd præpotens DEus ex noſtra radice excitavit ejusmodi fur- „ culum, ex quo tam uberes fructus Ecclesiæ Catholicæ ſunt ſperandi, & ex- „ ſpectandi. Extant DEI gratiâ præclara monumenta Majorum noſtrorum „ utriusque ſexū tam in Ecclesiastico, quam in Equeſtri Ordine, quòd fue- „ rint Catholicæ Ecclesiæ addictissimi, & obedientissimi filii. Sed tot hære- „ ſibus graffantibus ferè omnes collapsi eramus, ut merito illi, qui jam re- „ ſurgunt, & recrescunt, Lilia inter spinas dici poſſint. DEus Optimus „ Maximus concedat nobis ſuam gratiam, ne à ſentibus & tribulis hæretico- „ rum aliquo modo ſuffocemur, aut ſupprimamur, ſed plantante, & rigan- „ te Domino JESU incrementum habeamus in vitam æternam. Vale „ mi optatissime fili in Domino JEsu Christo, & fi licebit, brevi mihi re- „ ſcribe. Iterum vale. Ex arce noſtra Zupariensi in celebri feſto Epipha- „ niæ Domini. Indicant profeſtò hæ literæ, virum, qui eas ſcripſit, in vul- „ gari vitæ ſtatu haud vulgaris extitiffe virtutis, ſuāque affectiones Christia- „ nae Sapientiæ axiomatis ex pleno ſubdidiffe. Quam integrè filius patris de- „ ſideria, ſpēmque expleverit, crebrior poſthac memorandi locus erit.

Neque

Neque infrequentior memoria erit duorum, quos hoc anno Societati Augusta dedit, Antonii Welseri, & Gasparis Torrentini. Vetustissima simul, & in variis Germaniae Provinciis perquam honorata, inter Augustanos maximè Patricios, stirpe oriundus Antonius, vicesimum jam & septimum ætatis annum agens, postquam Gallias peragrâset, Paduæ in Italia tantisper moram fixit, ut primis Jurisprudentiæ principiis sese informaret. Intermedio tempore, spatum à schola nactus, Divi Ignatii commentationibus animum exercuit. In his illucescente DEO agnovit, quantoperè gratum esset futurum Numini, si eam vivendi normam susciperet, in qua & ipse felicitatis æternæ portum inventurus esset certius, & idoneum se redditurus, ut alios ad eundem perduceret. Posse id se adipisci intellexit, si Societati se nostræ adjungeret; quapropter serio ex Divinæ Sapientiæ regulis perpenso negotio sacri se voti obligatione adstrinxit tentandi vias omnes, quibus eò perveniret, quò à DEO vocaretur. Moderatores nostri, ubi mentem his aperuit, jusserunt, quod ferè in usu est, ut patris consensum exposceret. Erat is Joannes Welserus Augustanæ Reipublicæ Duumvir, ac Cæsaris Consiliarius, probatissimæ vitæ, & profundi vir consilii, ac spectatæ multis gravibusque in eventibus prudentiæ, at non minus amans Antonii sui, quem quòd præter cæteras eximias ejus dotes doctrinæ ac eruditionis studio delectari videbat, talem fore, nec immerito, sperabat, qualis non multò pòst evasit Marcus Welserus, qui & ipse quondam Augustæ Duumvir omnem Europam eruditissimis lucubrationibus Welseriani nominis famâ implevit, longè amplius, quam divitiarum memoriâ, quibus Welseri, postquam ex Indicarum navigationum commercio Valenzivolæ Insulæ dominio potiti sunt, effloruerunt. Abnuit proinde postulationi genitor, atque ut vel nati constantiam exploraret, vel omnino everteret, magnam auri vim juveni Paduam transmittit, libero ipsius expendendum arbitrio. Audiverat tunc Antonius esse in urbe Patavina puellam nubilem, genere ortam haud ignobili, sed matre admodum egena, quæ proinde scelerato quæstui exponere filiam constituisset. Flagitiosa hæc commercia ut everteret Antonius, aureæ monetæ, quantum manu capere potuit, Virgini in dotem submisit. Facto tam genero pomeritus est, ut subseqüente nocte spectabilem se illi sisteret Gentium Doctor Apostolus, quem à puer specialiter devenerari consueverat. Collaudatum de pridiano actu Paulus hortatur, ut ineundæ Societatis veniam iteratò à parente flagitet. Fore, ut consentiat. Haud inane visum hoc fuisse, res ipsa docuit. Mirum, quam facile ad alteram filii epistolam pater in postulata consenserit, punituri Numinis iram se formidare dictans, si obliquaretur diutiùs. Jam Provinciæ Venetæ Præpositus adeundæ Societatis potestatem fecerat, quamprimum parens annueret. Quapropter eadem die, qua exoptata responsio advenit, Novellarium Patavio discessit Antonius, periclitandus illic in Tyrocinio, cuius ultimis mensibus in nostram remissus provinciam, is, uti suis reddemus locis, deinceps fuit, cuius virtutem, prudentiam, doctrinam, domi forisque, Hispania, in quam cum Regina Margaretha Caroli Archiducis Austriæ filia, Ferdinandi Secundi Cæsaris sorore, conscientiæ illius Moderator abiit, quin etiam Italia, Belgium, Germania magnopere suspexerunt. Non tam citò Gaspar Torrentinus Mindel-altae in Suevia natus inaudierat, Welserum suum, quem à patre additus morum ac literarum moderator in Galliam, Pataviūmque aliquot ante annos deduxerat, Societati nomen dedisse, quam iisdem quantocytus desideriis inflammari animo cœpit: Jam utriusque juris Doctor ac Theologiz, ut vocant, Licentiatus, jam & Jurisprudentiæ in Academia Anglipolitana Professor Publicus, neutiquam tamen probrosum sibi duxit, si à discipulo Cathedræ forensis strepitum relinquere, ac intra disciplinæ religiosæ scholam

A.C.
MDLXXX
VIII.

361.

Marquardi
Episcopi Au-
gustani affe-
ctus & dictum
de Societate.

se abdere condisceret. Confestim igitur ad Alberum Provinciæ nostræ Præsidem Augustam se confert, humili prece in Societatem admitti flagitat, & quod petiit, exorat. Visuri hunc aliquando sumus speculum insigne, ac normam, ad quam omnes Religiosi, qui ad regendam in aulis Principum virorum conscientiam adhibentur, sese habeant conformare. Marquardi Antistitis Augustani erga Societatem affectio tam claris indies publicisque indicis contestata eluxit, ut cum ferre id adversantium livor non posset, amaro joco garrire, tandem & Episcopum ad religionem Jesuiticam defecisse. Quod ut resciit Marquardus, enimvero, ajebat: non diffiteor stare me ab religione, quam Jesuitæ profitentur, cum & mea, & illorum non alia sit, quam Romana & Orthodoxa. Sed nec fateri erubesco, esse mihi in pretio viros, quorum industriam, intentionemque omnem in id assiduo defudare experior, ut in tuendo, quod munera mei est, augendoque Catholicarum Ovicularum grege famularem mihi operam fidelissimè exhibeant. Idem Antistes haud consensit tantum, verum adlaboravit etiam magnopere, ut Alumnis Pontificiis in Dilingano Sancti Hieronymi Collegio Pontifex diploma mitteret, quo facultas concessa est Sacros Clericorum suscipiendi Ordines, quin vel stata tenerentur observare temporum intervalla, vel à suis extra Augustanam Diœcesin Episcopis postulare dimissorias, quas vocant, literas, vel de alio denique solliciti esse titulo, quo Sacerdotium obtineant, præterquam, quod scientia & probitatis intuitu ad Presbyteratus dignitatem Quæstorum Ecclesiasticorum, ac Moderatorum, qui Dilingæ sunt, judicio promoveri posse censeantur. Expetiti rursum ut ante duos annos ex Collegio Dilingano Nostri fuerunt in urbem Imperii liberam Gamundiam, ubi commorati sunt diebus plusculis. Expetiti item à Principe Elvacensi, ubi totum Quadragesimæ tempus inter labores Apostolicos transegerunt, quorum fructus non ob exiguitatem silemus, sed, cum magnitudine & copia priorum annorum messi æquales quidem, sed haud multum sint absimiles, ad evitanda Lectoris toedia studiosè præterimus.

362.

Privilegium
eirca sacros
Ordines,
pro Alumnis
in convictu
Dilingano.

Idem Antistes haud consensit tantum, verum adlaboravit etiam magnopere, ut Alumnis Pontificiis in Dilingano Sancti Hieronymi Collegio Pontifex diploma mitteret, quo facultas concessa est Sacros Clericorum suscipiendi Ordines, quin vel stata tenerentur observare temporum intervalla, vel à suis extra Augustanam Diœcesin Episcopis postulare dimissorias, quas vocant, literas, vel de alio denique solliciti esse titulo, quo Sacerdotium obtineant, præterquam, quod scientia & probitatis intuitu ad Presbyteratus dignitatem Quæstorum Ecclesiasticorum, ac Moderatorum, qui Dilingæ sunt, judicio promoveri posse censeantur. Expetiti rursum ut ante duos annos ex Collegio Dilingano Nostri fuerunt in urbem Imperii liberam Gamundiam, ubi commorati sunt diebus plusculis. Expetiti item à Principe Elvacensi, ubi totum Quadragesimæ tempus inter labores Apostolicos transegerunt, quorum fructus non ob exiguitatem silemus, sed, cum magnitudine & copia priorum annorum messi æquales quidem, sed haud multum sint absimiles, ad evitanda Lectoris toedia studiosè præterimus.

363.

Missio ex Col-
legio Dilin-
gano in ur-
bes Gamun-
diam & El-
vacum.

Minùs injucundum scitu erit, quam rara pietate Oeniponti nostro suauis hujus anni exordia fuerint initia: Alexander Hellerus, qui & domi magno disciplinæ profectu gubernare Socios, & pari effectu in templo parochiali populum ad optima quæque pergebat impellere, in Concionum una multus fuit in dilaudando Lucernensium, in Helvetia, fervore, quo ad avertendas Ecclesiæ calamitates instituendis frequenter comprecationibus ad DEum publicis elapso anno institerant. Quod Concionis argumentum ubi Ferdinando Archiduci fuit expositum, Hellero ad se evocatô, & collatis cum eo consiliis ipse quoque horarum quadraginta preces in Sacello aulico, Virginis sine macula Conceptæ honoribus dicato, ad ipsas Januarii Calendas indixit: Verum iis duntaxat, qui vel in Aula ipsa degebant, vel aulæ impensis & ærario vicitabant: cum porrò preces, absque eò ut interrumperentur, continuare decretum esset, ordo is servatus est, ut nocturnæ horæ viris, diurnæ Gynæcœo assignarentur. Parenis Ferdinandus, Filii, Andreas Cardinalis, & Carolus Burgoviæ Marchio, sacras noctis vigilias inter se partiti cum sua quisque turma constituto adfuerunt tempore; Complicationem sub crepusculum auspicati sunt Patres Franciscani, Nostri cum Scholarium adultiorum cohorte adfuerunt vigiliâ noctis tertiatâ finem imposuit Aulæ Parochus cum aliquot ex eadem Clericis. Valuit tam illustre, quod Principes dederant, Religiosi exemplum, ut imitandi studio urbs universa accenderetur. Quapropter mense anni secundo similis comprecatio à civibus in tribus suas descriptis in urbis Aede principe est instituta; cumque sciret Princeps multos in urbe habitare, qui ad certam Curiam tribumque haud attributi essent, voluit, ut mense Martio promiscuæ etiam multitudini in templo nostro comprecandi

per

per quadragenā continua horarum spatia occasio, locūsque patefieret: stiterunt se non solum denuò Principes, nostri scholarum discipuli, ex vicinis oppidis, pagisque gens rusticana, verùm ingenti tursus numero, qui primæ, secundæq; Compunctione interfuerant. Quin ut puriores levare ad Cœlum manus possent, magna compunctionis pars prævia noxarum Confessione animum emundare studuit. Unde hoc anno multūm auctus pœnitentium numerus, præsertim, ubi hebdomades supervenire, quibus Pontifex Jubilæi Indulgentias obtinendi copiam extra ordinem indulxit. At simul peculiaris etiam fructus extitit. Stelerata mulier certaque in omni se libidinum cœno volutare, aliquot annis studiosè cavit, ne Sacro Tribunali appropinquaret, quid enim accusaret, quod non emendare decretum habere? doloribus tandem capitum oppressa est tam saevis, ut mentis potestate per integrum trimestre dejeta hæserit, quā tandem receptâ, dolere salubriùs animo cœpit, ejusque vulneribus nimium quantum lethiferis, medicinam quærere: sed in Medicum incidit aut æquè scelestum, aut ob enormem inscitiam officio, quod gerebat, indignissimum: Miseram enim, aperire flagitia inchoantem, silere jussit, opus nequaquam esse, ut mortalium ulli peccata speciatim enarret: satis habiturum Numen immortale, si, cui soli peccasset, soli etiam peccata confiteretur, curaret modò, ut corde id contrito fieret, ac humiliato. Toxicum Diaulus hic porrexit, non pharmacum. Dolor de admissis in desperationem vertit, omnemque in DEum fiduciam ita contrivit, ut spem veniae unquam obtinendæ penitus se abjecisse, Lymphatæ similis, palam clamat. Persuasum illi tandem multo labore fuit, ad Nostrum ut accederet. Is curationem molliter exorsus infelicem ita erexit animo, ut, perdocta sentire de Domino in bonitate, properaret misericordiam DEI plena peccatorum enarratione, multisque lacrymis implorare ac promereri: Vixit postmodum serenato animo, studiola quidem, sed non importunè anxia, præritæ vitæ aberrationes ad sanctiorem agendi semitam revocare. Iter agebat 366. Nostrarium aliquis, nescio, quorum negotiorum causa, is in hominem incidit, qui inexpectato occursu perterritus multumque tremens fugam videbatur circumspectare, ac latebras. Consalutavit trepidantem Noster verbis humanisimis, rogatque, an recto ad terminum, quem indicabat, progrederetur trahite: ego vero reposuit alter, de viis, callibusque solicitus non sum, qui aviatantum & invia quæro. Vah! quis me error huc detulit, ubi cuiquam mortalium obvius fierem! Suspiciatus est haud temere Religiosus Viator, latitare quidpiam simile illi, propter quod Cainus olim fugerat à facie Domini. Itaque blandioribus uti verbis cœpit, paulatimque ita delinivit miserum, ut fatetur: homicidam se quidem haud esse, reum tamen commissi flagitiū, cuius cum metueret ultorem Deum, vindice etiam hominum dextra usurum, multo se jam tempore omnis consortii refugum inter sylvas & ferarum latibula delituisse: atque etiamnum ad quemvis auræ susurrum expavescere, ne forte investigatores adsint, à quibus abripiatur ad supplicia: qua etiam ex formidine se nulli hominum, ne Sacerdoti quidem in Confessione, scelus, cuius perpetuos morsus ferre non posset, aperuisse. Docuit miserabilem Noster spes de Numinis clementia concipere meliores, pollicitusque cum juramento, nihil se de ipso, ipsiusque actis enunciaturum, ita plenum fiducia erga DEum Deique vicarium judicem reddidit, ut non modò de flagitio, cuius horror in sylvas illum ejecerat, sed de omnibus malè actis, quorum ab omni ætate memoriam replicaverat, rite enarratis reum se ad pedes Sacerdotis abjecerit, petitamque magno doloris sensu absolutionem obtinuerit. Sedatis dein fanaticis terroribus tum ad humanæ vitæ consortia, tum ad Christianæ officia est reversus. Adolescentem in furorem egerant Carmina, ut credebatur, magica, remedium adhibitum est malo ipso tum longè nocentius, Amuleto.

A. C.
MDLXXX
VIII.

letum videlicet & què à venefica confectum, atque invocato omnium dæmoniorum præsidio tertium furentis capiti impositum Successus evenit, quem Orco se permittentes consequi solent, infania videlicet ac rabies longè immajor, nisi, quòd certo diei intervallo DEI haud dubiè miseratione rationis usum relinquere furibundo cogeretur dæmon. Id ut mœstissima patens animadvertisit, filium horâ, qua erat sedatior, ad Collegium properè adducit consilium flagitans opémque. Suasum est juveni, ut ante omnia conscientiam noxarum confessione accurata componat: gerit ille morem, & redit ex eo momento sua menti malacia, permanētque deinceps stabilis. Et verò ut semel memorem, quod pridem adnotare poteramus, crebra admodum exempla aliorum & Collegiorum, & temporum actis inserta reperiuntur de sanitate non animi tantum sed corporis etiam impertita iis, qui ad morborum depulsionem sacræ duntaxat Confessionis remedio sunt usi. Voluit nempè prodigiosis eventibus misericors Numen mortalibus probabilem reddere industriam, qua Societas, posteaquam in Germaniæ terras pervenit, Divinorum Mysteriorum frequentem usum adlaboravit inducere, tam animis salubrem, quam ad illa usque tempora damnosissimè neglegētam. Pulcherrimum tuendæ Castimoniaz exemplum proditur de Gymnasi Oenipontani discipulo. Solicitatus à procaci Muliercula ad flagitium, seminudus è lecto, teatōque se proripuit, ac decidua inter nives, gelique acerrimum in fontem, qui prope fores positus erat, insiliit, ut nocituras flamas frigidâ restinguaret. Aliud incendium Halæ exortum est, cui extingendo manus, et si non absque magno incommodo admovere oportuit. Homo faver & impostor nonnullorum favore, quos fucata tum eloquentia, tum pietate occuparat, in Cathedram parochialel irrepsit, pravaque adversus Religionem dogmata testè primùm & velut ex obliquo, dein neutiquam dissimulanter coepit spargere. Advertit periculum Socios, egerunt itaque, ut per eos, à quibus poterat, debebatque, saniora loqui juberetur. Nihil profectum est. Quin proxima mox Dominica, graviter contra nonnullorum invidiam, ut ajebat, malevolentiamque ē suggestu stomachatus, vix non digitum in Nostros velut accusatores intendit. Et jam antiquus novitiaz doctrinæ amor inter complures oppidanos notabatur recalescere, quare Nostris vehementius obsistendum rati, ad Archiducem Ferdinandum rem deferunt, multis testam indiciis, illisque tam certis, ut nemo non agnosceret manifesta esse. Nihil cunctatus Princeps perfecit apud Episcopum, ut noxius deceptor confessum juberetur concionando absistere, quem illico Princeps etiam urbe exesse jussit. Hic enimverò haud infimæ notæ cives accurrere ad Reginam Magdalénam, supplicatum, ut mandatis intercedat, prætendere metum seditionis, expostulare cum Nostris, quòd causa essemus unica, cur vir tam populo pretiosus exulare cogeretur. Frustra fuerunt omnia: executioni data sunt Principum jussa, & quamvis odia primùm, convicia, & contumeliaz plebis in Collegium exarserint, ipso tamen resederunt cum tempore, quin Senatus ipse deprecatores misit, qui universæ urbis, nihil jam contrà moventis nomine actorum hac in re, dictorūque adversus Socios veniam peterent, gratesque faterentur se debere Societati, quòd tam sollicitè pro servandis in casta Religione civium animis excubaret.

368.
Multa beneficia per solam Confessionem impe-
trata.

369.
Adolescentis in tuenda castitate constantia.

370.
Halæ pulsus in exilium se-
minator hæ-
reco.

371.
Friburgi Hel-
vetiorum no-
væ calumniæ in Societatem.

Friburgi in Helvetia denuò Palæstram subire coacta est veritas, in qua pro Societatis innocentia depugnaret. Ex morte defuncti nuper Francisci Bonhomii Vercellensis Episcopi revixit in Adversariis libido, audaciāque commenta: magnam pecuniæ vim à Nostris exportari in terras alienas, quoties in Bojariam emigrent, aut Sueviam: solicitari quoque Reges, & Principes ad

ad jungenda in Helvetiæ perniciem foedera. Non videbantur hæc voces, si diutius latiusque sererentur, abesse à periculo in gente, pro tuenda libertate, ut æquum est, pervigili. Itaque Provinciæ Præses Ferdinandus Alberus, cùm Friburgum pervenisset, ipse met ad Divi Nicolai suggestum concendit, ac pro concione, quæ affluxerat stipatissima, figmentorum inanitatem tam perspicuè simul & eloquenter detexit, ut brevi pateret, non apud summos tantummodo, quod facile obtenuerat, sed plebem etiam malignæ suspicio-
nis umbras animis esse depulsas, auctam vero erga nosdos fiduciam ac amo-
rem. Hinc & Collegii ædificium eò profectum fuit, ut tectum, antequam Hyems ingrueret, imponi potuerit, & majore numero accurrerunt, qui vel conscientiæ statum in Confessione nostris expiandum patefacerent, ac deinceps ordinandum committerent, vel salutaria ex publicis concionibus docu-
menta peterent. Quin, cùm jam duas Socii tenerent Cathedras, multum institerunt cives, ut in duabus aliis gemini videlicet Monasterii, concionandi officium Nostri susciperent. Sociorum item hortatu resumpli civitas pluri-
mis annis intermissam publicè Superos comprecandi consuetudinem; nostro denique in literis Magisterio major quam-aliis annis sese submisit discentium multitudo, donec pestifera lues, quæ superiore anno desisse videbatur, ex vi-
cinis pagis in urbem reversa discipulos rursum migrare, scholásque denuò obserare compelleret.

Lucernæ in eadem Helvetia Octavius Paravicinus, cuius deinde pur-
puratis Ecclesiæ Senatoribus adscripti vitam Ciacconius recenset, Pontificis tunc Sixti Quinti Legatus & Episcopus Alexandrinus, cùm pro suo in So-
cietatem amore piis illius in agenda Religione conatibus ubique manum auxiliarem præberet, Quadragesimæ hebdomadis, instituit, ut quotidie in Sacello nostro Psalmus quinquagesimus decantaretur, cui quavis Feria sexta ipse met aptam sanctis affectibus excitandis dictiōnem ad populum Italico sermone subjunxit. Idem magno urbis universæ gaudio primum in funda-
mentis novi templi cum sacra pompa collocavit lapidem, recitato postmo-
dum honoribus Ludovici Pfiseri (nam hujus potissimum impensis stetit ædes)

ac cæterorum Patronorum Carmine Eucharistico Latino, & Concione Ger-
manica. Profectio ex Lucernensi Collegio suscepta est in Alsatiā, Germa-
niæ trans-Rhenanæ Provinciam longè nobilissimam, cuius Missionis occasio,
quod novo Collegio originem dederit, altius nonnihil videtur deducenda, plu-

Sexaginta & plures anni fluxerant, ex quo Joannes Oecolampadius, cùm turpis ipse Religiosi Ordinis desertor urbem celeberrimam Basileam ad de-
fectionis ab Ecclesia Romana societatem malesuado ore pertraxisset, vici-
num quoque Oppidum Lauffenam Episcopo alias Basileensis subjectum, orás-
que circumjectas in eandem ruinam dedit præcipites. Defuncto Melchiore Liechtenfelsio Basileensium Præsule, Delementium, quod inter ditiones Episcopis Basileensibus, iisdemque Sacri Romani Principibus subjectas Oppi-
dum est non ignobile, Canonici Cathedrales convenerunt, ut Successorem

deligerent. Unanimi omnium suffragio electus est Jacobus Christophorus Blarerus, cuius jam abhinc biennio in monumentis Collegii Lucernensis me-
minimus. Ad fastigium hoc non illum ætas provexit, junior quippe erat, rectè opinari sint, non facilius se destinata consecuturos, quam si euadem, quem rei confiendæ hortatorem habuerant, Ductorem quoque sibi præficerent. Ac-
ceptavit Christophorus plenum eo tempore laboris & periculi, onus dicam

373:
Lucerna Le-
gatus Poeti-
cius in Sa-
cello Collegi
exhortatio-
nes habet.

374.
Pfiseri potissi-
mum impen-
sis novum Lu-
cernæ tem-
plum.

375.
Missio in
Diœcesin Ba-
sileensem &
Bruntruta-
nam.

376.
Joannes Chri-
stophorus
Blarerus sic
Episcopus &
Princeps Ba-
leensis.

a. c.
MDLXXX

VIII.

377.

Religionis in
ditione hujus
Principis mi-
ser status.

an manus: haud autem tamen, quam Cathedrales Canonici unanimi stipulatum in foedus consenserint cum Orthodoxis Helvetiæ Cantonibus percutiendum, subsidium utique sustentandæ erigendæq; Religioni pernecessarium, quæ per universam Diœcesin statu erat longè miserrimo. Delemontani, ac Liberi ut vocantur, Montis Incolæ non ita pridem facilè jus municipale obtinuerant à Basileensibus, sub quorum Præsidio haud gravatè Principum mandata sese elusuros sperabant. Pagi in Satrapia Zwingensi, Basileensibus propinquæ, ferè omnes unâ cum Lauffena Oppido Zwingianam Hæresin obbiberant: quin per totam propè ditionem vel pervulgabant publicè, vel clanculum in privatis conventibus sua insurribant dogmata Zwingiani buccinatores: neque in ipsa Bruntrutana fide quidpiam ac tuti invenit religio, utique, postquam in urbem adeò Bruntrutum, quæ Provinciæ caput ac Principum sedes est, temerarius deceptor Institoris habitu irrepit, atque in mensam lapideam, quæ hodie in foro prostat, enīs mercium loco advocatæ plebi, & magno numero concurrenti fabulas suas ampullacea loquacitate venditurus fuisset, nisi civium unus Mathathiam æmulatus nugivendum è mensa dejectum sonanteque multatum colapho faceſſere coegerit. Insedit tamen in multorum animos vesana novitiorum dogmatum cupiditas, ita, ut ausi fuerint sub primum in urbem, magnaque pompa celebratum Principis ingressum libellum ei offerre supplicem, quo potestatem rogabant concedi subditis, Religionem, quæ allubesceret, amplectendi. Conspicatus Præſul, quantum sibi, & quibuscum posthac agendum foret, consilia partim silentio pressit, oportuniora præstolatus tempora, partim illico in opus deducere aggressus est. Ac primum quidem ad libellum supplicem magnanima gravitate respondit, nunquam se toleraturum, ut alia quam Orthodoxa in ditionibus suis doceatur, exerceaturque Religio: dein, ut novandarum rerum cupidis spem auxilii à Basileensibus ferendi suffrigeret, quod ex municipalium cum illis iurium communione indepturi forsitan erant, perfecit, quamvis magni laboris impensa, ut ceterorum in Helvetia Cantorum, à quibus Basileenses ante annos octoginta in commune libertatis foedus admissi fuerant, concordi decreto juberentur, abolere penitus velut irritam pactionem, sua Principis subditos, invito licet ac reclamante Melchiore Principe in jus civitatis usumque Privilegiorum & Clientelæ receperint. Tum enimvero promulgatum fuit anno supra sesquimillesimum octogesimo, & jurejurando corroboratum foedus mutuum atque perpetuum inter Helvetiæ Cantones Orthodoxos & Basileæ Episcopos, diu eousque, & magna agitatum cautela, & admirabiliter celatum silentio. His modis cum viam præmuniisset Jacobus, de novis ad fidem ditioni suæ restituendam progressibus cogitare coepit. Audierat, quam sedulam inter Helvetios operam Ecclesiæ navaret Societas, quod ipse coram exploraturus Lucernam venit, atque, ut alibi expositum est, ad Collegium divertit. Autumabant tunc Noſtri, eum duntaxat in finem adesse gratissimum hospitem, ut animum pararet, colligeretque deponendis, quas investigasset, vite totius culpis. Egit hoc: at simul tacita observatione mores introspectit Sociorum, doctrinam, zelum, zeliisque moderationem, atque agenti cum diversis hominum statibus dexteritatem, cetera denique faciendo animorum quæſtui oportuna adjumenta. Quam secum de his opinionem abstulerit, brevi eluxit. Domum reversus, adhibita Octavii Paravicini Apostolici Legati operâ impetravit à Sixto Pontifice mandatum, quo jussus fuit Ferdinandus Alberus, Provinciæ Præſes unum aliquem ex Collegio Lucensis Episcopo Basileensium concedere, qui sua, ubicunque is vellet, studia laboresque sedulo afferret. Paruit Alberus perlubenter, misitque Jodocum Itæum, sed quod paucitate operarum Collegia laborarent, exacto apud Rauracos mense Lucernam redire jussit. Itæus, volente Principe Lauffenam urbem

378.
Episcopus Re-
ligioni inter
subditos tu-
endæ inten-
tus.379.
Societas
operâ uti
statuit.

urbem ac Toparchiam Zwingensem ingressus tentare cœpit, an spes affulgeret reducendi errantes oviculas ad Pastorem, ovileque suum. Læta se statim dedere initia, unde suauis Christophori Schenkii à Castello, quem Zwingensibus Antistes præfecerat, viri apprimè Catholici, Princeps festinatis lite- posset, primùm quidem in quatuor menses, in integrum deinde biennium, quin & augescente semper messe suppetias obtinuit tantas, ut fundando tandem, quod unicè Princeps avebat, Collegio sufficerent, quod, ubi scriptio ad alterum abhinc annum pervenerit, ob oculos ponet.

MDLXXIX.

VIII.

380.

Lauffena op-
pidum fru-
tuosè exce-
latur.

Ut porrò anni undenonagesimi acta recenseamus, auspicari id libeat ab regressu ad biennium præteritum. Integris jam duobus annis consultatum fuit de Collegio Ratisbonæ ponendo, de loco illius & area, detrusaque fuisse deliberatio hæc in longiora tempora, nisi via demum fuisset aperta, quam Societas fortasse nunquam fuisset ingressura, quin deprecatura etiam, ne ingredi compelleretur. Sed factum est providentia Numinis, ut aliorum per vigil solicitude producendæ ad finem deliberationi exitum tandem inveniret. Suffectus Guilielmo Schliderero Vicarius Generalis fuerat à Sexto quinto Pontifice Jacobus Müllerus, qui pro vetere in Societatem benevolentia nihil prius habuit, quæm ut diuturnam de Collegio Ratisbonæ collocando disceptationem finiret aliquando. Accidit, ut Antistita Monasterii, quod à Divo Paulo titulum gesserat, supremum diem obiret. Ante sexcentos jam & plures annos Sanctus Wolfgangus Ratisbonensium Episcopus Asceterium hoc fundaverat Monialibus sub Divi Benedicti regula, quarum prima Præses Brigitta fuit Imperatoris Sancti Henrici soror. Sed ut lapsu temporum multa præclarè instituta veterascunt, ita graves etiam causæ supervenerunt, ob quas Gregorius decimus quintus, ac dein Sextus quintus missis Româ decretis Parthenonem hunc abolitum, penitusque dissolutum vellent. Absque Religionis offendiculo imperari hoc potuit. Ipsæ jam Virgines dimidio anteculo, deposita veste, vitæ norma Monastica, eum vivendi tenorem assumplerant, quem apud Germanos plura illustrium fœminarum contubernia profitentur, inter Religiosam & laicam vitam intermedium. Canonissas sese nominant. Habitu Religiosi Ordinis tunc solùm utuntur, cum divinis in suo templo vacant officiis & statis quotidie horis Psalmos Davidicos Monialium ritu decantant. Nec claustris tenentur, nec, præter illam, quæ cæteris præst, servandæ castimoniæ votis. Unde ad nuptias etiam, cum expedire autumant, egredi licet. Mors Antistitæ cogitationem injectit Müllero de substituendo, dimissis fœminis, virorum, & quidem è Societate, Collegio. Neque tamen, quid mente actitaret, Nostris adhuc consilii ignaris Vicarius aperuit, antequam occultis literis Guilielmi Bavariæ Ducis de re tota sensum exquisisset. Probari sibi quæm maximè consilium respondit Guilielmus, omnem in id opem præsidiumque pollicitus: ac tum denique Müllerus Provinciali Albero, quæ animo destinasset, notificavit, significans unà, cum Societas ipsa intelligat, quanti intersit rei Catholicæ Collegium Ratisbonæ collocari, cùmque via, quam ipse monstraret, erigendi Collegii plana, cæteræ verò non impeditæ tantum, sed penitus sint interclusæ, nihil porrò cunctandum esse, quin tanta conficiendi negotii oportunitate Societatis Præpositi utantur. Exposuit Alberus Claudio Generali enucleatè hæc omnia, quibus ille maturè ponderatis acceptavit, quod tam amanter, & absque gravioris invidiæ offendicè periculo, tantâque spe fructus ad Divinæ Gloriarum incrementa fuit oblatum. Novum interim à Pontifice mandatum de evakuando Sancti Pauli Monasterio affertur. Obtemperat Vicarius, ac geminas, quæ solæ remanserant, virginis loco educit, tanto invitas minùs, quanto liberalius de nobili, quamdiu vitam usurpatæ essent, victu, vestitûque prospectum fuit, uni quidem ad Cano-

381.

Ratisbonensis.

Collegium fun-

datio con-

fessus.

382.

Monasterium.

Virginum

à S. Paulo

dictum,

Mausol.

Ratisbon.

383.

Societati

ut tradatur,

agitur.

384.
Quod eum
Canonicis
Cathedralis
prolixè ap-
probant,

Canonissas in Monasterio, ut appellant, superiori, quod itidem in urbe est; alteri ad consanguineos in urbem transgressæ. Reliquum fuit, ut ad ultimas consultationes Ecclesiæ etiam Cathedralis Canonicis Legatos mitterent, ita namque suâ interesse judicaverant. Inchoatus est congressus in urbe Monacensi tertio nonas Februarii. Venere Legati, ab Episcopo Jacobus Müllerus Vicarius, & Michaël Ranckius Cancellarius, à Duce Guilielmo Christophorus Elsenhaimius supremus Ducis Cancellarius, & ex Aulæ Consilia-riis Adamus Vetterus: à Canonicis Ratisbonensibus Fridericus Hegnebergius, & Adamus Orthius. Claudius Societatis Præpositus Generalis vices suas Ferdinando Albero Provinciæ nostræ Præposito demandavit. Nec multis disquisitionibus, nec longo tempore opus fuit, ut de re tota pacatè transacta, constitutâque Romam nuntiari posset. Nihil & Romæ morarum intercessit, quin intra paucos dies Diploma Pontificium mitteretur. Frisingani Præsulius Officiali Ludovico Schrenkio, unâque Müllero Ratisbonensi Vicario, potestas commissa, simûlque mandatum impositum fuit, Societatis Pa-tres, quâm celerrimè fieri possit, suppresso Monasterii nomine in Collegiū bonorumque huic attributorum jura & possessionem introducendi. Præxi-xus usucaptioni ordiendæ dies est Februarii vicesimus sextus, nihilque ad hanc celebritatem, vel de sacris, vel de legalibus cæremoniis intermissum fuit. Litatum ad Divi Pauli Apostoli aram est Pontificio ritu ab Joanne Baptista Pihlmario Episcopi Ratisbonensis Suffraganeo. Interfuerunt ro-gati testes iidem, quos Pontifex, Episcopus, Guilielmus, Collegium Cano-nicorum negotio huic confiando Legatos nominaverant, præter trium Cœnobiorum Praesules ex Divi Benedicti Ordine, innumera denique omnis Ordinis & Conditionis multitudo. Lectæ tabulæ universorum, quorum ad hanc traditionem consensum exquirere visum est, traditæ demum palam omnibus Ferdinando Albero universæ loci claves, ab hoc vicissim subjuncta oratio, qua Pontifici, ac cæteris, quos modò nominabam, Collegii auctori-bus tum gratias luculenter dixit, tum addixit cuivis hominum statui omnia, quæ ex instituto suo, usûque Societas impendere posset, solerètque officia. Secuta est Catholicorum universè prolixa gratulatio, sincerâque lætitia, cui complementum dederunt sonoræ æris Campani pulsationes, & hymni Am-brosiani decantatio. Ad constituenda Collegii exordia missi fuerunt trede-cim, quini ex his Sacerdotes, inter hos Conradus Vetterus, qui Carolo Peuttingero rursus Monachium evocato in Concionibus habendis sufficiens est. Enimverò cùm ante Societatis in urbem adventum ultra centenos, du-centosve haud erat numerare, qui Evangelii audiendi causa ad templum itarent, Cardanæus, Peuttingerus, Vetterus eam auditorum traxere multi-tudinem, ut jam supra millenos semper, haud raro bis milleni censerentur. Ussit hæc frequentia intimas præconum Lutheranorum fibras, ut ad eam dis-sipandam opem Jacobi Schmidelini, quem suum jactabant Mulcibarem, ia-clamare necessarium putârint. Nec moratus ille, duos properè libellos cu-dit, ac prælo vulgatos Ratisbonam misit, stolida prorsus festinatione, quia infelici eventu: cùm enim mendaciis in Vetterum, & calumniis, convicuísque in universam Societatem scripta hæc immaniter turgerent, Vetterus allatas in suggestum laciniis palam ɔrsus prælegere ad singula figmenta intersistens falsitatem eorum ac turpitudinem in lucem plusquam meridianam protraxit, ac simul longè majorem, quâm antea, excivit Lutheranorum juxtâ & Ortho-doxorum multitudinem, quare Magistratus misit tandem flagitatum è Vettero; daret Senatus honori, civium quieti, & pacis studio, ut lectorandis pu-blicè & confutandis Schmidelinu foliis, quæ ipsis curiæ Patribus multum im-probarentur, posthac absisteret. Abstitit, &, cur id faceret, rationem pro Concone reddidit. Quod tamen voce prius egerat, editis germano ter-mone

385.
Nostris in Col-
legium im-
migrant non
absque cele-
britate.

386.
Conradus
Vetterus no-
ster Templi
Cathedralis
Concionator
Schmidelini
Prædicantis
librum resu-
tat.

387.
Primum ex
Cathedra, de-
in editis librī.

mone duobus libellis agere perrexit, non absque fructu. Inter alios etiam Præco Luthericus ac Schmidelini discipulus, cùm cerneret mendacia, quæ Magister suus fabricaverat, tam validè contundi retundique, veritatis & sapientiae, quæ in sola Ecclesia Catholica domum suam scholamque ædificavit, Magisterium dogmatique sectari apud nostros Professores maluit. Apertæ etiam mense Octobri fuerunt humaniorum literarum scholæ, quæ scilicet condiscendis simul morum vitæq; ad divinas regulas instituendæ axiomatis subservirent. Locum his scholis, dum novum Gymnasium strueretur, dedit Guilielmus Bojariæ Princeps in ædibus suis, quas Gutensteinianas appellari nuper meminimus. Magistratus enim non modò Musis nostris sedem ullam, quæ sui juris esset, vel ad pauculos menses indulxit, verum edicto etiam cavit, ne quisquam civium prolem suam ad ludos nostros mitteret, quin ne teatum quidem, victumve, quantocunque etiam pretio adolescentum ulli præberet, qui Societatis scholas frequentaret. Haud defuerunt tamen discipuli. Eadem die, qua scholarum apertioni, earundem Præfectus, Simon Graulocus erudita oratione prælufit, Patres Scoti ex Ordine Sancti Benedicti, qui Ratisbonæ Cœnobium habent, & hucusque pueritiam Catholicam pro illius captu magno labore, atque industria primis literarum elementis instruxerant, ad scholas nostras adduxerunt.

Quemadmodum Guilielmus Boicus diplomatis Pontificiis instructus, perruptis denique multis obstatulis evicit, ut Monasterium Sancti Pauli Ratisbonæ in Collegium Societatis mutaretur, ita iisdem munitus voluit, ut posthac in Ingolstadiense Collegium victus & sustentatio commodiore alveo ex Biburgensis Monasterii fonte derivaretur, qui derivandi tenor cùm vario multorum sensu affectuque fuerit exceptus, occasio aperiri videtur, ut in brevem de illo dissertationem excurramus. Sub Lutheranicæ hæreseos, & variarum, quæ ex ea originem traxerunt, sectarum exordia & progressus inter deplo-ratas passim historicis ærumnas Germaniæ, atque adeò Bavariæ, non postrema fuit Sacerdotum, qui docti essent, vel qui alias docere vellent, possentque, penuria. Advertit hoc ferventissimos Religionis Propugnatores Bavariæ Principes, Guilielmum quartum, Albertum quintum Guilielmi filium, & Guilielmum itidem quintum Alberto genitum, qui, cùm sati agnoscerent, neutiquam inter tot defectionis per vicinas provincias exempla duraturum esse subjecti populi in Romanam Ecclesiam obsequium, nisi haud solo pœnarum, armorumque metu, sed lubentia & voluntate ad hoc pelliceretur, intelligebant pariter facile ad omnem obsequentiam subditos adductum iri, si Curiones iis præponerentur, & Parochi, doctrinâ simul, ac probitate conspicui. Quapropter Albertus Dux Seminaria decrevit excitare, in quibus Alumni & necessariâ Divinarum Literarum scientiâ, & dignis Sacerdotio moribus informarentur. Probavit ante omnes Pius quartus Pontifex maximus hæc Alberti consilia, & quoniam perscripserat Pio Albertus, magnopere, haud seminariorum tantummodò, verum totius in universa Bojaria juventutis informationi hæc tenus idoneam fuisse judicatam Societatem JESU, velificatus Pontifex piissimo Principi, quin & impensarum onera levaturus Diploma misit, quo pro autoritate ac potestate Apostolica amplissimam facultatem dedit, qua Albertus omnes redditus Coenobiorum, quæ in terris suis ab incolis tunc temporis deserta fuissent, statuendis Clericorum seminariis, & Societas dominibus excitandis adhibere posset. Diu, quantum ad Societatem pertinebat, privilegio hoc uti Albertus noluit, at neque filius Guilielmus, velut experimentum capi placuisse utilitatis, quam Bojis seminaria Parochorum, & juventutis Gymnasia allatura erant. Ubi hæc propalam omnium oculis usurpari, atque etiam Romæ prædicari cœpit, Sixtus Quintus, qui post Pium quintum Pii quarti, & Gregorium decimum tertium Pii Quinti Successorem

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. V.

T t

391.
Pontifices
concedunt
Principibus
Bavariæ de-
serta Mona-
steria conver-
tendi in se-
minaria Cle-
ricorum &
Collegia So-
cietas.

388.
Gymnasium
Ratisbonæ
aperte non
sine diffi-
cultate.

389.
Desertum
Monasterium
Biburgense
Collegio In-
golstadiensi
attributum.

390.
Occasio se-
quentis differ-
tationis de
Monasteriis
quibusdam
Societati at-
tributis.

MDLXXXIX.

ad fastigium Apostolatus erectus fuerat, novam pristini Diplomatis confirmationem Guilielmo misit. Obrectatores suos nacta sunt hæc diplomata,

392.
Ob hæc di-
plomata iniq;
vapulat So-
cetas.

ex eo etiam asperiores, quòd cernerent parem Sedis Apostolicæ indulgentiam Domui Austriacæ, aliisque nonnullis Germaniæ Principibus, Rebüsque publicis fuisse exhibitam. Non quidem ausi sunt malevoli Pontificem, qui hanc potestatem concessit, non Principes, qui eâ usi sunt, periculis mortibus laceſſere: bilem omnem & livorem in Societatem evomuerunt, sed profecto innocuam, quæ ideo ſolum vapulat, quòd beneficia acceptarit, quæ diu quidem modeſtè deprecata eſt, diutiū tamen absque immodestia nota, quin & contumaciæ adverſus Pontificem & Principes, recuſare non potuit. Qui nōrunt, quanta ſint Romanæ Cathedræ Jura, quanta in juribus usurpandis circumſpectio, quanta deinde in aulis Principum, ubi majoris quidpiam, & ſuis impliciti difficultatibus negotii occurrit, consultatio, ac diutinæ delibe-rationes, neutiquam, aut nimia conniventia Sixtū, aut in ea arripienda

393.
Exempla hu-
jusmodi
translatio-
num.

In Metrop.
Salisburg.
Laymen in
Defens. Bull.

præcocis abuſus Guilelmum accuſabunt. Exempla defendunt ambos. Plura vicensis numerat in ſola Bavaria eruditissimus Hundius domicilia ſacra, quæ vel à Clericis ſecularibus ad Religiosos, aut à viris ad foeminas, ac vicifim, fuerunt translata. Alius itidem gravifimus Scriptor corundem in variis ter-ris recenſet centena & quadraginta aliquot. Si neminem momordit, quòd in tribus præcipuis Bavariæ urbibus, totidem in Ecclesiis, ut vocant, Colle-giatis instituti fuerint celeberrimi Canonorum coetus, ad quos cum digni-tate ſuſtentandoſ aliorum vel Cœnobiorum vel Collegiorum redditus omnes translati, Cœnobia verò ipſa extincta ſunt penitus, & abolita, cur ſoli dun-taxat Societati invidia, odiūmque maligne creetur ex traditis paucolorum Asceteriorum proventibus, quos non malis artibus Sociorum conquisivit avaritia, ſed Principum acceptare compulit auctoritas! Ecur autem, qui ita obganniunt, diſſimulant, quanta, poſtquam Lutherus invaluit, per univerſam paſſim Germaniam Monasteriorum ſolitudo fuerit, ac vastitas, aut, quò ea, quæ adhuc ſtererant, deuentura fuiffent, niſi periclitanti vinez Do-minii vitibꝫque ad paranda ſtatamina adlaboraſſet quoque illa Operario-rum Societas, de qua omnium ſenſus Pontificio etiam conſirmatus Oraculo fuit, eam Lutheruſ ejusdēmque temporis hæreticis à provido rerum omnium ordinatore DEO objectam fuiffe. Gaspar Schioppius, quem veſana Societatem conviciandi rabies eò deduxit, ut de latitante adhuc intra animum, licet palam ejurâſſet, hærefi ſuſpectum ſe fecerit, in Epiftola tamen ad Mott-mannum Rotæ in Romana Curia Auditorem ita memorat: negare tamen

394.
Societas in
Germania ad
reparandam
Monasterio-
rum discipli-
nam non in-
utilis.

395.
Schioppi de
hoc, & impri-
mis Bucelini
Gomez Elog.
Societ.

nec velim, nec audeam, Jeſuitis poſt DEum hanc deberi gratiam, quòd Ca-tholica Religio ex universa Germania exulatum non iverit. Inficiari nimirum haud potuit, quod probior multo, digniorque nominatu Gabriel Buceli-nus, complurium mira eruditione operum ex celeberrimo Divi Benediſti Ordine Scriptor æquè celeberrimus, ac religiоſiſſimus, Germaniæ Annali-bus, ævo noſtro editis, ad annum à millesimo quingentesimum quinquage-simum quintum hiſ verbis inſeruit: Reverendi Patres Societatis ſummo Ger-maniæ bono Residentias aliquas, ut vocant, per Germaniam, & Collegia non-nulla impetrant, quorum concitatione & exemplo extiſtus pridem Catho-licorum fervor mirè reſuſcitatus eſt, & Germania deinceps velut terra nova & Cœlum novum reviruit, Religiosis quibꝫque Ordinibus pia æmula-tione disciplinæ Monachicæ remiſſiora ſtudia ſalubriter revocantibus. Et quantus amabo, Monasteriorum, in quibus disciplinæ Monachicæ poſt So-cietatis adventum revocata ſtudia Bucelinus adnotat, per Germaniam floret, ac laudatiſſime nunc viget numerus? Quām paucā ex cæteris, quæ abolita jam, & diu vacua inquilinis fuerant, Societati minimè expertenti & Pontifex & Principes tradiſſere, ut concitatione ſua & exemplo, quem Catholicorum ferwo-

fervorem Familia nostra resuscitârat, eundem unâ cum cæteris Religiosis Ordinibus jam ad studia Monachicæ disciplinæ strenuissimè revocatus fovere pergeret, & ampliare? Quam cœtus noster unam duntaxat Germaniæ superioris Provinciam appellat, hodie per decem alias, & magnas quidem Domus Austriacæ, & Bavaricæ, aliorumque Principum, & Rerum publicarum regiones diffusam cernimus: Integrarum omnino decem regionum numero par duntaxat est, non amplior, Monasteriorum numerus, in quorum vel domicilia vel redditus substituti fuerunt Societatis IESU in Germania superiore Alumni. Quæ quoties memoramus, in memoriam revocari percupimus, quod dictum jam abunde est, nullum de his Cœnobiis fuisse, quod non aut sponte derelictum ab incolis, aut eruptum Catholicis jámque diu possessum fuerit ab hæreticis: bina duntaxat ternâve, quorum habitatores gravibus ex causis ab ipso summo Pontifice migrare fuerunt jussi. Adde, centum jam & plures annos fluxisse, ex quo Principes necessarium haud esse judicârunt Societati potius, quam pristinis inquilinis asceteria, quæ interim vacârant, assignare, postquam nempe feliora subiissent tempora, in quo velificati sunt Societatis desiderio, dudum invidiosas hujusmodi translations deprecantis, atque commonstrantis, religiosæ Disciplinæ studia (ut Bucelini denuo verbis utamur) in Religiosis quibusque Ordinibus non modò jam revocata, sed corroborata plurimum, atque adeò stabilita esse, ut sibi ipsis legum observantiâ Præfulumque vigili zelo conservandis ac propagandis abundè sint suffectura, quod profectò magna totius Germaniæ gratulatione hodieum fieri conspicamur. Verùm hacenus dicta, utri iis, qui ex odio, invidiâque Societati maledicunt, forte nunquam, ita cæteris, qui ex ignorantia obtrectant, ad ponendam opinionem jam nunc plusquam satî erunt. Aequius multò & jucundius est meminisse, quantò amantiū plurimi diversarum Religionum Antistites, virique prudentiâ & virtute ornatissimi pro Societate sentiant. Trecenta ac trecentis plura hodie numerantur variorum Ordinum, & haud quidem mendicantium, asceteria in his solùm ditionibus, in quibus Societas domicilia triginta quinque, atque ex illis unam duntaxat Germaniæ superioris nomine provinciam constitutam habet. Hæc dum viri cordati expendunt, reputantque, ex tanto Cœnobiorum, quæ ad alios quandam Ordines pertinuerant, numero novena duntaxat aut summum dena Societati accessisse, ac talia quidem, quæ nec ipsi jam primi habitatores possidebant, nec spem modumque cernebant redigendi in statum pristinum, quin periculum potius præsentissimum amittendi multò plura: Hæc, inquam, dum reputant religiosi viri, laudant sanè Prælatorum miseri illius ævi prudentiam, quam lubentissimè obsecundârunt Pontifici & Principibus eas Societati habitationes assignantibus, quæ alioquin in perpetua solitudine, & hæreseon squalore fuissent permansuræ. Et plura quidem de studiis sub adventum Societatis in Religiosos impensis loqui vetat modestia, sed grati animi officium meminisse jubet, quam multis, quamque eximius benevolentiae signis, beneficentiae monumentis, & superiorum temporum Præsules contestati sint, & hodierni etiamnum Præfides contestentur altè defixam animo esse memoriam opelâ, quam, aut recolendis ad pristinam viriditatem, aut in vigore suo conservandis monasteriis unum intra, alterumque seculum navavit Societas. Et sanè tam benefica tamque diuturna, quam celeberrima hæc asceteria conservant, recordatio depositulat, ut, quanquam ipsa alienis hodiè subsidiis, suimet quæque Ordinis nativo spiritu vegetara, haud indigeant, Societas tamen sui & ipsa Instituti primigenio accensa spiritu, venerationem, gratias, obsequia rependat sempiterna. Ex qua mutua Religiosorum hinc beneficentia, inde obsequia quemadmodum Orthodoxis, id in universæ Ecclesiæ gloriam trahentibus exurgit jucunda.

396.
Nostra Pro-
vincia supe-
rioris Germa-
niae decem
pervadit Pro-
vincias Prin-
cipum.

397.
Ex his decem
Provinciis ad
summum de-
cem Monaste-
ria sunt attri-
buta.

398.
Eaque vel
pridem
sera vel pos-
sessa ab hære-
ticis.

399.
A centum an-
nis nullum
amplius Mo-
nasterium
Societati tra-
ditum.

400.
Grata memo-
ria amoris &
beneficio-
rum, quæ So-
cieras ab aliis
religiosis ac-
cipit.
Bucelin.
Germ. Sac.

401.
Qui & olim
translatio-
nem Mona-
steriorum ap-
probârunt.

402.
Ex his Reli-
giosorum in-
ter te officiis,

A. C.

MDLXXXIX.
Catholicis
creatur gau-
dium, hæ-
reticis os oppi-
latur.

ditas, ita hæreticis præciditur occasio exultanter traducendi, & cum men-
dacio longè latèque divulgandi, quin & exaggerandi, si quid vel modice
inter sacras familias dissidentiæ suboriri deprehendant, rudes nimurum & op-
pidò ignorantes, id si fiat, nequaquam ex impulso illius provenire spiritus,
quo, uti omnes religiosi cœtus instituti sunt, ita singulos ex his cœtibus ani-
mari oportet. Vetat quippe hic spiritus in vestimentum vetus mitti com-
missuram panni rudis cum periculo, ne tantò venustior, quantò vetustior
charitatis religiosæ polimita importunè dissuatur. Quod si aliquando, & à
paucissimis quidem contrarium committatur, an cæteri, qui spiritu pacis &
unitatis plerique aguntur, & ipsi in partes sese distrahunt, ut scissuram pejo-
rem faciant? neutquam profecto: sed omnes Religiosi Ordines, atque cum
bis minima Societas nostra, uti nihil magis detestantur, quām quidquid con-
cordiæ est vulnificum, ita summopere adlaborant, ut si quid luxatum est, al-
ligent rursum, & charitatis vinculo consolidarum tueantur.

403.

Biburgensis
Monasterii
memorabilis
origo.
Hundius
Stemmatorgr.
Bav.

Cæterum, ut ad Biburgense Monasterium calamus revocemus, quod
ad interserenda, quæ modò diximus, ansam præbuit, pauca eruditè oble-
ctandi lectoris causâ, de origine illius haud parùm admittanda præmittemus.
Castrum erat Biburgum tribus Ingolstadio milliaribus dissitum, cui circa an-
num millesimum centesimum Henricus ex Comitum Abenspergensium an-
tiquissimo stemmate cum uxore Bertha dominabatur, sed ex eo sibi infelix
vitus, quod à viginti jam annis nullam è sterili conjugे prolem suscepisset;
affligebat hoc Bertham quoque. Altius hæc aliquando sterilitati suæ indo-
lens, cùm fortè ex arcis solario in subjectam vallem, & surgentem indè cli-
vum, cui Adelunga nomen erat, mœrentes oculos conjectisset, interiore men-
tis impulsu mota, Christe, infit, Servator optime, si vel unica me so-
bole beaveris, in colle isthoc ædem statuam tuis, tuæq; Matris honoribus
consecrandam. Magno hæc vota fiduciæ spiritu animata, atque idcirco plu-
rimum DEO accepta fuisse eventus docuit: Undecim exinde liberorum ma-
ter Bertha extitit, filiorum decem, unius filiæ. Vorum exsolvit piissimè, la-
pides ipsa comportans ad ædificium. Conciliavit mox ingentem loco cele-
britatē beneficiorum, quæ Deiparæ patrocinio impetrata fuerunt, copia &
admirabilitas: quapropter domus aliquot recipiendis peregrinatoribus ad-
junctæ sunt, unde nomen Adelungestorffæ prognatum, quod hodie, eversis
temporum injuriâ domibus superstite tamen prodigiosa Æde Allerstorffæ di-
citur. Liberos Bertha mater ad omnem pietatem eduxerat, è quibus Con-
rado, & Erboni filiis, ac Berthæ filiæ in erciscunda familia Biburgense Ca-
strum cum subjecta Dynastia obvenit. Hi, ut erant insigniter pii, contem-
plati, se, quod auram vitalem traherent, Magnæ Numinis Genitrici de-
bere, statuerunt, ut parentes in colle Adelungensi, ita ipsi in arce sua Bibur-
gensi grati aliquod erga Deiparam animi monumentum ponete. Commu-
nicatis cum tuo cognato Divo Othonem Bambergensiuin Episcopo consiliis,
eoque suadente, ut pro Religiosis ex Ordine Divi Benedicti Cœnobium
fundarent, non obtemperârunt modò, verum ulterius progressi Castrum
ipsum, quod hucusque incoluerant, sanctioribus inquilinis relinquendum esse
censuerunt. Intra octo annos cum novo templo ædificata steterunt duo
Cœnobia, virorum unum, & ponè hoc, ut illius ævi mos erat, alterum
pro lacris ex eodem Ordine Virginibus. Primus Cœnobiarca fuit Funda-
torum germanus frater, Eberhardus, qui se in monasticum Ordinem Prü-
feningæ abdiderat, ac posteaquam tredecim annis Bibugo præfuisset, ad
Infulam Salisburgensem evectus nunc publicis inter Divos honoribus colli-
tur, quem cultum ejus quoque torori Berthæ hæc illius monumento, quod
in templo Biburgense visitur, incisa tribuit Inscriptio: *Anno Domini millesimo
centesimo quinquagesimo primo octavo idus Augusti moritur Sancta Bertha
fundatrix*

fundatrix hujus loci. Varias vicissitudines calusque infastos per quatuor M^{er} LXXXIX.
secula expertum Monasterium, denique annis quadraginta vacuum omnino, Post variis
desertumque ab incolis stetit. Unde Pontificis voluntate Albertus Bojariæ casus defer- 404.
Dux proventum tanti per administrationem suscepit, donec illos Aposto- tum quadra-
licæ pariter Sedis concessu Guilielmus Alberti filius Ingolstadiensi Collegio, ginta annis
ut ajebamus, addixit. Facta est hæc translatio vicesimā quintā Julii, non stetit mona-
absque sacris auspiciis. Præmissum namque fuit unā cum Concionē Sacrifi-
ciūm, solenni ritu habitum ab Joanne Holensteinio Præposito Collegii Ro- 405.
rensis, quod sub eadem tempora, quibus Biburgum à Magno, Babonis iti- Ac demum
dem Comitis Abensbergensis nepote Regularibus Divi Augustini Canonicis Ingolstadiensi
excitatum, traditumque fuit. Possessionem Biburgi, juriūmque omnium Collegio In-
Societati Pontificis, ac Duci Guilielmi auctoritate consignarunt Joannes
Liechtenavius, ac Andreas Amesmarus: Collegii Ingolstadiensis nomine
recepérunt missi ex illo Gaspar Stauderus, & Aegidius Fabricius. Emolu-
mentum, quod ex hac translatione ad Collegium Ingolstadiense pervenit, in
eo potissimum consistit, quod quater mille florenorum, quos jam olim su-
stentandis Anglipoli Sociis Albertus Princeps destinaverat, dimidiā par-
tem (hanc enim proventus Biburgenses exequant) certius jam & expeditius
ipse Collegii Oeconomus queat colligere, nec opus habeat vestigalium pub-
licorum, ex quibus hæc summa hucusque peti, pendique debebat, admini-
stros non absque sua & illorum crebra molestia circumcurlare. Alterius
etiam dimidiæ partis, seu bis mille florenorum solutionem, ne morose post-
hoc prolongetur, curaturum se appromisit Dux Guilielmus. Mirè is vide- 406.
licet favit Anglipolitanis Sociis, quod plurima ab illis in Academia, urbe, Causa ob
vicinia præclarè agi cerneret. Magnum erat Professorum Theologiæ ac diensi Colle-
Philosophiæ nomen, magnus disputationum ex utraque disciplina usus. Il-
lustrarunt ex nostris Academiam editis recens libris Mathias Mairhoferus,
Georgius Everhardus, Jacobus Gretserus, & maximè Gregorius de Valen-
tia, qui librum vulgavit, quem Examen Mysterii Calvinistici inscripsit. Ra- 407.
tisbonâ tantisper, dum illic negotium de fundando Collegio ad finem per-
duceretur, Carolum Peutingerum, & Simonem Graulicum Anglipolin evocavit Princeps, atque inde literis, & viatico instructos in Bavariam inferiorem misit, ut per Quadragesimæ hebdomades, tum in urbe Straubingana, tum in ora finitima animorum quæstum colligerent. Et collegerunt non modicum, ternis Carolus quavis hebdomadè Concionibus, ternis Simon catechesibus. Excursus ab iisdem facti sunt in varia tum superioris, tum inferioris Bojariæ asceteria fructu Cœnobitarum, ac solatio longè maximo. Interim templi Anglipolitani exstructio id jam perfectionis acceperat, ut ni- 408.
hil obstareret, quin Ecclesiastico ritu ac cæmoniâ consecratio adhiberetur. Ex- Templum
oratus est, ut hanc loco Suffraganei Eystetenensis nuper defuncti petageret Jo- Collegii In-
annes Baptista Bichelarius Suffraganeus Ratisbonensis, & Episcopus Al- golstadiensi
miranus. Erat tunc dies Dominica post Pentecosten vicesima tertia. Titu-
lus templo deleatus est à Salvatoris Cruce: Confirmationis simul Chrismate
hñiti quām plurimi, & Benedictio Ecclesiastica impetrata campanis quatuor, 409.
præsentibus semper ad has functiones tribus Serenissimis Guilielmi filiis, qui, postquam prandium dedere Sociis, etiam decantatis vespertinis psalmis
adstiterunt, post quos toti celeberrimæ solennitati coronidem omnino pulcherrimam imposuit Ferdinandus Principum natu minimus, anno
ram haud amplius duodecim, qui coram conferta eruditâque multitudine erectum in recens consecrato templo suggestum concendit, ac Latino lermone Latina in tem-
plo Oratione accommodatam celebrat. Orationem habuit, magna omnium volupate, ad-
mirantium coruscantes jam supra æratem eximias animi dotes, è quibus fa- Confecratio-
cile præfigites, quanto hic omnis nominis splendore ac Majestate Eboronum, ni Ferdinan-
dus Princeps Latina in tem-
plo Oratione finem impo-
ne,

& Hildesiensium, Monasteriensium, ac Paderbornensium Præsul, Ubiorum denique Archiepiscopus, & Imperii Elector Ecclesiam, Germaniam, Domum Bavanicam esset illustratus. Reliquum esse videri poterat, ut crypta quoque sepulchralis initiaretur. Contigit hoc paucis post diebus cum novo

410. *Primus in
nova templi
crypta sepeli-
tur Narcissus
Strigelius.
Hist. Soc. p. 5.* templi sepulchreto primus ex Collegio illatus est Narcissus Strigelius annorum viginti juvenis sub ipsas Calendas Novembres demortuus. Fuerat is virtutis Religiosæ plurimū, nec remissius doctrinæ studiosus, & avidus. Adhuc puer Dilingæ in patria sua, antequam dilucesceret, ad Gymnasium properans præstolari erat solitus, dum scholarum valvæ recluderentur. Philosophiæ curriculum emensus auspicandis mox Theologiæ studiis erat destinatus, verùm DEus ad videnda potius facie ad faciem quam audienda Divinitatis Mysteria Narcissum evocavit. Cum in suprema ægritudine vehementissimis afflictaretur doloribus, intermortua voce ad plura adhuc & acerbiora exantlanda Servatori suo identidem sese paratum offerebat.

411. *Monachii in-
stituta concio
italica.* In urbe Monacensi quantum Guilielmus Princeps indefessa cura absolvendo Collegii, Templi, novique Gymnasiæ ædificio, & impertiendis œconomiae subsidiis Societati se totum indulgebat, tantum Socii nunquam intermissis studiis laborabant, ut sanctissimis illius in promovenda Numinis gloria conatibus adlaborarent. Ab interitu, quo hæresis dicit, retracti quadraginta tres. Ternis per totidem templa, quas nostri tenent, Cathedris adjunctâ hoc anno quarta in facello aulæ, seu regiæ, quam hodie veterem appellant. Hieronymus Facerellus Neapoli evocatus pro concione ibi dixit lingua Italica, Italorum videlicet commodo, quorum ingens multitudo in aula, urbèque aderat. Ne porro Catechesin, quæ uti quatuor aliæ in

412. *Initium cate-
cheseos in fa-
cello Ferdinando S.
Sebastiani.* aliis locis, ita & in hoc facello hactenus explicata fuerat, oporteret intermittere, Ferdinandus Dux Guilielmi frater facellum perelegans, quod in novo suo palatio ædificarat, utilissimæ huic exercitationi attribuit, munusculis etiam, quibus pueritæ in addiscenda doctrina Christiana sedulitas incitaretur, largiter subministratis. Quin saepius ipsem, ut sanctæ hujus scholæ existimationem augeret, palam omnibus in facellum ex palatio descendit, piæ institutionis auditor spectatōrque. Et verò utut insignem retulerint frumentum, qui è suggestu spargebant Verbi Divini semina, multi tamen graves, cordatique viri censuerunt, non minora esse emolumenta, quæ nascebantur ex Catechesi, in plano proposita. Quæ animorum lucra, ut suæ quoque

413. *Marquardus
Episcopus
Augustanus
Nostris mittit
in Algojam.* Diœcesi Augstantæ procuraret Marquardus Episcopus, duos ex Dilingano Collegio Sacerdotes in Sueviæ tractum sat amplum, quem Almangoviam, seu contracto vulgariter nomine Algojam appellant, circummisit, cum mandato ac literis, ad quos opus videbatur, commendatitiis, ut in Cœnobia, scholas, curias modum rationemque inducerent, quæ expeditè ac fru-

tuosè Christianæ fidei dogmata traderentur. De iisdem etiam cum hæticis disceptandi luculenta se præbuit occasio. Lavingæ, quæ urbs Palatinis Principibus tum adhuc Lutheranis universa Lutherica, sub iisdem modò Catholicis tota est Orthodoxa, Academiam excitârant Protestantici. Inter Cathedralios Lutheri Ministros præcipuum se, ac Theologiæ Doctorem se rebat Philippus Heilrunnerus, Jacobi Heilrunneri Germanus frater, & pari cum illo inter tribules suos doctrinæ famâ. Vulgaverat is Positiones Theologicas, ad quas impugnandas eruditam viciniam omnem animosus provocator invitavit. Oportunè iis ipsis diebus Provinciæ Præses Alberus Gregorium de Valentia Dilingam adduxerat animi à laboribus scholasticis refocillandi causa. Præ omni recreatione Gregorium traxit venatio vulpecularum, quæ demoliuntur vineam Domini. Lavingam igitur, haud protul Dilinga, pariter ad Istrum sitam, die concertationi destinata ascendit comite Andrea Sylvio Academiæ Dilinganæ Cancellario. Haud incogititi Lavingani

414. *Gregorii de
Valentia &
Andrea Syl-
vii disputatio
cum hæticis
Lavingæ.*

ganis ambo erant, non de vultu tantum, sed reportatis sèpè in disputando MDLXXXIX. victoriis, unde consternatus illorum aspectu Heilrunnerus id consili in arena cœpit, ut sibi visos esse dissimulans, ne quidem pugnæ copiam offerret. Id cùm aliquamdiu præstolati animadverterent Nostri, audientibus universis petierunt, ut & sua dubia proferendi tempus concederetur, nam ad disputationem nuper jam, missa quæstionum indice, haud potestatem solummodo, sed invitationem quoque factam esse. Muginatus, nescio quid Præses, consensit tandem, verùm, ut ex vultu pateret, invitum id facere. Descenderunt itaque Gregorius, Andreasque in agonem, qui multos adversario creature angores erat. Disputabant sedatè, modestèque, non vociferationes, non mordaces resonabant aculei, sed tanto impugnationem urgabant pressiùs, stringebant arctiùs. Ipsæ, quas Heilrunnerus ad solvendos dubiorum nodos responsiones dedit, casses fuerunt, quibus semet intricabat angustiùs: his ut elaberetur, profiliit in assertiones sibimet oppositas, negavit, quæ paulò antè affirmaverat, ambigua esse concessit, quæ ut certa asseverarāt. Cùm difficiliorem semper inveniret exitum, id unum adhuc effatus, velle se pluribus cum utroque privatim conferre, conticuit. Vix non silentium hoc buccina fuit, qua auditores applaudere monerentur viatoribus, idque tanto magis, quò triumphatores sese tractabant moderatiùs. Multum certè existimationi Dilinganorum Academæ Patrum est additum, multum de Lavingensium opinione apud scholares suos ademptum, qui jam tuta magno numero, quidquid contrà vetabant Ephori illi Dilingam descendebant, cùm Theologicæ isthic Disputationes haberentur. Neque inanis conjectura est, consecutum exin fuisse, ut plures hoc, quam præteritis annis Dilingam, urbem Catholicam, se reciperent, ut ibidem nostro ductu in Romanæ Ecclesiæ municipium reciperentur. Multo plures ad eandem fidei communionem adduxit is, qui cum Socio Dilingâ Elvacum, usitato jam à quinque annis more, sèpiùs intra annum est evocatus. Tannenburgum haud procul Elvaco pagus est Principi Elvacensi subditus, sed in quo ex hæreticorum vicinia, & illorum, qui obstat debuerant, incuria errores Lutherici fœdè dominabantur. Ivit eò Sacerdos noster, ac ternis moratus hebdomadis crebra Concione & Catechismo effecit, ut intra tantillum temporis ducenti omnino sese ab hæresi absolvendos stiterint, nullusque jam incolarum non fuerit Catholicus. Cæterùm ad confirmanda Religionis dogmata, & commendandam simul frequentem Sacramentorum usurpationem haud parùm Dilinganis ac circumiectis locis profuit notabilis eventus. Foemina Dilingæ erat pedum usu dudum capta, ut sola gressum moliri haud posset, die quopiam festo celebriore, Panis Angelici manducandi accensa desiderio domesticos rogavit, ut se ad templum nostrum deducerent. Factum id est, & en! ut scipione nixa, & alieno suffulta brachio ad Divinam Mensam adducta est, sumpto Sacrosancto Epulo in fortitudine cibi hujus consolidatis illico plantis sola & absque fulcimento recessit. Quam nota priùs mulieris infirmitas, tam vulgata est protinus illius sanatio, quæ jam gratias agens Numini itabat per civitatem, admirante, & pariter in DEI Eucharistici laudes effuso populo.

Augustæ Vindelicorum illustre gentis suæ & urbis Sydus occubuit Sibylla Comes Ebersteinia Marci Fuggeri uxor, quæ gratam sui memoriam à nobis reposcit, tum quod benefica semper faatrix, moriens de suo peculio, in pia potissimum legata partito, mille florenos Collegio attribuerit, tum maximè, quod illius ad Orthodoxam Ecclesiam traductio primam Antonio Fuggero illius Socero cogitationem injecerit de Societatis domicilio Augustæ collocando, quam destinationem alii deinde ex eadem Fuggerorum gente, immortali suo merito & gloriâ, opere compleverunt. Exponere

415.
Disputationis
gloriosus pro
veritate exi-
tua

416.
Tannenbur-
gum pagus
integer ab
hæresi expur-
gatus.

417.
Beneficium
sacra Com-
munione im-
petratum.

418.
Sibylla Eber-
steinia Marci
Fuggeri con-
jux moritur
Augustæ.

nere hæc cœpimus in secunda historiæ præsentis decade, indè multa etiam attexuimus de vitæ Sanctimonia, quam & ipsa, & Ursula Liechtensteinia Georgii, itidem Fuggeri, conjux, posteaquam Catholicæ evaserunt, nunquam remisso, quamdiu vixere, studio secatæ sunt. Ursulam Bolzani apud Athenos tumulatam fuisse diximus. Sibylla Augustæ sepulchro illata est intra Divi Andreæ facellum, quod in æde Sancti Udalrici vir ejus Marcus elegantissimum condiderat, additâ sepulchrali hac inscriptione : *D. O. M. Marcus Fugger Baro in Kirchberg, & Weissenborn, Sibylla Comitissa ab Eberstein Conjuges sibi, posterisque suis hoc monumentum viri F. C. mortales monentes semel bñne mori, ut semper beatè vivant. Anno Domini MDLXXX.*

419.

In Gymnasio
Sodalitas
B. V. erigitur.

Gymnasi status tam Præceptorum industriâ & eruditioñis famâ, quæ discipulorum multitudine ac luculento profectu ita jam corroboratus fuerat, ut nemo quidquam ausurus contraria videretur, quò minus Societas, quæ cæteris Provinciæ Gymnasiis invexerat, in Augustanum quoque introduceret. Itaque hic etiam Sodalitas Beatissimæ Matris cultui propagando erecta est. Felicitatis loco novelli Sodales duxere, quòd eundem diem, quo Virginis natæ celebratur solemnitas, cœtûs sui haberent natalitium. Adfuerunt primo Sodalium conventui viri admodum honorati, recitatus dialogus accendendæ adversus DEI Matrem venerationi appositus : *Lectum diploma Pontificium, quo & Sodalitas, & ejusdem Indulgentiæ confirmabantur. Primus Congregationi Præses datus est Jacobus Pontanus, magnum jam ab literatura politiore adeptus nomen, cui incrementum accessit ex geminis Dialogorum libris, quos Progymnasmata inscripsit non modico instruendæ casta Latinitate juventuti hodiedum commodo usque. Quas Fridbergæ vicino trans Lycum oppido ædes habuit Augustanum Collegium, hospitalitas haud modicam anni partem, & charitas incoluit, ut tectum vietumque præberet confugientibus illuc, quos pestis ex Tyroli fugaverat. Vallem, quæ ab interfliente Oeno nomen sortitur, pestifera lues invaserat, Halam quoque & Oenipontum pervagata. Halæ charitatis viætima pridie Calendas Martias occubuit Joannes Gualterius Belga, qui sacræ Cathedræ, ex qua magna cum eloquentiæ fama dicebat, laboribus non exlatiatus, ægrotantes insuper consiliendi & morientibus assistendi curam depoposcit, vir, ut corpore vegetus, sic animo multa, magnaque pro DEO suscipienda complexus. At vix plenum periculi munus obire cœperat, cum pauperculæ mulieris Confessionem audiens pestilenti ejus halitu, & ipse astatus, segregatusque à communione contubernio post dies pauculos piissime decessit, quin duobus nostris, Sacerdoti uni, Laico alteri, moribundo assistentibus, quidquam morbi adhæresceret. Quibus deinde solis jussu Ferdinandi Archiducis permisum fuit cum civibus animorum corporumque tractare negotia, cæteris omne commercium interdictum, oclusæ scholæ, dissolutum Divæ Catharinæ seminarium, in quod Thomas Spaurius Brixinensis Episcopus decem alumnos, quos hactenus Diœceseos suæ bono Brixinæ alebat, paulò ante transtulerat, in Gymnasio nostro literis erudiendos. Magdalena, seu ut vocabant, Regina Ferdinandi Archiducis soror, Halæ quidem perstitit, sed, qui interim & ipsius & Parthenonis reliqui Confessiones exciperet, accersitus Oeniponto fuit novus Collegii illius Rector Joannes Faber, cui Alexander Hellerus gubernaculo cessit, ut liberiùs unis sese concionibus habendis impenderet. Mitiùs nimis populare malum in urbe Oenipontana sœviebat, non item in pomœriis. Wiltinense suburbanum Divi Norberti Collegium ab anni exortu ad Pascha usque clausum stetit, quare in pago Hoettingano urbi proximo ad Curionis munia, quæ alioquin Wiltinenses Canonici obeunt, procuranda, Nostrates, petente Archiduce, tribus omnino mensibus fuerunt adhibiti. Scholas, quas et si metus esset pestilentia, nunquam intercludendas esse visum est. Discipulus*

420.

Duo libri
Progymna-
matum Ja-
cobi Pontani
eduntur.

*Halæ in Ty-
roli Joannes
Gualterius
moritur vi-
ctima charita-
tis ex peste.*

422.
Oeniponti
Parochiam
Hoettinga-
nam Nostram
tempore pe-
stis procurant.

pplus frequentabat, Bartholomæo Staudero nomen fuisse monumenta in*MDLXXIX.*
 cant, è sylva Hercinæ superiore traçtu, quem Brigantinum appellant, oriundus. Acu, filoque vitam inter opifices sustentarat aliquamdiu : ad literas deinde animum applicuit, triginta jam emensis annos, atque ad scholam usque Humanitatis pervenit, cùm immanis eum vix non pessimum dedit calumnia : nobilis sed procax mulier de flagitio interpellavit juvenem, cohortavit ille, orco magis, & si quid orco terribilis est, abominatus ; quod ptebatur. Fœmina insano amore in odium verso ipsummet Bartholomæum velut impium in scelus allectorum accusat. Fidem invenit accusatrix ; accusatus velut alter Joseph Ægyptius, coniicitur in carcerem, in compedes, quorum squalorem ac pondera cùm aliquamdiu tolerantissime percessus fuisset, patuit tandem innocentia, ita, ut post acrem inquisitionem publicâ judicis sententiâ liber ac insons fuerit pronuntiatus. Dimissus è vinculis, urbique nunc toti, tum ob probatos jam prius mores, tum ob contestatam recens innocentiam summopere commendatus admitti in Societatem flagitavit. Dignum existimârunt Moderatores, ut, quem jam conservandæ pudicitiae causâ ferreæ nuper honestâlent manicæ, non jam cum infamia, sed proborum omnium gratulatione nexus etiam religiosi DEO adstringerent, ornarentque. Quibus uti se lubens illigavit, ita ad mortem usque vincitus in Domino perseveravit. Non ita felicem exitum sortitura fuisset alterius captivitas, nisi, quæ in rebus desperatis una potissimum spei anchora esse solet, Miseritordiae Mater auxilio fuisset. Insimulatus quispiam fuerat torquis aurei furgo subrepti, insons re ipsa, verum tam multis, quæ veri speciem habebant, presus indiciis, ut vix ultimum evasurus crederetur supplicium : conturbavit hæc miserum calumnia, eoque desperationis adegit, ut satius putat occulo intra carcerem suspendio publicam patibili ignominiam prævertere. Vester itaque discindit in tænias, quibus in funis modum contortis atque trabi alligatis ter collum inserit, semetipsum strangulaturus : ter frustraneus conatus fuit. Nempe, ut credi fas est, Matre DEI propitia impediente, cuius præsidio ac tutelæ, quoties jugulum resti innexuit, in summa animi perturbatione se commendaverat. Verum, en, fortius jam urgendum hominem dæmon arbitratus, prægrandis nigerrimique molossi specie irtumpit in carcerem, cultrum pariter ingentem rictu præferens, quem repetitis identidem assultibus miseri dextræ ingerebat, ut sibi nempe guttur secaret : ad feralem canis aspectum cohorruit captivus, inclamans DEI Matrem, vota faciens, & quantum collecto valuit spiritu vociferans : ut adfuere custodes carceris, dispersuit quidem monstrum, at ille unum è Collegio accersiri quantocyùs flagitavit. Adfuit, suasit, ut peccata Confessione deponeret : hortatus est, ut nihil ab orco metuens, Virginis Clementissimæ potenti patrocinio se porro totum quieto committeret animo, spe fretus certissima, fore, ut brevi suis liberaretur angustiis. Evenit post modicam temporis moram, quod sperare monitus fuit. Detectus, comprehensusque est verus patrator furti, innocens alter solitus vinculis, quin & peculio non exiguo pro injuria, molestisque compensandis donatus abiit. Memorabilis est & alia solertia, Stygii nimirum fascini. Puer annorum quindecim miris agebatur intemperiis. Cùm primùm dilucularet, exitum moliebatur extra ædes. Non seræ, non pessuli retinere poterant : si funes, si vincula intentares, furere ille, jactare se, & contorquere, rabidis, horrendisque vociferationibus complere omnia. Patefacere ostium, quām hos insanos tumultus perferre malebant domestici : ejiciebat se ille foras, prata, campos. arva pervolitabat mira celeritate, ut neque velocissimi cursores assequi possent. Ubi demum nox propinquabat, remeabat ad suos, fame, siti, lassitudine vix non collabeauit.

Histor. Prov. German. Sup. S. f. Dec. V. *Uu* *scens,*

429.
Josephi Ægy-
ptii exem-
plum renova-
tum in disci-
pulo Gymna-
sii.

424.
Quis dein
Societati a-
serbitur.

425.
Alius, ne se-
ipsum stran-
gulet, ope-
ratur. B. V. scripsit.

426.
Puer mirandis
præstigiis
liberatur.

MDLXXXIX. *scens, ut nemo non agnosceret, fieri non posse, quin violentæ huic agitatione paulò post mors quietem imponat. Cepere demum alipedem coloni, qui in agro opus faciebant, ac rectè suspiciati, orcinis illum præstigiis circumagi, necquam relutantem Oenipontum ad Collegium pertrahunt. Exuti Noster vestes jubet, pertentari collum & brachia, num quæ indicia laterent fascini. Et ecce! pendulam è collo thecam schedulis mirè inter se convolutis refertam! Evoluatur: figurarum apparent mirifici ductus, characteres ignoti, ignota nomina spirituum, nescio quorum, certè non cœlestium. Abjiciuntur omnia in flamas, persuadetur juveni, ut divinis sese præmuniat mysteriis, & appenso ad collum sacratio ex permissti Divorum cineribus amuleto. Paret ille magno suo bono, gaudiisque: non modò ullis ab eo die ad procursandum fodicari stimulis, sed lubens jam perstare intra lares, quin viribus etiam, quas perpetuis fatigationibus amiserat, vegetari cœpit denuo, ac totus revirescere.*

427.
Friburgi Hel-
vetiorum ob-
metum belli
suspenditur
fabrica Col-
legii.

528.
Puniti à Deo
Saltatores in
Quadrage-
sima.

Friburgi Nuithonum à contagione quidem publica hoc anno quies fuit, sed non in Republica tranquillitas. Bernatum, Sololdorensium, Valesianorum populi correptis juncisque armis Friburgensem agrum insederant, fines Helvetiæ tuituri contra Ducem Allobrogum, à quo hostilia metuebant, cum ipsi interim, ut ab armatis fieri solet, amicis etiam multum incommodarent. Calamitatum pars non modica ad Collegii villas, prædiisque se porrexit. Ex nece dein, hinc Francorum Regis Henrici tertii, indè Guisiorum Principum, scissa iterum urbs est in factiones geminas, inter quas cum nunquam non mutuis suspicionibus esse locus soleat, vix satis cauto pede ingredi socii licuit. Certè intentis ad diversa omnia civium animis non visa est urgenda multum hoc anno Collegii fabrica, præsertim, quod contra vicinos hostes, à quibus haud inanis timor erat, nova educenda essent moenia, & reficiendus pons lapideus, quem Senæ fluvio impositum vis aquarum dejecrat; munia tamen Instituti nostri universa curata sunt strenue. Et Concionatorum quidem voci vocem virtutis suæ singulariter DEus addidisse visus est. Habent hoc humanæ levitates, & hilariter vivendi pruritus, ut sanctissimis etiam temporibus, quæ soli pietati ac temperantiae ab Ecclesia dedicantur, causas, prætextusque excogitent intermiscent vanitates suas, ac intempestivè effundendi sese in petulantias. Ejusmodi abusus ab aliquot retro annis etiam Friburgensibus obrepserat. Quartæ in Quadragesima Dominica no-menclaturam à lætitia desumptam interpretari fax hominum solebat veluti classicum, quo populus intemperanter litare genio, ob superatam jejuniorum dimidiā partem, & jucundos inter ludos nugásque diem juberetur comburere. Gravissimè dehortabantur plebem sacri Oratores, ut hoc tandem anno, quo non leves patriæ incubabant jam, tum etiam imminebant calamitates, importuna in luctu tripudia intermitterent; idem Episcopi quoque Vicarius edixerat. Obsecuti sunt permulti, verum, ut invenire est homines, quos neque hortatus, neque leges coercēt, nullus item refrānat, vel publici mali sensus, metus, miseratio, quin exsatiare malint intemperantiae libidines, fuerunt in urbe, quibus in Dominica Lætare obstinè lætari decretum fuit: profanum itaque & insolens saltationis genus publicè instituunt, non absque civium offendiculo, metūque, ne vindicta cœlestis petulantiam castigaret: nec profectò evēnit aliter. Intra tres menses terni, qui chorearum præcipui fuerant Coryphei, miserabilem nocti sunt è vita exitum: unus imperitè sclopētum tractans se ipsum glande plumbea trajecit. Alter aquis pafocatus interiit, tertius vino oppletus media nocte animam efflavit. Profuerunt Divinæ ultionis monumenta, ut imposterum hi abusus integrè sublati fuerint.

Lucernæ

A. C.
MDLXXXIX.
429.
Exemplum
pœnitentiae
quod Lucher-
na apostata
edidit.

Lucernæ egregium pœnitentiae exemplum fuit editum. Inter quinque & vi-
ginti, quibus Noſtri factâ fidei profiſione ab hæreſi impetrerunt, unuſ extitit, qui ausuſ & Clauſtri religioſi, cui ſe devoverat, limites perrumpe-
re, & à Religione Orthodoxa proſugere, eò malitiæ devènit, ut non exhorru-
xit annis quatuordecim miniftrum pofeminandæ hæreſeos è pulpito agere.
Ubi Numinis ſingulari beneficio flagitia ſua deteſtatus, DEum ſibi & Eccle-
ſiam accurata inter lacrymas confeſſione reconciliārat, iſtitit, ut etiam, quo-
ad poſſet, illata palam Divinæ gloriæ detriſta palam reparandi occaſio,
modusque præberetur. Naſtus hoc eſt in facello noſtro, in quo flentem
præ dolore ob admiſſa piacula, flens pariter pio ex gaudio Nuntius Apoſto-
licus, complorantibus cæteris, qui aderant, universis, ritu ac cæremoniis,
quas hæreticis publicè reconciliandis adhibet Ecclefia, aberrantem diu ac
ſimil alios in errorem abducere ſolitum expiavit ſectarium. Jodo-
cūs Itæus, quem ex Collegio Lucernensi anno præterito in Epifcopi Basileen-
ſis ditiones miſſum fuſſe diximus, tantam in evelledis Oecolampadianæ
hæreſeos zizaniis operam poſuit, tam uberem ex Evangelii ſatu meſsem
collegit, ut ſpem conciperet Antiftes, multò plus frugis in horrea Do-
mini comportatum iri, ſi plures in meſsem venirent operarii. Sed ob
horum paucitatē mitti unus duntaxat tunc potuit Conradus Martinus vir
gnavus & impiger: coniunctis ambo ſtudiis effecerunt, ut trecenti jam nu-
merati fuerint ex oppidanis Lauffenatibus, qui orthodoxos ſeſe profeffi Di-
vina Mysteria, Fideique Catholicæ frequentarent exercitia. Qui ad Con-
ciones ſaltem noſtrorum ventitabant, fuere multò plures. Ferre hoc non
poſuit, qui Cathedram adhuc Sathanæ occupabat Oecolampadianus bucci-
nator, fremere itaque ex alto, neque objurgare tantum, ſed contumeliis
etiam debacchari in defertores ſuos. Nihil hiſ clamoribus movit præter bi-
jem. Oris impotentia audiendi patientiam ſuſtulit, apud illos etiam, quos
haec tenus delirationum ſuarum auſcultatores habuit, quapropter bonâ om-
nium venia, ubi allato Principis decreto Oppido exēſſe jufſus fuit, ab ovi-
culis amarulenta jam paſcua nauſeantibus diuſſus eſt. Necdum gravioris
incommodi metus permittebat, ut reliquæ incolarum parti, quæ pertinaciūs
adhuc ſectæ ſuę inhærebat, omnis omnino Prædicans denegandus videretur;
Alias proin vias tentare oportuit, quare Opilioni priori ſufficitus homo eſt,
doctrinâ leviter tintus, cætera altercationum fugiens, & à Catholicorum
iſtitutis non multum alienus, unde frequens erat in adhortando populo, ut
Magistratui, Præfectis, Principibus morigerum ſe daret, ac obſequenter.
Adeſt non multò poſt mandatum Principis, quo Oecolampadianis comuni-
cum Orthodoxis ſepulchreto interdicitur. Pupugit ea res indigenas ve-
hemtissimè, ut penè ipſa morte gravius ducerent à mortuis dudum ſuis, proa-
vis, atavisque ſepulturâ disjungi. Itaque, cum ex ipſius præconis ſui ore
nihil crebrū audiviffent, quām: obedite Præpositis vestrīs, parere Epifco-
po, utque ſepulchrorum communione cum demortuis Majoribus frui poſſent,
etiam communione Sacrorum cum Orthodoxis uti statuerunt, dimiſſo pro-
tinus, quo jam opus habituri non eſſent, declamatore hæretico, acceptārunt
curionem, quem Epifcopus dederat, Sebaſtianum Kirrenbachium. Illustri
totius Lauffenæ ad Ecclefiam Catholicam redeuntis exemplo permoti novem
pagi, ex quibus ferè Dynastia Zwingensis conſtituitur, faciliū ſam & ipſi
veritatis admiferunt magiſtros, unde factum, ut intra pauculos menses uni-
verſa hæc Satrapia jam eſſet Catholicæ. & adeò firmiter quidem, ut, cum in-
tellexiſſet populus, rumorem ſpargi, finitiſ vindemiis evocatum iri præco-
nem hæreticum, qui Zwingianum rurſus buccinum inſonet, miſſo ad Prin-
cipem viro honestiſimo, Magiſtratū ac ciuim nomine confeſtatus ſit, vi-

Hiftor. Prov. Germ. Sup. S. J. Dec. V.

U u 2

cam

430.
Jodoci Itæi
ex Collegio
Lucerneni
fructuosa
Miſſio in agro
Bruntrutano.

431.
Trecenti ex
urbe Lauffena
fadi Cacho-
lici.

432.
Præcones
hæretici Lauf-
fenæ dimi-
tuntur.

433.
Tandem urbs
Lauffena tota
fit Orthodoxa
& cum bac
tota Zwingen-
ſis Satrapia.

tam omnes datus potius, quam aures iterum novitiis, quos impostores esse jam certò agnoscerent, fabulatoribus.

MDLXXX.

434.
Jacob Christo-
phorus Bla-
ter Episc.
Basil. Collegi-
um Societati
fundare cogi-
bat.

Tam optabilis rerum ac animorum convercio Antistitem eò adduxit, ut jam certus operarios Dioecesi suæ ac territoriis adeò proficios, haud portò amittere, de stabili potius sede, & Collegio, ac Bruntruti quidem, ubi ipse habitabat, collocando ɔrsus sit cogitare. Bruntrutum urbs est ad amnem Hellam in Sequanis, qui cis montem Juram colunt, Burgundiæ, quam habet conterminam, Regibus olim subdita: sita in planicie, in collēm assurgit, cui arx imposita. Veluntione à Burgundionum Episcopo petuntur jura urbis sacra, profana ad Episcopum Basileensem pertinent, quem Bruntrutum, & circumiectæ terræ dominum agnoscunt, & facrum Romani Imperii Principem. Is, ut ajebam, Bruntrutanam potissimum arcem incolit, Canonici vero Cathedrales, postquam Orthodoxa religio Basileâ exulare compulsa est, migrare coacti & ipsi, tandem Arleshemii loco non procul Basileâ diffito conlēderunt, cùm prius Friburgi in Brisgoja aliquamdiu commorati fuissent, ubi & Episcopus Canonicos, indicto conventu, sententiam rogavit de Societate Bruntrutum introducenda. Nemo fuit, qui non magnoperè id expedire judicaret. Quapropter nihil jam protelandum ratus antistes, datis ad Alberum Provinciae, & Claudium Societatis Præpositum literis, instantissimè Socios mitti flagitavit, qui Collegio initium ponerent, at linguae Germanicae, Gallicæq; peritos, nam civium pars idiomate, quod Germanis, pars, quod Gallis commune est, dialecto tamen peculiari, utitur. Non potuit Claudius repulsam dare benevolentissimo erga Societatem Præsuli, rem postulanti, quæ augendæ Numinis gloriae evasura esset in primis accommoda. Ut opus absolutionem suam acciperet, missus Bruntrutum est Georgius Witweiler Brigantinus, qui jam Theologiae Doctor, & Wisensteigensium in Suevia Canonicorum dignitate conspicuus, Societati se addixerat. Is, cùm inclinante jam ad finem anno Anglipoli, ubi ad Divi Mauritii Concionator fuerat, Bruntrutum usque venisset, exceptus amantissimè à Principe, Nobilitate, civibus, intra breve tempus negotium tam feliciter pertraetavit, ut non longè ab anni insequentis exordio Collegii quoque Bruntrutani exorsus visuri simus.

435.
Georgius
Witweiler ad
negotium
fundationis
absolvendum
Anglipoli
Bruntrutum
mittitur.

436.
Ratisbonæ
prima pro-
mulgatio In-
dulgentiæ So-
cietai con-
cessæ ad Ca-
lendas Janua-
rii.

437.
Restituus
mos supplica-
tionum in
Feriis Roga-
tionum.

Interea, dum de futuro apud Sequanos domicilio transigitur, nuperum, quod apud Bojos Ratisbonæ excitatum fuit, Collegium secundo usum progressu est, faventibus nimirum Bojariæ Principibus, & Cathedralis Collegii Canonicis, qui præsidium omne, tutelamque Sociis tam profuse addixerunt, ut in communionem quoque fundatorum, juraque illorum & privilegia, prout postulare dignati sunt, venisse ita agnoscantur, ut grata id recordatione perpetuò prædicatura fit Societas. Primæ Sociis, ex quo Collegium Ratisbonæ habuerunt, Januarii Calendæ illuxerant, cùm visum fuit, accedente præsertim Joannis Baptiste Pichelmari Proëpiscopi hortatu, promulgandas esse Indulgentias, modumque simul easdem obtinendi, quidquid contrà scommatum, risuunque moverent heterodoxi, queis tamen insuper habitis, Catholici magno numero Divina suscepserunt Mysteria, quin & manus aliquid, magisque publicum ad veterem consuetudinem revocare placuit. Diu jam antiquos Ecclesiæ ritus exterminandi libido omne Supplicationum sacrarum genus aboleverat. Curarunt Nostræ, ut festo, si unquam, cultu ducerentur illæ, quas ternis, ut appellantur, Rogationum seriis populis orthodoxus solet instituere. Circumiit compositum agmen ex omni ætatis, sexusque ordine; Litaneticis precibus imploratum Numen: invocati Cœlestes: præcinuerunt Musici, succinuerunt turbæ, effusæ ad insuetum spectaculum civitate, hinc mirè lætis, indè dolentissimè obliquis intuente oculis. Quorum labor tam utilem se probavit intra urbis pomæria, eorundem industriam adhibere voluit Episcopi Vicarius extra urbem. Itaque à Simone Hieq.

Hendelio, qui primus Collegii Rector fuit, duos postulat, quos in extreimas Diocesos oras sylvis Bohemicis finitimas, excolendis Sylvicolarum animis submittat. Iverunt hi, atque ex itinere in gemina asceteria sunt delati, quorum unum ex Ordine Sancti Bernardi DEI Cella, alterum ex Ordine Divi Benedicti Mariae Cella nominatur. Huic posteriori plurima datum ab annis propemodum sexaginta intulerunt fundatorum quidem in praediis, non item in pietate, successores, qui causati proventus loci adeo esse deperditos, ut neque Abbas, neque Coenobiorum sustentari jam possent, quod reliquum erat redditum, suos in usus converterunt, iisque colligendis homines laicos, atque adeo Lutheranos præfecerunt, modico sanè compendio. Fundatorum familia & possessionibus antea & antiqua nobilitate florentissima non multò post exaruit, Coenobium refloruit. Jacobus Mülleerus Episcopi Ratisbonensis Vicarius Generalis, quemadmodum potissimum fuit, qui difficultates stabiendi Ratisbonæ Collegii perrumperet, sic labore maximo & solertia effecit, ut novi ex eadem Divi Benedicti familia coloni revocarentur in suum Monasterium, atque Abbatem ex Asceterio Oberaltaichensi accitum reciperent, virum religiosæ virtutis, & suo & aliorum ammis inferendæ cupidissimum. Ut advenere nostri, Abbas convocatis illico suis, quos habebat in Monasterio, multa de Societatis laude præfatus magno omnes hortatus est spiritu, ut intima conscientiæ arcana cum Sociis communicarent, vitæ deinceps ordinandæ methodum acceptarent: scire se experientio, quantum id sibi ipsi proficuum modò foret, ex quo nuper bidui itinere Ratisbonam profectus, atque octo dies inter Nostros versatus, piis præceptionibus, quas Ignatii commentationes sacræ comprehendenter, animum probè imbuisset. Obsecundârunt fidelissimis Præpositi monitis subditi ferè omnes. Idem & in altero actum est cœnobio, quod DEI Cellam appellari diximus. Interim Ratisbonæ Collegii Templo, quod ad meliorem formam enovabatur, nova simul parabantur ornamenta. Præcipuum fuit Digitus Sancti Wolfgangi, donum Illustris viri Joannis Christophori Haunpergii, ex eo etiam Nostris carius multò, & sanctius habendum, quod veluti pignus haberent præsidii ac tutelæ, quam à Sancto Wolfgango sperare possent illius domicilii incolæ, cuius ipse hic Divus Autor ac ædificator fuisset. Nemus deinde, piscinæ, agrorum quidpiam & pratorum in pago Irlbacensi, quæ olim à Monasterio Divi Pauli alienata fuerant, recuperata sunt, quam non absque sumptu, quem in hanc recuperationem facere oportuit. Magis publica obtigit probis omnibus latandi causa, ex absoluta mense Septembri structura novi Gymnasii eo in loco, ubi pertinens ad Monasterium domus nullis jam apta usibus, ac semirutum ponè eam horreum steterant. Antequam in illud introducerentur discipuli, quod factum undecimo Octobris, pridiè in scenam sunt producti adeo elegantem, ut adversarii etiam diviso in affectus pectore, quantum dolorem è futura, quam prævidebant, scholarum perpetuitate, tantum ex hoc celeberrimi principii spectaculo caperent oblectamentum. Sacrum de Sancto Spiritu eadem die apparatu Pontificali in æde Sancti Cassiani, qua adhuc Socii utebantur, perpetravit Joannes Baptista Pichelarius Episcopi Suffraganeus, qui nuper jam notabilem pecuniæ summam levandis struendi Gymnasii expensis donaverat. Cantans demum est Hymnus, quo Ambrosius, & Augustinus DEI laudationes concinuerunt, ac in suas quique classes (quaternæ erant) partiti fuerunt scholares. Inter centum & quindenos, qui primitus Gymnasium frequenterunt, numerati fuere sex & quadraginta, ex Divi Benedicti, Francisci; Dominici, arque aliis Religiosis Ordinibus Alumni.

Monachii quoque haud novi solummodo Collegii, sed Gymnasii etiam fabrica prosperè consurgebat: Suscepserat hanc Guilielmus, quod jam eousq;

A. C. MDLXXXII.

438.

Simon Hendelius primus Ratisbonæ Rector.

439.

Gesta à nostris in Cella DEI & Cella Mariae Monasterii.

Hundit Metrop.

Topogr. nova Straubing.

Hund. Scen- ma Bay. an- tig.

440.

Abbatis Mai- tri Cellenüs pietas.

441.

Digitus S. Wolfgangi donum Chri- stoph. Hau- spergii.

442.

Recuperantur bona à Mono- stero alienata,

443.

Gymnasii structura ab- soluta; scho- larum sole- ne princi- piuum.

444.

Monachii fa- bricam Gy- mnasii &

excrevisset discipulorum numerus, ut scholæ, quas Princeps Albertus condiderat, quantumvis amplæ, tantæ nihilominus multitudini capienda haud sufficerent. Verum ecce illæstabilis casus intervenit, quo & Collegii & Gymnasii constructio fuit sufflaminata. Novum Divi Michaëlis templum, quoad annis hactenus quinque moliebatur Guilielmus, eam perfectionem accepit, ut differenda ultra mensem solennis consecratio haud putaretur. Nam ipsa etiam turris ducentos pedes alta propè ad fastigium perducta erat. Sed nempe ipsa altitudo, ac enascens inde pondus grandis infortunii causa fuit. Choro, (ita partem Templi, in qua princeps ara statui solet, nominamus) innexa turris primò chori fornicem mole sua premere atque in hiatus diffindere, tum ipsa etiam rimis cœpit fatiscere, ac tam celeriter quidem, ut peritus etiam architector vitium haud adverteret, antequam esset irremediable: solum itaque restabat, ut turrim denuò demolirentur fabri murarii, lignariique; conducuntur hi magno numero, deponuntur quatuor magnæ molis, magnique pretii campana æra, revelluntur, quæ statuta jam erant, altaria, migrant ex vicinis ædibus inquilini, nostri etiam ex veteri, quod turri vicinum erat, Collegio: præcipiti festinatione omnia. Et verò etiam periculo plena: Nam en! eventum, uti hinc damno ac pernicie, sic inde benefici Numinis providentiâ memorabilem ! Undecimâ Maji, cum sub vesperum horâ, quâ solent, fabri omnes operæq; abiissent, Chori laquearia unâ cum turri, quanta quanta fuit, in seipsa subsidunt, fragore tam modico, qui vix audiretur: non vicinæ domus, non reliquum templi ædificium, non homo ullus, ne catellus quidem, quid-

446.

quam læsionis accepit, ut vix non putares, acervos lapidum de industria certum intra limitem compositos & comportatos fuisse. Cæterum ut ex hac mortalium saltem, ædiūmque vicinarum conservatione Socii, &, qui erga Socios benevoli fuerunt, leniendi in hac strage doloris, & Numinis, quòd graviora damna averruncāset, collaudandi materiam sumpserunt, ita, qui res nostras pessumdatas voluere, ansam arripuerunt exultandi, insultandique repentinæ infelicitati: cuius reparandæ nemo deinceps ob sumptuum immanitatem animum ausurus esset resumere: quin omen datum esse blaterabant, quo Cœlum significāset, exterminandos esse Monachio homines, qui Principe sub specie augendi Cœlitum honoris induxissent, ut suas ipse exhauriret gazas, ideo tantum, ut esset, unde Sociorum jactandi sele ex hac Basilica cupiditas expleretur, & avaritia. Jámque hæ voces in ipsius Guilielmi aures lese insinuabant, non absque spe, futurum, ut pondus suum habeant. Sed brevè conspexerunt vani machinatores, molimina sua, quæ nostris ruinis inædificārant, haud corruisse tantum, sed funditus interiisse. Guilielmus, verè Principali confirmatus spiritu, malignis infausti casūs explicatoribus alia omnia, quām vellent, reposuit. Enimverò: ajebat, in longè diversam partem interpretor, quidquid accidit. Ex hoc ipso, quòd infortunium hoc nulli alienarum ædium, nulli mortalium quidquam vel minimi damni attulerit, solà turris testudinisque eversione terminatum, confido pariter nulli hominum iram coelestem incubuisse, sed soli ædificio, nimiùm videlicet angusto pro Augusta Michaëlis militiæ cœlestis Archistrategi majestate. Id magis formido, ne illius indignationem in nos etiam provocemus, si commissum errorem non illico emendare admittamus. Dixit hoc, & mox esferri mandavit rudus, aream purgari, spatium aliud designari statuendæ turri, cho-

448.
Simon Hien-
delius Colle-
gium simul
& fabricam
recturus Re-
tisbonâ acci-
tur.

rum denique & chori fornicem in longiorem, latiorēmque extendi amplitudinem. Aedificio prosequendo, & quā opus erat, extendando præpositus fuit idem, qui Collegio, Simon Hiendelius Ingolstadtii natus, vir Architectonices peritissimus, Ratisbonā, ubi itidem primum Collegii Rectorem fuisse nuper meminimus, à Principe evocatus, cui ad subsidiariam operam navan-

dam adjunctus fuit Andreas Gundelfingerus civis, Architecturæ & ipsius haud imperitus. Successit Hiendelius Othoni Eisenreichio, novem ferè annis 449. Sociorum Monacensium Rectori laudatissimo, Augustanum deinceps Colle- Othoni Ei- gium moderaturo. Quo die, decimo septimo videlicet Calendas Novem- senreich no- bres, Hiendelius gubernationem adiit, beneficam subsequentem nocte Col- vem annis Legium amisit matrem, Annam videlicet Alberti Bojorum Ducis Conjugem, Rectori Mo- nacensi.

Ferdinandi Cæsaris filiam, Guilielmi Quinti parentem. Hæc uti marito in 450. tuenda religione Catholica sociam semper & adjutricem se præbuit strenuissimam, sic & in fovenda ac sustentanda familia nostra imitatrixem benignissimam. Obiit, uti vixerat, piissimè, omnibus ad beatam mortem communata præsidiis. Abierant biduo antè Coloniam Philippus ac Ferdinandus,

ambo Annæ nepotes, cùm priùs sumptâ in nostro Sacello Eucharistia cœleste 451. Nepotes sibi ad faustum iter parâssent Viaticum; aberant quoque duo filii Guilielmus Anna Philip- cum Renata Conjuge, ac Ferdinandus, qui tamen, ubi post triduum rediē- pus ac Ferdi- runt, triduanas exequias magno, & ad pietatem excitandam aptissimo ap- Colonense paratu celebrârunt. Antequam hæc finirentur, Guilielmus novo Rectori in sumptâ Eu- aulam accito indicavit, se, quamvis Eisenreichii causâ, quem magnoperè charitiâ se x̄stîmâasset, amassetque, omnia voluisse, haud minùs tamen velle unicè ip- preparant,

sius Societatis ergò. Quapropter, quoties ope sua indigeret Rector, nihil Guilielmus verecundans accederet, ac fidenter peteret. Cùm tamen modestiæ 452. novo Rectori causâ ad mensem usque Decembrem in aula non compareret Hiendelius, ad animandam illius fiduciam, ac tollendam in flagitando hæfitationem ul- Hiendelio trò Guilielmus mille florenos dono submisit, tam oportunam, quâm necessaria- beneficia pro- mittit ac sub- mittit.

riam alieni æris ponderi minuendo levationem. Idem Dux, cùm Claudio Societatis Generali obitum Matris Romam perscribens universi Coetus no- stri preces pro defuncta expetiisset, verbis humanitate plenis adjecit, si ma- trem sibi erectam esse putaret Societas, crederet tamen, patrem supereesse in Guilielmo, paterno quippe se animo promovendis, tum Ordinis nostri totius, tum præcipue Collegiorum, quæ in Bojaria sua essent, commodis invigilaturum. Quæ clementer appromiserat, largiter explevit. Quod ante annos sedecim

parens Albertus Collegio Ingolstadiensi diploma dederat, innovavit, auxit- que. Nec enim locus tantum, quo templum, Collegeum, scholæ, hortique 453. Guilielmus Dux Colle- gio Ingolsta- diensi Con- viatum s. comprehenduntur, verum etiam contubernium, quod à Sancto Ignatio Mar- tyre nomen habet, recens constructum Societati totum ut esset proprium, atque, ut donum esset perpetuum, decrevit, eâ cum proventuum immunitate universali, ut nulla penitus vel potestas, vel Magistratus, multò minùs quis- quam privatus tributi quidpiam, quocunque censeretur titulo, ac nomine, exigendi jus ac potestatem unquam haberet. Adjuncta contestatione, id

privilegii Sociis concedi in remunerationem temporalem fructus spiritua- ris, quem Societas adeò copiosè seminaret Anglipoli, Monachii, totâque Bavaria: quæ proinde donatio, ut jura imperant, tamdiu nec revocari, nec infringi possit, quamdiu Socii haud convincantur (quod Superi nolint) culpâ suâ hoc privilegio excidisse, atque indigni evasisse. Adjunxit beneficium

aliud Augustinus Stobelius laudatus admodum Celeberrimi Benedictino- rum Altaichenensis Monasterii, quod Inferius nominatur, Abbas. Hic, ut item ex agris Ingolstadien- erat disciplinæ religiosæ, ita simul Oeconomiæ curans, decimas, quas ex agro sibus partem. Ingolstadiensi jam à septingentis annis dono Ludovici Bojorum Regis Alt- aichenses Cœnobitæ possederant, nimiùm à Monasterio diffitas, collectuq; Gresfer. in Episc. Aus. Hund. Me. admodum difficiles, & frauditionibus obnoxius conspicatus, facta agrorum, trop.

qui Cœnobio sunt propiores, permutatione, Duci Guilielmo cesserat. De- cimaru ex his arvis partem alteram mox Guilielmus Ingolstadiensi Colle- 455. Biburgensi- glio transscripsit, donavitque, ut perpetuam fundationis portionem. Bi- um & vicinia burgi fruebatur quidem Ingolstadiensis Domus agris, prædusque, non item animi à Socie- addicis aliq;

MDLXXX.

addictis probè subditorum animis, quos nescio quorum pravi sermones à Societate reddiderant alienos. Sentire non multò pòst cœperunt mitiùs, ubi Nostros haud proventum solummodo, sed animorum quoque rationem habere conspexerunt; nam & Conclaves sunt institutæ per viciniam, & Catecheses, & reliqua demum omnia, quæ Societas usquam locorum usurpat, etiam hīc promiscuæ plebi adhibita. Præcipuè paganorum mentes novis possessoribus conciliavit Casparus Stauderus primus domicilii hujus curator, seu, ut apud nos appellare mos est, Residentia Biburgensis Superior, vir longè manuetissimus, cuius præcipitem ex loci hujus administratione abitum obitumque Nostri exterique deplorarunt. Brigantia ad lacum Acronium, aliquot annis ab arcanis Georgii Illsungi, Suevia, quæ Domui Austriae paret, Præfecti epistolis fuit. Multa Illungo, ut olim memoravimus, cum Petro Canisio, necessitas, atque indè adversus totam Societatem benevolentia fuit, quæ crebris de cœtu nostro sermonibus etiam in Caspari animo altas radices fixit. Erat herus in eo, ut Ravenspurgum Sueviæ urbem multum celebrem Familiam nostram induceret. Sed, cum è media negotii tractatione morte fuisset abruptus, atque simul Caspari uxor obiisset, filia porrò inter sacratas DEO virginis vitam agere decrevisset, ipse vias omnes tentare constituit, quibus in Societatem sibi aditum patefaceret. Itaque annis licet multum provectus, literaturæ politioris, & rerum, quæ ad forum interius pertinent, cognitionem, quanta Sacerdoti necessaria est, comparavit. Ipse hic ardor & perspecta viri, cum adhuc profanus esset, manuetudo, demissio, prudentia facile permoverunt Paulum Hoffæum, qui tunc Provinciam regebat, ut Gasparem, posteaquam Sacerdotio initiatu jam erat, in Societatem reciperet. Vix Tyrocinio defunctus, Collegii Landsbergensis, ac dein Augustani Minister, mox Halensi Collegio, & Regii Parthenonis Confessionibus audiendis fuit præfector. Sed eo in munere ac loco infesti extraneis jam tum cruciatus & tortina virum ita exercuerunt, ut, ne succumberet, avocandus fuerit. Ingolstadium itaque delatus, Biburgensis Domicili, quod sub idem tempus Collegio accesserat, oeconomiam administrare jussus fuit, quam summa lenitidine pertractans mirè omnium, quibuscum ei agendum fuit, voluntates sibi, Societatiq; devinxit, imò & Ecclesiæ: intra pauculos menses, quibus Biburgi fuit, Familiam integrum heterodoxam, maritum, uxorem, liberos Catholicis adjunxit. Remanserant adhuc morbi Tyrolensis reliquiae, quæ in tabem demum hecicam degenerarunt. Quare Anglipolim relatus cum aliquot menses malum patientissimè tolerasset, placidè, simulq; piè extinctus est, annis in Societate transactis haud omnino sedecim. Academia Ingolstadiensi, quæ jam ex præsentia Boorum Principum pulcherrimè splendebat, novum idq; radiantissimum fidus accedit Ferdinandus Caroli Archiducis Austriae, Styriae, Carinthia, Carniolæ, filius primogenitus. Noluit is scholas, antequam accuratum de scientia sua adire periculum, ut Gymnasiū leges volunt, facerent Magistri, ut, in quam classem adscribendus foret, decernerent. Horam & ultrà pericitatio tenuit, non quod necessaria, sed ipsis examinantibus jucunda esset: adeò scitè ac venustè ad singula respondebat Princeps, à quo olim universus Orbis Germanicus responsa accepturus erat, ac Leges, quid agere haberet vel intermittere. Poëeos ac Historiæ studiis ex Magistrorum judicio sese applicuit, quibus ipsis duo Ferdinandi avunculo nati Ferdinandus Bojus ejusque frater Philipus eodem anno egregiam impendebant operam ad Autumnum usque: tum enim discesserunt, perrecturi Coloniam, ac moraturi illic statuto à Canonibus tempore, ut qui recens inter Canonicos Archicathedralis Ubiorum Principes Boji. Ecclesiæ adlecti fuissent. Pridie, quā abirent, invitati ad aulam Gymnasiū comparuerunt perhumaniter, ubi Magistrorum unus diserta Oratiuncula grates egit

456.
Conciliantur
lenitidine
Caspari Stau-
deri primi
Residentia
Superioris.

457.
Eius paulò
pòst defuncti
Elogium.

458.
Ferdinandus
postea Imper-
ator Secun-
dus ad Gy-
mnasiū In-
golstadiense
frequentan-
dum venit.

459.
Discedunt
Anglipoli
Ferdinandus
& Philippus
Principes Boji.

egit pro illustrissimis industriae & egregii profectus exemplis, quæ frequentando scholas disputando, personis etiam in scena representandis universæ juvenuti crebro proposuerant imitanda. Magistrorum alius Carmen subjunxit Propempticum, quo & faustum iter digredientibus, & incolument Coloniæ moram, & gloriosum in patriam redditum est precatus. Abiit sub idem tempus, qui nostro hactenus Collegio præfuerat, Richardus Hallerus Romam alegatus, ut interesset Congregationi Procuratorum, qui de more ex omnibus Provinciis adfuturi erant. Vices ejus interea sustinuit Mathias Mairhoferus.

A. C.
MDLXXX.

Circa hæc tempora mos invaluit, ut Sodalites Partheniæ, quæ in Gymnasio nostris complures eratæ jam fuerant, rerum in suo cœtu gestarum, si quæ erant memoratu digniores, narrationem mutuis inter se epistolis comunicarent, idoneo prorsus consilio, ut, quantumvis loco distarent, studiis atque colendæ virtutis per has literas incensis jungerentur unanimes. Præcæteris salutare, & jucundum fuit, quod Dilingani Sodales perscripserunt: *eben Dysenteriæ lues tum urbi cæteræ, tum Collegio Divi Hieronymi incubuerat,* adeò truculenta, ut quinquaginta convictores corripuerit. Fuit inter hos Joannes Baptista à Prato, illustrissimo apud Tridentinos genere, sed virtute multò nobilior, integerrimæ adolescens vitæ, & ob morum innocentiam omnibus summoperè æstimatus. Ad extrema deductus, jámque Sacramentis morientium præparatus, cum geminos fratres, qui & ipsi in convictu erant, uberrimè flentes, sedato ipse animo, siccisque oculis ad constans virtutis studium, ac Divinæ præsertim Matris amorem suisset cohortatus, lacrymari eos vetuit, confidere se, non abiturum hinc aliter, quam ut æternæ beatitatis gaudia adeat. Vale subin dico, cœpit paululum obdormiscere; at brevi ad Sacerdotem nostrum; qui ægrotanti assidebat, sublata quantum imbecillitas sinebat voce, ô Pater! ait, ô quæ vidi! sciscitur ille, quid spe-
Etasset: Congregationis, reposuit: nostræ Mater ac Domina pro! quam amabili specie, quam splendido Virginum sanctorum comitatu visendam se obtulit, elegantissimam ostentans tabulam, in qua & meum & plerorumque ex Congregatione nostra Sodaliū nomina aureis expiæ characteribus legenda obtulit, addens, bono esse animo, hodiernam mihi lucem fore ultimam, secuturam dein post brevem in igne purgatorio moram, lucem perpetuam, vitam inter Cœlites sempiternam. Hoc si ita est, subjicit Confessarius, per ego Dei, per Deiparæ te amorem obtestor, ubi ad Numinis conspectum admissus fueris, misericordiam exores, cessationemque mali, Consodales tuos tam periculosè, nec absque strage divexantis. Pollicitus est morituriens, & vix non id pollicientis ultima fuerunt verba. Rem manifesto prodigio simillimam! ex ea hora, & illi, quos morbus prostraverat, relevari, & nemo Sodaliū mori, imò nec lue tentari notatus est. Ut ad normam à Sancto Ignatio traditam unâ alterâque hebdomade piis sese comminationibus exercerent, magni duo ex Divi Benedicti Ordine advenerunt Præfules, unus ex celeberrimo Weingartensi Coenobio, alter Monasterii Sancti Galli Abbas, idemque Sacri Romani Imperii Princeps. Juvenis nobili de stirpe genitus patrem ac matrem hæresi demersos profugus reliquit, ac Dilingam venit, ut viam veritatis inveniens, rectis Christum sequeretur vespigiis, certus interim firmusque, extremæ simul paupertatis crucem bajulare, quæ sanè gravis admodum futura erat, nisi pia condiscipulorum liberalitas victum tantisper subministrando leviorem reddidisset. In morem ab aliquot jam annis abierat, ut Elvacum duos ex Dilingano Collegio aliquoties intra annum evocaret Princeps, novo semper incitamento, ut frugiferas adeò populis suis missiones continuari peteret. Hoc anno voluit, ut qui missi fuerant, omnes ditionum suarum ædes sacras inspectarent, monerentque fidem.

Richardus
Hallerus Re-
ctor Ingolsta-
dienfis Ro-
manum abit.460.
Cœptæ Soda-
litatum Literæ
Gasp. Leib-
ner. Sod. Par-461.
Joan. Bapt.
à Prato Tri-
dentinus sub
mortem videt
nomina Soda-
lium aureo
scripta.463.
Duo Præfules
ex Ordine S.
Benedicti ob-
eunt Exercitia
S. Ignatii.464.
Nobilis li-
ticus sit Ca-
tholicus.465.
Elvacum de-
nuo à Nostra
excolitur.

A. C.
MDLXXX.

466.
In iustatione
Episcopatus
Augustani
duabus Mo-
nialium Co-
nobii persuas-
detur clau-
sura.

467.
Fridbergæ
cœpus à So-
ciis Augus-
tini Catechis-
mus.

468.
Pauperibus
Gymnasii
Augustani di-
scipulis pro-
curantur am-
pliora subsi-
dia.

469.
Coepit chola-
Logicas &
Theologiae
moralis.

470.
Marcus Wel-
serus vir de
intiore Se-
natu sex-
ginta anno-
rum Theolo-
giam mora-
lem in Gym-
nasio fre-
quentat
Arnold. ad
opera M.
Welseni.

471.
Hæc moritur
Regina Mag-
dalena inter
præclaru hu-
militatis
exempla.

ter, sicubi Principis auxilio opus foret ad decorum Dei domibus vèl conser-
vandum, vel restituendum, in quo neque curas suas, neque expensas deesse
passus est Divinæ gloriæ augendæ cupidissimus Princeps. Cùm Episcopus

Augustanus Vicario suo Generali Monasteriorum in Dicecesi Augustana lu-
strationem demandâset, is duos ex Collegio negotii hujus, in quo multum
momentum erat, feliciter tractandi adjutores petiit, eventu admodum pro-
spero. Inter alia persuasum est duorum Cœnobiorum Monialibus, ut spontè
vagandi extra septa facultate se abdicarent, neque posthac cœlestem Sponsum,
quem intra ostium jam haberent, circumeundo per plateas quærerent. Frid-
bergensis in vicina Bavaria oppidi cives perquam benevolè, ut aliquot agro-
rum jugera Collegio Augustano emptione obvenirent, concesserant, cui fa-
cilitati ut officiosè responderent Socii, quavis die Dominica itare unus Frid-
bergam cœpit, duabus propemodum horis remotam, ut teneram urbis æta-
tulam fidei rudimentis informaret, quod frugiferi laboris exercitium ultra
centenos jam tricenósque annos continuatur. Hæreticis undesexaginta per-
suasum est, ut damnata fide, quam variis hæresiarchis eorumque fabulis habue-
rant, salutiferam, quæ apud solos Catholicos est, veritatem amplecterentur.

Gymnasium trecentos numerare cœpit discipulos. Erant inter hos nonnulli
ingenio quidem & indole præstantes, sed quibus egestas vietū comparandi
negabat subsidia. Indigna res viā est, ut, quos naturæ bonitas supra cœte-
ros extollebat, solâ pauperies situ & squalore deprimeret, præsertim
cùm nobiliorum parentum filiis magnopere videretur profuturum, si paraten-
tur hypodidascalî, qui pueros domi ab otio abstractos ad ruminanda, quæ
in scholis audivissent, & recoquenda adigerent, quod utique injucundum
onus, nonnisi, quos paupertas ad laborandum compelleret, subituri erant.
Ad quam operam, usquedum idonei evaderent, aut Ecclesiastico etiam, Mo-
naстicōque Ordini non absque crebro utriusque ornamento maturecerent,
stipem Nostri, & ex his præcipue Joannes Volkius corrogârunt, tantumque æris,
Fuggerorum in primis, tum & Patritiorum liberalitas contribuit, ut hoc jam
anno mille quadringenti floreni sustentandis pauperculis alumnis in censum
elocati fuerint. Scholis politioribus adjunctæ fuerunt duæ severioris scien-
tiæ, Dialectices una, altera, quæ conscientiam, quid agere præceptum, aut
licitum, quidve illicitum sit, edocet. Quanti hanc morum informationem
viri probi cordatique fecerint, exemplo monstratur, cui vix simile alibi lo-
corum unquam vilum fuerit. Marcus Welsenus, quem quod alterum ex ea-
dem familia Marcum Scriptorem celeberrimum ætate præcesserit, fasti Au-
gustani Seniorem appellant, ex antiquissima ab ipso usque Romanorum Duce
Belisario deductâ Patritiorum stirpe, vir cœlebs, virtusq; integerrimæ, amplis
præterea inter Magistratus munis effulgens, ut primùm hæc Theologiae pars
tradi coepit, sexaginta jam transgressus annos, cœpit tamen & ipse fre-
quentare Gymnasium, quoties valetudo permittebat, & ea, quæ ad munera
sua rectè obeunda pertinerent, discendi cupidus auditor cum cœteris discipu-
lis adesse.

In Tyroli fulgentissimum Sanctimoniaz speculum universæ patriæ,
universæ Societati magnum sublatum est præsidium morte Serenissimæ
Reginæ Magdalenæ, decimo Septembris dysenteriâ, quæ urbem Ha-
leniem foedè tunc & promiscuè populabatur, extinctæ, cùm annum ætatis
ageret quinquagesimum octavum. Vitam illius præclarissimis virtutum om-
nium exemplis eoruscantem Halense Collegium prælo vulgavit: nos ea so-
lùm attingimus, in quorum partem aliquam Nostri sub Reginæ mortem vene-
runt. Ut primùm rogatus à Medico Sacerdos Nostratium unus, facto coram
decumbente Saerificio, mortis periculum adesse indicavit, protinus illa ex
Oenipontano Collegio Alexandrum Hellorum accersiri jubet, rationes cum
ipso

A. C.
MDLXXX.

ipso instantis ad æternæ itineris compositura, quo ritè facto, jámque sacro extremū inuncta Oleo petit ab eodem, ut quoniam vox ipsam deficeret, convocatas ad ægrotæ lectulum virgines Parthenonis omnes veniam rogaret, si ab antistita aut re, aut verbulo molestiæ quidquam cuiquam illatum fuisset: preces pro se post obitum fundendas flagitavit quidem ardenter, at non minus serio postulavit, ne quid pompæ adhiberetur funeri, ne alteri, quām cæterarum virginum inferretur sepulchreto, ne ullus ex ære, vel marmore apponenteretur titulus, ne alii, quām ligneo corpusculum includeretur loculo. Postulatis obtemperatum est, nisi quòd cognati Principes contineri haud potuerint, quin ad diem sepulturæ Oeniponto descenderent, Anna Ferdinandi Archiducis, qui Magdalena frater erat, Conjuræ, & Carolus Ferdinandi ex prima uxore Philippina filius. Haud inobservatum nonnemini abiit, trimestre, quo æstatis extrema usque ad media Autumni hoc anno fuere inclusa, tergeminæ Ferdinandi Cæsaris proli fuisse lethiferum: Mense Augusto Carolus Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Septembri Regina Magdalena, Octobri Anna Boorum Principis Alberti Conjuræ fatis concessere. Illud præterea notarunt alii, servatam Magdalena vitam fuisse, donec ampliatum absolutumque foret ædificium Seminarii, quod à Diva Catharina nuncupatum pro scholaribus molita fuerat, unde Brixinensis Episcopus & Canonici Cathedrales, qui ad id temporis denos in eo contubernio Alumnos, & Gymnasii simul discipulos nutrierant, duodecim alios submiserunt. Dysenteria, de qua antè dicebam, unum quoque sustulit è Collegio Sacerdotem Stephanum Schoenium, reliquis valetudo aut constitit, aut rediit, uni præcipue non absque prodigiæ specie. Melchior is fuit Hartelius scholarum Præfectus, quem, cùm Rector fore aliquando virum Provinciæ perquam utiliæ animo præfigiret, quamquam ultima jam subministrata fuissent animi subsidia, jussit tamen voto ad eam, quæ Salus infirmorum est, ritè concepto, pro valetudine recuperanda, patronam implorare. Obediit, atque enī vires quantocyūs recepit, ac sanitatem gratulantibus Sociis, ac palam proclamantibus, divinâ id potiūs gratiâ, quām ope humanâ evenisse. Publicârat Sixtus Pontifex Jubilæum deprecandis calamitatibus, quæ Galliam & Religionis in Gallia causam ancipite collocârant statu. Eminuit tum Oeniponti Archiducis Ferdinandi Conjugisque Annæ Mantuanæ pietas: publicè, ut preces suas DEO gratiore efficerent, ac Jubilæi Thesauro potirentur, expiare in conspectu populi à noxis animum, & sumpta Eucharistia se totos consecrare studuerunt Numini. Vir simplex de gente rusticana nescio quid inaudierat de remediis, quæ Socii parata haberent adversus maleficia, à quibus multas jam infestationes, damnâque perpessus erat: venit itaque ad Collegium, à Doctoribus, qui illic habitarent, medicinam (ita loquebatur) flagitavit contra dæmonem. Conjectans noster facile, quid peteret homo, sacratum è cera Agnum tradidit, edocens simul, ut cum piis precibus, ac Divorum, quorum ossa ceræ commissa essent, imploratione vel collo appenderet, vel iis domicili locis, quæ præstigiis obnoxia essent, reponeret. Sensit enimverò tam præsens contra stygem antidotum, ut ejus virtutem per omnem passim viciniam prædicaret; unde factum, ut paulò post, cùm Nostrarium unus illuc iter faceret, circumfusus à rusticis non antè dimitteretur, quām sexaginta minimum, quas oportune secum ferebat, ceratas Agni Divini imagines fuisset elargitus. Quæ si quispiam memoratu opinetur exigua, grates agat æternæ Bonitati, quod sancta amuleta nunc pañim habeantur æstimationi, & usui, erutaque ex neglectu & oblivione, agnoscantur hodie, ut vulgata Religionis Catholicæ signa, ope prodigiorum eventuum, quorum jam multos vel in hac sola historia recensere potuisse hactenus, possimusque imposterum, nisi metus creandi fastidii & satietatis obsisteret. Id tamen,

Sacchin. Hist.
Soc. p. 3.472.
Viginti qua-
tuor Alumni
Brixinenses
in Seminario
& Gymnasio
Halensi.473.
Stephanus
Schœnus ex
dysenteria
mortitur. Mel-
chior Harte-
lius servatur.474.
Medicina ad-
versus dæ-
monem ru-
stico salutaris.

A.C.
MDLXXX.475.
Vir nobilis
prodigiōsē
sanatus.

quod sequitur, sciu infacundum haud fore puto. Vir Oeniponti erat illustrissima natus prosapiā, magnus Magnae Matris Cultor: nam & templum quod piam illius honori dedicatum multis exornārat donariis, & bis Lauretum usque piam peregrinationem instituerat. Postmodum gravi oppressus morbo, omni penē aurium & oculorum usū destitutus jacuit, quin Medicis spem facerent sanationis. Adstitit ægrotanti ex Collegio Sacerdos, monitique, ut malum, cui desperatum esset, toleranter ferret, ac tolerandi vires à Deo per Deiparæ patrocinium meritaque flagitaret. Acquiesco, responder teger, sincerae monitioni. At scias velim, longā mihi patientiā opus haud ultrā fore: aures, oculosque brevi suis precibus mihi recuperabit illa, ad cujus venerationem amoremque tuipius crebri hortatus me inflammārunt. Firma id simul fiducia, & vero elocutus est vaticinio. Ut proxima dies Sabbati illuxit: visus est sibi videre splendorem oboriri eximum, qui ad interiores usque sensum, queis carebat, partes illapsus quasdam veluti squamas dejiceret, ita ut intueri liceret virginem luce amictam fulgentissimā, sed momento citius abeuntem. Et enī illico organi utriusque referatae sunt valvæ: fatus sum, exclamat Mariæ Cliens, video clare, clare audio universa: ut surrexit, prima fuit cogitatio Matri Sospitæ ut gratum se fisteret. Approbante eodem, quem nuper ad tolerantiam hortatorem suisse diximus, votum concepit tertiae profectionis ad ædem Lauretanam instituendæ, ut Servatrici suæ grates devoīsimus salutator ibi diceret, ubi salutata ab Angelo vaticinium accepit, futuram se Matrem Filii, qui Salus mundi foret. Igitur, & quod vorerat, sancte ac munificè est executus. Alius, & ipse præclaris natalibus, in nescio quæ facinora stemmate suo indigna prolapsus, atque idcirco capite damnatus, in carcere deum nostrorum frequenti flammatique adhortatione nobilem resumpsit animum. Bonorum jacturam, infamiam, mortem, omnia noxis à se commissis duxit leviora. De his dolebat unis, ignovit accusatoribus, judicibus grates egit, debitoribus magnam, quā ei tenebantur, remisit summam, magnam vim pecuniae erogavit in stipem, concursantibus ad carcerem quam plurimis, non utiq; ut vincit afferrent solatum, sed ut liberale referrent subsidium; Cūm educeretur ad supplicium, nihil aut formidinis, aut tristitia præ se ferens, sed multa populum, multa DEum Cœlitesque deprecans, &, quam Christi Crucifixi imaginem Noster porrexerat, piissimis delibans osculis non modò certam spem beatæ mortis, gladio percussus, sed luculentum etiam universis veræ poenitentiae reliquit exemplum, quo, si aut fraude aut violentiā temporale damnum, aut morum perversitate spiritualis quidpiam detrimenti aliis intulit, quantum poterat, apud benignum Numen resarcisse judicatus fuit.

476.
Friburgi Hel-
vetiorum ma-
net suspensa
Collegii fa-
brica.
Petrus Cani-
sius libros
edit.

Gallici tumultus & armorum à Sabaudo metus suspensos adhuc dubiosque tenebant Nuithones; ne his motibus vel inviti involverentur, parare certè in quosvis eventus oportuit subsidia magnis omnino sumptibus, quapropter neque hoc etiam anno Nostrí laborandum putarunt pro Collegii reassumenda fabrica, quamvis cætera, quæ Instituti sunt, laborarent copiose. Petrus Canisius grandævus jam senex in primario urbis ad Divi Nicolai templo voce de suggestu, domi in museo calamo laborabat; typis editit expositiones breves Evangeliorum, quæ diebus festis, Dominicisque in Sacra Hœliq legenda, aut in concionibus explicanda occurserunt. Lucernæ quietissim; non remississim; agebat Collegium. Donum insigne staturo brevi templo paravit prævia aliorum liberalitas, Beati videlicet Nicolai de Flue, quæ vox antiquis Germanis, atque Helvetiis rupem significabat, scipionem, ac tunicam. Fuit Frater Nicolaus (sic passim appellat populus) Anachoreta in Tractu Helvetiæ, seu Cantone, cui Subsilvania nomen est, vir severissimæ vice:

478.
Templo Col-
legii Lucher-
nensis sacra
Reliquiae do-
natur,

quietissim; non remississim; agebat Collegium. Donum insigne staturo brevi templo paravit prævia aliorum liberalitas, Beati videlicet Nicolai de Flue, quæ vox antiquis Germanis, atque Helvetiis rupem significabat, scipionem, ac tunicam. Fuit Frater Nicolaus (sic passim appellat populus) Anachoreta in Tractu Helvetiæ, seu Cantone, cui Subsilvania nomen est, vir severissimæ vice:

ut DEus illius amorem, quo in abstinentiam à cibo, perpetuumque jejunium ferebatur, exsatiaret, ingenti miraculo concessit, ut annos propemodum videnti absque omni humana esca, solo Pane Angelico refectus traduxerit. Addita est nobili huic dono spectabilis admodum spina de corona, quæ Caput olim Servatoris nostri terebravit, Tigurinis quondam, ne profanaretur, subducta: adjecta tamen est conditio, ut, si quando Tigurum ad pristinam cum reliqua Helvetia in Cultu Divino consensionem rediret, ad illud & hoc sacrosanctum Pignus reportaretur. Quod ô! ut boni omnes quam vehementer exoptant, tam facile sperare possint! Dudum memoravimus, Lucernatis Reipublicæ Jura sacra ab Episcopo Constantiensi administrari. Ab eodem hoc anno privilegium accessit Collegio, seu potius veteris Privilegii confirmatione: Marcus Sitticus, Wolfgango Theodorico, primo ex nobilissima Hohenemsiorum apud Rhætos familia Sacri Romani Imperii Comite & Clara Medicea Pii quarti Pontificis sorore natus, Sacra Ecclesiæ Cardinalis, Concilii olim Tridentini Praes, & Collegii Germanici Protector, abdicatam à se Constantiensem Insulam, quam viginti annis gessit, bonâ Pontificis veniâ in Andream de Austria Archiducis Ferdinandi, qui Tyrolensibus imperabat, filium, inter purpuratos Ecclesiæ Patres ante tredecim annos relatum, transtulerat. Romanum ipse perrexit, ubi quinis post annis extremum diem gloriae præcipuum in Ecclesia munerum, atque magis etiam eximiæ virtutis laude cumulatus obiit. Is Lucernensis Sociis jam tribus adhinc lustris diploma, ut loco suo meminimus, amplissimum concederat, Societatis munia, & à Pontificibus indulta Privilegia per universam Dioecesin suam usurpandi, absque eo, ut se tenerentur Antistiti sistere: Huic proinde ubi successit Andreas, pauculos post menses demonstravit, eodem se animo erga Societatem in administrando Episcopatu fore, quo fuisse non semel hucusque dictum est, cum adhuc in Tyroli apud parentem ageret. Diploma datum à Marco Sittico non innovavit solummodo, verum prolixa Familiam nostram laude prosecutus, omnibus eam Dioecesis suæ Ordinibus, Sacris æquè ac profanis, impensissem commendavit, ut animos præpararet ad acceptanda, quæ fovebat, amplioris molis consilia, patefacienda, ubi maturum esse videbitur, post biennium, ad quod tempus nostram quoque de illis narrationem juvat suspendere.

FINIS DECADIS QUINTÆ.



A. C.
MDLXXX.

479.
Andreas Card.
Austriacus
novus Episco-
pus Constan-
tiensis reno-
vat Privilegia
Societati con-
cessa à Marco
Sittico.
Merck. Ep.
Constant.

(o)

I N D E X

Rerum ac Verborum.

Litera D. Decadem, Litera N. Numerum marginalem designat.

A.

- A**bbatis Matiae Cellensis Pietas insignis. D. 5. N. 449.
Abbas Nerisheimensis S. P. N. Exercitia cum suis obit Dilingz. D. 5. N. 88.
Abbas Vinearum Georgius SS. Exercitia obit Dilingz. D. 5. N. 339.
Abbates duo Ordin. S. Benedicti sacerda obeunt Exercitia. D. 5. N. 463.
Academia *vide* Dilinga, Ingolstadium &c. &c.
Affryus Ludovicus Prætor Friburg. Helvet. potenter perorat pro ædificando ibidem Societatis Collegio. D. 5. N. 296.
Agricola Castulus Evangelii causâ mittitur Miespachium. D. 5. N. 269.
Idem eadem ex causâ abit Ratisbonam. D. 5. N. 271.
Agricola Stephanus ex Lutherano Catholicus refutat librum Schmidelini contra Societatem scriptum. D. 2. N. 100.
Albertus Dux Bavariae de fundando Ingolstadii Collegio consultat. D. 2. N. 16.
Instat apud S. P. N. datis literis ad obtinendos Societatis Patres. D. 2. N. 26.
Tuetur potenter Societatis causam Ingolstadii. D. 2. N. 43.
Ejusdem Ducis solertia pro integritate Librorum. D. 3. N. 4.
Exigit à Clero & Officialibus politicis Professionem Fidei. D. 3. N. 5. 6.
Ejusdem severitas in contumaces hæreticos. D. 3. N. 7.
Appellatur Magnanimus, & cur? D. 3. N. 10.
Alberti pro Religione zelus. D. 4. N. 99.
Suadet Carolo Genero Foundationes Collegerum. D. 4. N. 20. Dat literas ad S. Bor-giam, in quibus suam de Societate men-tem luculenter aperit. D. 4. N. 22.
Alberti V. Bav. Ducis mors. D. 4. N. 350.
Ejus Elogium. N. 356. Observatu digna in ejus obsequiis. D. 4. N. 361.
Albertus Archiepisc. Moguntinus magni Societatem estimat. D. 1. N. 45. & 46.
Alberi Ferdinandi labores Undenstorffii, &c. in Monasterio S. Altoni. D. 4. N. 346. Idem

- Concionator ad Aulam. Regit Collegium. Præsident Marianus Sodalitati. D. 4. N. 440.
Andreni Roberti labores Friburgi. D. 5. N. 5.
Apostata cultus B. Virginis summa opere salutaris. D. 5. N. 201.
Apostata pœnitentis insigne Exemplum. D. 5. N. 429.
Aqua lustralis efficacia. D. 5. N. 67.
Aueri Lamberti laudes. D. 2. N. 147.
Augusta inter urbes Imperii liberas prima. D. 2. N. 109. Lumen fidei à S. Lucio accipit. D. 2. N. 106.
In Arii hæresin prolapsa fit rursus Catholica. D. 2. N. 108.
Quædam eâ in urbe intransita referuntur. D. 2. N. 105. Lutheranus hæresis ibidem initia. D. 2. N. 111. & incrementa. N. 112.
Augustæ Societati Collegium ponere cogitat Truchsesius. D. 2. N. 104.
Augustæ nova Religionis detrimenta. D. 2. N. 116.
Celebrantur Comitia magnâ Principum frequentiâ. D. 1. N. 197.
Augustanorum aduersum nos querelz. D. 3. N. 108. Respondetur à Nostris ad objecta.
D. 3. N. 109. Causa terminatur N. 110. certis conditionibus. N. 111. Vexantur Nostræ ob servatas Leges Pontificias. D. 4. N. 150.
Diu ædes oportunas non inveniunt Nostræ Augustæ. D. 3. N. 184.
Senatus Augustanus negat Fuggeris facultatem ædificandi ibidem Collegii. D. 3. N. 220. Tandem negotium sciliciter absolvitur. D. 4. N. 407.
Quidam Senatores etiam ex protestantibus favent. D. 4. N. 422.
Collegium magnâ celeritate perficitur. D. 5. N. 26. Qui primus lapis ponitur. N. 27. Nomina eorum, qui solemni ætui adfuerant. N. 28.
Etiam pro templo occupatur area. D. 5. N. 29. Promovetur structura hæc liberalitate Fuggerorum. D. 5. N. 31. Imò & operâ Acatolicorum. N. 32. Magnum accipit ultimam structura Templi. D. 5.

INDEX Rerum ac Verborum.

- D. 5. N. 181. Solenniter inauguratur. D. 5.
N. 184. Inchoatur ædificium Gymnasi.
D. 5. N. 38. Quod non sine molestia con-
tinuatur. N. 39. Remora injicitur præser-
tim à Joanne Rezero vicino. D. 5. N. 40.
Item à Joanne Berlachero, qui iuslūs pali-
nodiam canere à senatu, simul ab uxore
acriter exagitatus præ mortore animi con-
tabescit. D. 5. N. 42. & seqq.
Ædificandæ turris à Senatu Augustano fit
nostris copia. D. 5. N. 148. Vani conatus
adversariorum in impedienda ea fabrica.
D. 5. N. 149. Quin & nobis proficui.
D. 5. N. 116. Scholarum nostrarum initia.
D. 5. N. 406. Prima seminarii ibidem
semina. D. 5. N. 49.
Augustano Collegio lis intentatur à Georgio
Mylio Praecone Lutherano. D. 5. N. 100.
Novi Tumultus ex novo Calendario. D. 5.
N. 163. Idem sifpiti. N. 165. Infidetur Col-
legium à seditionis. D. 5. N. 170. Sed mira
Dei custodiæ servatur indemne. D. 5. N. 172.
Nova in Societatem calumnia. D. 4. N. 116.
Augustæ grastatur pestis. D. 3. N. 89.
Augustana Nobilitas in Domum Landsper-
gensem benefica. D. 4. N. 258.
Augustani S. Crucis Collegii origo. D. 4.
N. 32.
Augustiniani Patres obsistunt Augustanæ hæ-
resi. D. 2. N. 114.
Augustiniani Patres Nostris Monachii habita-
tione & Scholas præbent. D. 2. N. 142.
Austriz Provincia fit colonia Bavaria. D. 3.
N. 103.
In Austria Status afflittiissimus Religio-
nis Catholicæ. D. 2. N. 11.
- B.**
- B**Adensis Missio à Georgio Schorichio obita.
D. 4. N. 17. Ejus Missionis Fructus.
N. 18.
Badenses tres Marchiones sacra Catholica pro-
fitentur. D. 5. N. 226.
Barbyschius Thomas primus convictus Dilin-
gani Regens. D. 3. N. 132.
Ejusdem Laudes. D. 3. N. 133.
Bavaria accipit exulēm Claudium Jajum.
D. 1. N. 82.
Bavaria utraqæ sub unum caput ab Alberto
Quarto conjungitur. D. 1. N. 83.
Bavaria ob suam in fide constantiam Tribu-
bus Judæ ac Benjattin à Petro Canisio
comparatur. D. 3. N. 42.
In Bavaria superiore vigeret res Catholica.
D. 3. N. 116.
In Bavaria inferiore turbæ propter usum
calicis. D. 3. N. 117. Ad quas compon-
endas Nostræ mittuntur. N. 118. cum
ampla potestate. N. 119.
In Bavariam inferiorem iterata Missio.
D. 3. N. 202.
Bavari acceptum ante undecim sœcula fidei
lumen nunquam amittunt. D. 1. N. 84.
- Nam semper agunt contra hæreses. D. 1.
N. 85. 86. 87.
Bavaris interdictum commercium cum Ratis-
bonensibus. D. 1. N. 106.
Bavaria Duces frultra à Luthero solicitantur.
D. 1. N. 93.
De iisdem præclarum Legati Galici Te-
stimoniū. D. 1. N. 94.
Bavaria Principum in nos favores. D. 4.
N. 12.
Res Societatis in Bavaria. D. 3. N. 218.
Baumgartnerus Augustinus Juris Canonici
Doctor mittitur ad Comitia Ingolstadiæ
Tridentum. D. 3. N. 22.
S. Bononis Corpus Monachium transfertur.
D. 4. N. 198. In Templum Beatissimæ
Virginis. D. 4. N. 435.
Berlacherus Joannes Clero & Societati nostraræ
illatam iniuriam luit. D. 5. N. 4445.
Biburgum Monasterium desertum Collegio
Ingolstadii attribuitur. D. 5. N. 389. Ejus
Monasterii origo memorabilis. D. 5. N. 43.
Stetit per annos Quadraginta desertum.
D. 5. N. 404.
Biburgentium animi nonnihil à Societate alie-
ni componuntur lenitate P. Caspari Stau-
deri primi Residentiæ Superioris. D. 5.
N. 455. 456.
Bissingensis Toparchiæ reductio ad Ecclesiam.
D. 3. N. 217.
Blarerus Joan. Christoph. fit Epist. Basileensis.
D. 5. N. 376. In cuius Diœcesi misere jacet
Religio. D. 5. N. 377. Episcopi ejusdem
pro Religione zelus. D. 5. N. 378. Operæ
Patrum Societatis. N. 379.
Blarerus Episc. Collegium fundare cogitat.
D. 5. N. 434.
Bobadilla Nicolaus succedit Jajo in laboribus
Apostolicis. D. 1. N. 33. Honorificè Oeni-
poni ac Viennæ excipitur. D. 1. N. 38.
Divini verbi ac SS. Scientiarum interpres
in aula forisque potens. D. 1. N. 39. Ejus-
dem insignes pro Dei Ecclesia labores. D. 1.
N. 58. Ejus estimatio in Aula Cæsaræ.
D. 1. N. 59. Certamen cum Nobili Lu-
therano præiente aulâ. D. 1. N. 60. Et
Victoria. N. 61. Proficiscitur Norimber-
gam ad Comitia. D. 1. N. 64. Subin cum
Wolfgango Episcopo Passav. ad Spirensia.
D. 1. N. 65. Refert magnum fructum ex
illustratione Diœceseos Passavensis. D. 1.
N. 67. Accedit Socius Jajo in propaganda
Wormatiæ re Catholicæ. D. 1. N. 126. Ge-
rit Sacram curam Pontificii Exercitū. D. 1.
N. 135. Oblatas Infulas respuit. D. 1.
N. 137.
Luit exilio, quod Guilielmo Duci Au-
thor extiterit, ne Libello Interim dicto sub-
scribat. D. 1. N. 143.
Bonhomius Franciscus Nuntius Apostolicus
suader Friburgensis Collegium Societa-
tis. D. 4. N. 388. Ac insigniter promovet
negotium. N. 391. Idem. n. 398. Injuriosè
tractatur à civi Bernensi. D. 4. N. 402.
Ejus-

INDEX Rerum ac Verborum.

Eiusdem literis soplitur lis de fundando
Friburgi Collegio. D. 5. N. 2. Ejus Elo-
gium. D. 5. N. 302.
Brunovium excolitur à Nostris. D. 5. N. 327.
Buceri perverti consiliis opponitur Petrus Fa-
ber. D. 1. N. 57.
Burkardus Franciscus Religionem veram pro-
pugoat. D. 1. N. 102.

C.

CAlumniz in Societatem sparsz augent z-
stimationem ejusdem. D. 2. N. 101. Ita
ut petantur Quaterna Collegia. n. 102.
Calumnia in Societatem Monacensem senten-
tia Judiciali convincitur. D. 3. N. 150.
Calumnia in Nostris in Polonia refutatur.
D. 5. N. 279.
Aliz plures sopluntur. D. 5. N. 250.
Calumniz in Nostris Friburgi. D. 5. N. 298.
Aliz. D. 5. n. 311.
Quz tandem detectæ inimicum Societati
conciliant. D. 5. n. 312.
Calumniz aliz rursum soplitz. D. 5. n. 250.
Canisius Petrus, Ejusdem ortus, Patria, edu-
catio. D. 1. N. 48. Vocatur ad Societatem.
D. 1. n. 47. Vita Ejusdem Apostolica, vati-
cinio præsignata. D. 1. n. 49. Adolescitur
sub cura Elschit. D. 1. n. 50. Piis animum
meditationibus excolit Moguntiz. D. 1.
n. 52. Excipitur in schola affectus à Petro
Fabro. D. 1. n. 53. Mittitur Coloniam. D. 1.
n. 55. Additur Jajo socius laborum stabi-
liendz adversus hæreses. Bavariæ. D. 1.
n. 147. Revertitur ex Italia in Germaniam,
Ejusdemque reditus quænam occasio. D. 1.
n. 148. & 149. Mittitur ad Synodum
œcumenicam. D. 3. n. 75. Mittitur in
Siciliam. D. 1. n. 156. Primus est è Ger-
manis Socius, ac Professus. D. 1. n. 157. In-
signitur Bononiz Doctoris Theologiz
Laurea. D. 1. n. 158. Excipitur Monachii
à Guilielmo. D. 1. n. 161. Colitur Ingol-
stadii ab Academia. D. 1. n. 163. Exercet
Academicos in spiritu. D. 1. n. 175. 176.
177. 178. Academicæ Rector salutatur. D. 1.
n. 181. Quænam ratione suo hoc munere
sit functus. D. 1. n. 182. 183. de codem
Rotmari Eloquentiz Professoris insigne Te-
stimonium. D. 1. n. 184. zelus Apostolicus,
in cives & plebem. D. 1. n. 185. Et civium
& plebis in hunc ipsum Studia, morumque
ex Ejusdem ductu emendatio. D. 1. n. 186.
Etiam grammaticæ infimæ commodis la-
borat. D. 1. n. 180. Oblatam Pro - Can-
cellarii dignitatem recusat; agit tamen vi-
ces Procancellarii. D. 2. n. 7. Plurimum
Provincialrum est Parenz. D. 2. n. 31. Ra-
tisbonæ constanter pro Pontificis Authori-
tate stat. D. 2. n. 69. Exhortatur Romæ
Alumnos Collegii Germanici. D. 2. n. 70.
Redit Wormaliam ad Colloquium. D. 2.
n. 71. Defert Argentorato Monachium SS.

Reliquias. D. 2. n. 75. Item ex Monaste-
rio Octalenti. D. 2. n. 76. Straubinga
propulsat hæresin. D. 2. n. 80. S. Com-
munionis usum sub una specie restitutus.
D. 2. n. 81. Mittitur in Poloniam ad Co-
mitia. D. 2. n. 84. Pergit cum Cæsare ad
Augustana Comitia. D. 2. n. 99. Intelligit
divinitus promissos à Deo Collegio Mona-
censi favores. D. 2. n. 134. Eadem com-
mittitur à Cæsare Negotium de Collegio
Oeniponti fundando. D. 3. n. 41. Oeni-
ponti pro Religione & Clero coram Cæ-
sare perorat, & causam evincit, accedente
Cardinalis Moroni operâ. D. 3. n. 79. 80.
81. 82. Concionatur primus ad Aulam
Oenipontanam. D. 4. n. 5. Alistic pesti-
feris Augustæ. D. 3. n. 89. Sueviam cum
fructu luîrat. D. 3. n. 88. Excurrit Elva-
cum. D. 3. n. 190. Mittitur ad jacienda
fundamenta Collegii Friburgum in Hel-
vetia. D. 4. n. 396. Excipitur à Friburgen-
sibus. n. 404. Traditur eidem Marsenium.
n. 406. Ejus labores Friburgi. D. 5. n. 5.
Canithani quinam dicti. D. 2. n. 99.
Canisius Theodosius Collegii Monacensis
Rector. D. 2. n. 146. Ejusdem vocatio ad
Societatem. D. 2. n. 147. à S. Patre Ignat-
io Romæ suscipitur. n. 148. Professio-
nem emittit in manibus Fratris. n. 49.
Cardanus Michael mittitur Miespachium
Evangelii causâ. D. 5. n. 269. Item Ra-
tisbonam. D. 5. n. 271. Ejus ibidem con-
ciones. n. 273. Laborat utiliter in Styria.
D. 5. n. 346.
Carolus Quintus sese Imperio abdicans de-
tendit. D. 2. n. 86.
Caroli Quinti dictum illustre de cura salutis
D. 2. n. 90.
De vita Caroli plura referuntur. D. 2.
n. 91. 92. 93. 94. 95.
Caroli Austriaci Laudes. D. 4. n. 250.
De Carolino censu resuscitata contra-
versia. D. 5. n. 54. Variæ sententiz. n. 55.
Carpentarii Nicolai Mors & Elogium. D. 5.
n. 330.
Castitatis florem egregie tuetur adolescens.
D. 5. n. 369. Item . 5 D. n. 429.
Castrinum Missionum in Societate initit
D. 1. n. 134.
Catharius Ambrosius Episc. Bonon. Cari-
sum cum suis post arduum examen Docto-
ratus insignit. D. 1. n. 158. & 159.
Catholici ex celebti ad Albim victoria respi-
rant. D. 1. n. 138.
Catholicæ Fidei propugnatores speciatim re-
censentur. D. 1. n. 99. 100. 101. 102.
Catholicorum Principum Constantia. D. 3.
n. 157.
Cellam-Dei, & Cellam-Mariæ, Monasteria
excolunt nostri. D. 1. n. 439.
SS. Cineres publicè accipit Matthias Archi-
dux. D. 3. n. 505.
Ceræ sacratae virtus. D. 4. n. 305.
Cleselii Antonii à Societate ac Fide apostasia,
qui

INDEX Rerum & Verborum:

- Venit Dilingam S. Stanislaus Kostka.** D.
 3. N. 181.
Dilinganum Gymnasium , ejusdemque incre-
menta. D. 4. N. 115.
 qui tamen redit ad fidem ac Societatem. D.
 3. N. 205.
Cochlearis Sacris Commentationibus à Fabro
excultus & ipse alios quoque ad idem stu-
dium exhortatur ac persuaderet. D. 1. N. 26.
 27.
Collegit S. Crucis Augustæ descriptio. D. 4.
 N. 32.
Collegii Germanici utilitates & Decora. D. 2.
 N. 15.
Collegia Societatis plura cur excitata? D. 3.
 N. 2.
Collegiorum nostrorum immunitas circa ho-
spites externos oppugnata vindicatur Diplo-
mate Maximiliani. D. 5. N. 102.
Colonienses Archi-Episcopi & Societatis Pa-
tronis è domo Bavaria. D. 3. N. 169.
Comprecatio. 40. horarum & Bojorum Prin-
 cipum in ea fervor. D. 5. N. 111. Inde ma-
 levolorum diæteria. N. 112.
Concilium oecumenicum Tridenti celebra-
dum indicitur. D. 1. N. 129.
Per Confessionem multa Beneficia impetrantur. D. 5. N. 368.
Confessionis beneficio scemina rabiosa sanatur.
 D. 4. N. 302. Item adolescens Maniacus.
 D. 5. N. 361.
Confessionis sigillum etiam Dæmoni clausum.
 D. 3. N. 227.
Congregationum Marianarum prima scemina.
 D. 2. N. 177.
Congregationum Marianarum confirmatio
Pontifica. D. 4. N. 350.
Congregationibus Marianis data Privilegia ab
Ernetto Archi-Episcopo. D. 5. N. 142.
Congregationum Marianarum incrementa. D.
 4. N. 203.
Congregationes nostræ Provinciaz confœde-
rantur Romanæ Primariæ. D. 5. N. 255.
Congregatio Mariana Dilingæ prima hujus
Provinciaz. D. 4. N. 202.
 Introducta in Congregationes SS. Men-
 struorum distributio. D. 4. N. 366.
Congregationum Marianarum varia pietatis
exercitia. D. 4. N. 204. Item. D. 5. N. 140.
Congregationis Marianæ Ingolstadii æstima-
tio & Progressus. D. 5. N. 60. Rei hujus spe-
 cimen. D. 5. N. 61.
Congregationis Marianæ desertor emendatur.
 D. 5. N. 81.
Congregatio Provincialis secunda celebratur.
 D. 4. N. 9.
Conversiones celebriores. Conversio trium
 Marchionum Badensium. D. 5. N. 226.
 Friderici Staphili. D. 3. N. 23.
 Sibyllæ Ebersteinianæ. D. 2. N. 63.
 Sylvæ Lichtensteinianæ. D. 3. N. 62.
 Schwikardi Helfensteinii cum Maria u-
 zoce. D. 3. N. 147.
Histor. Prov. Germ. Sup. S. f.
- Udalrici Helfensteinii.
 Nobilis Poloni. D. 5. N. 52.
 Nobilis Britanni. D. 4. N. 442.
 Caspari Eisengreinii. D. 5. N. 86.
 Uxoris Dynastæ in Haunzheim. D. 5. N. 87.
 Alexandri Ducis Slucensis. D. 4. N. 4.
 Venerandi Gableri. D. 3. N. 178.
 Conversio Mulieris obstinatæ. D. 5. N. 365.
 Viri item obstinati. D. 5. N. 366.
 Insignis conversio apostatae. D. 5. N. 201.
 & D. 5. N. 429.
 Conversio peccatoris à Christo objurgati. D. 4.
 N. 449.
 Sagæ centum ac decem annorum. D. 5.
 N. 147.
 Covillonius pestiferis servit in Tyroli. D. 3.
 n. 106.
 Crispus Georgius pauperum Scholasticorum
 Pater moritur. D. 4. n. 99.
- D.**
- D**Alkirchium, & de hoc memoranda. D. 4.
 N. 354.
 Demessi Simonis funetus interitus. D. 3. N. 205.
 Dilingæ Urbis memorabilia. D. 3. N. 91.
 Dilingam veniunt Nostræ. D. 3. N. 99.
 Dilingani Collegij initia. D. 3. N. 90.
 Primum Collegio lapidem ponit Othe
 Truchsesius. D. 3. N. 139.
 Dilingæ strenue & prospere à Nostris laboratur.
 D. 3. N. 126.
 Dilingani Collegij res arctæ sublevatæ à Patro-
 nis primariis. D. 4. N. 200. 201.
 Dilingani Socii vexantur ob servatas leges Pon-
 tificias contra usuras. D. 3. N. 150.
 Auger Collegium Gregorius Pontifex 200.
 coronatis annuis. D. 5. N. 91.
 Templi Fabrica absolvitur & dedicatur. D.
 5. N. 85.
 Fundatur ibidem Academia ab Othono
 Truchsesio. D. 3. n. 94.
 Ejusdem Academiz solemnis promulga-
 tio. D. 3. N. 95.
 Academiam, Petri Sotii suauum, Societatis
 Otho Cardinalis parat tradere. D. 3. N. 97.
 Quam tandem cum Solennitate eidem
 tradit. D. 3. N. 129.
 Qua in Solennitate diversi Oratores. D. 3.
 N. 130.
 Academiz illius primus gubernator, & e-
 jus officium. D. 3. N. 131.
 Academiz plena gubernatio in dubium
 vocatur. D. 3. N. 135.
 Rationes cur? N. 136. Respondetur à
 Nostris. D. 3. N. 137.
 Introducitur in Academiam professio s-
 dici. D. 3. N. 143.
 Dilingæ prima in Provincia Mariana Sodali-
 tas. D. 4. N. 202.
 Fundatur ab Othono Truchsesio semina-
 rium S. Hieronymi. D. 3. N. 93.
 Dilingani Professores & alumni tempore belli
 Mauritiani hinc inde fugantur. D. 3. N. 95.
- Yy**
- Diliq-**

INDEX Rerum & Verborum.

Dilinganorum Convictorum multitudo & pietas Religiosorum. D. 5. N. 89.
 Dilinganorum Convictorum Privilegia circa SS. Ordines. D. 5. N. 362.
 Dilingæ exhibiti magnis Hospitibus magni honores. D. 3. N. 166.
 Diploma de communione Paschali. D. 4. N. 125.
 Duellum inter viros Nobiles impeditum. D. 4. N. 161.

E.

EBersteinæ Sibyllæ in secta Lutherana obstinata ad fidem orthodoxam prodigiosa conversio. D. 3. N. 65.
 Moritur. D. 5. N. 418.
 Eiselini Guilielmi vita pientissima. D. 5. N. 258.
 Eisengreinius Caspar Martini Eisengreinii Frater ad Ecclesiam producitur. D. 5. N. 86.
 Eisengreinius Martinus fit Catholicus Viennæ & Sacerdos. D. 3. N. 28. Fit Rector Academiae Ingolstadianæ, & scribit contra Sectarios. D. 3. N. 29. Professores tres hæreticos exterminat. D. 3. N. 31. Ejusdem eloquentia etiam Romæ celebratur. D. 3. N. 32.
 Ekius Joannes moritur. D. 1. N. 113.
 Ekius Leonardi demortui Encomium. D. 1. N. 174.
 Ekius Simon Patronus Societatis moritur. Eius Elogium. D. 4. N. 102.
 Elvacum excurrit Petrus Canisius, & Paulus Hoffæus. D. 3. N. 190.
 Elvaci salubriter laborat Matthias Schwertfribius & Andreas Sylerius. D. 5. N. 342.
 Elvacensium Patrum labores laudantur ab Authore extraneo. D. 5. N. 248.
 Energumenæ insignis liberatio. D. 3. N. 187.
 Item aliarum. D. 3. N. 221. 225.
 Ernestus Alberti filius fit Episcopus Frisingensis. D. 3. N. 167. ac tandem Archi-Episcopus Coloniensis. D. 3. N. 168.
 SS. Eucharistiam orcus veretur. D. 3. N. 188.
 Exercitorum S. P. N. Ignatii mira efficacia nobili Sacerdoti. D. 1. N. 200.
 Iisdem vacat Abbas Nerishemiensis cum suis. D. 5. N. 88.
 item alii duo Praesules Ordinis S. Benedicti. D. 5. N. 463.
 Item Abbas vinearum Georgius. D. 5. N. 339.

F.

FAber Felix Gynzburgi Consortium sacrilegium divellit. D. 5. N. 54.
 Faber Petrus primus in Germaniam mittitur à S. P. N. D. 1. N. 8.
 Ejus natales. Vocatio. Dotes. Fructus ab eodem Parma collecti. D. 1. N. 8.
 Ortiz Cæsar Legato Wormatiæ Socius additur. D. 1. N. 9.
 Rebus desperatis auxilium accersit à Superis. D. 1. N. 19.

Properat Wormatiæ Ratisbonam cum Ortizio. D. 1. N. 21.
 Ratisbonenfum animos sibi conciliat, ac strenue laborat. D. 1. N. 24.
 Edit quartum votum Ratisbonæ in Capella Veteri. D. 1. N. 31.
 Abeunti succedit Jajus ac Bobadilla ex voluntate Pontificis. D. 1. N. 33.
 Redit in Germaniam magno luctu Hispaniz. D. 1. N. 40. & 41.
 Magni estimatur ab Alberto Archi-Episcopo Moguntino. D. 1. N. 45.
 Excipit Petrum Canisium in schola affectus discipulum. D. 1. N. 53.
 Buceri consiliis tremoram ponit. D. 1. N. 57.
Ferdinandus Archi-Dux propagat Doctrinam Catechismi. D. 4. N. 1.
 Defendit Societatem contra Calumniam. D. 5. N. 311. Est munificus in Templum Augustanum. D. 5. N. 76.
 Interest Primitiis Sigismundi Illsungi. D. 5. N. 77.
Ferdinandus post Imperator ad Gymnasium Ingolstadiense frequentandum venit. D. 3. N. 458.
Ferdinandus Cæsar Societatis ac Petri Canisii labores clementer admittit. D. 2. N. 79.
 Præter Canisium duos è Societate ad Augustana Comitia adducit. D. 2. N. 99.
Ferdinandi Cæsaris obitus & Elogium. D. 3. N. 122.
 Idem moriens Societatem commendat Filio. N. 123.
Ferdinandi Cæsaris quinque Filiz urgent foundationem Collegii Oenipontani, quam & evincunt. D. 3. N. 125.
Fidei Propugnatores & primi Societatis Patroni Christoph. Comes Schwarzenberg. Leon. Ekius. Wigulæus Hundius. Augustin. Lorschius. D. 1. N. 100. 101. 102. Eorumdem Encomium. D. 1. N. 103.
Fischerus Bartholomæus in Nostros beneficus. D. 5. N. 274.
Fraccarius Petrus Wormii in finibus Insubriticis utiliter laborat. D. 4. N. 381. Inde Wormiensis Domicilli nostri origo. N. 382.
Franci Caspari ad Catholicos transitus. D. 3. N. 197.
Freibergius Christophorus promovet pia Petri Cæsarii studia. D. 2. N. 119.
Friburgensis Urbis in Helvetia descriptio. D. 4. N. 386. Agitur ibidem de fundando Collegio. D. 4. N. 385.
 De Friburgensis Collegii fundo lis refusata. D. 5. N. 1. Iterum soplitur literis Bonhomii. D. 5. N. 2.
Friburgensis Senatus literæ ad Hoffæum. D. 5. N. 4. Ejusdem Senatus literæ, quibus assignatio fundi pro Collegio à Pontifice facta acceptatur. D. 5. N. 14. Designatus Collegio locus. D. 5. N. 15. Cum omnibus bonis illuc pertinentibus. D. 5. N. 17. 18. 19.

INDEX Rerum & Verborum.

Friburgum introducitur Typographia. D. 5.
N. 6.

Friburgensis Gymnasi exordia. D. 5. N. 119.
Additur Gymnasio Collegium. D. 5. n. 120. Causa cur? N. 121. Inchoantur ibidem Scholæ. n. 124.

Friburgensium Sociorum charitas tempore famis & morborum. D. 5. n. 301.

Novæ adversum nos Calumniae. D. 5.
n. 299. Item D. 5. n. 371.

Friccius Matthias Gamundiam excolit. D. 5.
n. 253.

Fridpergensis Missio ad Christiernam Guilielmi Socrum. D. 4. n. 35.

Fuggeri de Collegio fundando cogitant. D.
2. n. 49.

Fuggerus Maximilianus rem eò ditigit, ut Societati Collegium paretur. D. 4. n. 331. Singularum, qui subscripte, Nomina. D.
4. n. 333.

Fuggeri suas ædes pro Collegio struendo destinant. D. 4. n. 409.

Idem concedunt liberrimam ædium & Scholarum possessionem. D. 4. n. 420.

De Fuggeris memorabilia. D. 1. n. 407.

Fuggeri Antonii peculiariter memoranda. D.
3. n. 59. 60. 61. 62.

Fuggerus Hieronymus legat Societati denuò decem millia Florenorū. D. 4. n. 11.

Fuggeri, Eduardus, Philippus, Octavianus in Collegium Augustanum iteratè benefici. D. 5. n. 260.

Fuggeri cogitant Societatem introducere in Collegium S. Crucis, cuius & origo describitur. D. 4. n. 32.

Fuggerorum Jacobi & Joachimi laudes. D.
4. n. 275.

G.

Gableri Venerandi memorabilis conversio. D. 3. n. 178.

Gamundia excolitur à nostris. D. 5. n. 203.

Gaudanus Nicolaus defertur Ingolstadium. D. 2. n. 1. Ejus Patria, Ingenium, Labores. D. 2. n. 2. & 3.

Germaniae miseranda facies lempore hærefoes. D. 1. n. 10.

Germaniae sic afflictæ succurrenti difficultates. D. 1. n. 11. usque ad n. 18.

Germanici Collegii laudes ac ornamenta. D.
2. n. 15.

Gregorii XIII. Pont. literæ ad Fuggeros, & Illungos. D. 4. n. 75.

Gregorius fundat alumnos Pontificios Diligæ. D. 5. annuos coronatos ducentos Diliganiis pendit. n. 91.

Gualterus Joannes moritur in obsequio pestiferorum. D. 5. N. 421.

Guilielmus Dux Bavariae vindex Ecclesiæ. D. 1.
N. 90.

Biblia hæretica supprimit. D. 1. N. 96.

Hæreticos & rebellés rusticos domat. D. 1.

N. 97.

Novatores supremis suppliciis persequi-
tur. D. 1. N. 98. Ejusdem sanctum ac
memorable dictum circa studium Ortho-
doxæ Religionis. D. 1. N. 107.

Libello interim dicto subscribere recusat.
D. 1. N. 142.

Petit à Pontifice Theologos è Societate
JESU. D. 1. N. 143.

Promovet egregiè Nostrorum initia In-
golstadii. D. 1. N. 168.

Moritur. D. 1. N. 172.

Demortui breve, sed ingens Elogium.
D. 1. N. 173.

Guilielmus Alberti filius dicit Renatam Lo-
tharingam. D. 3. N. 203.

Celebritati nuptiali Collegium Monacense
adornat sacram Tragoediam. D. 3. N.
207.

Guilielmi gubernationem auspicantis sancta
initia. D. 4. N. 434.

Guilielmi Principis exempla pietatis. D. 4.
N. 100.

Ejusdem munificentia in Templum Lan-
dishutanum. D. 4. N. 102.

Monacensis Templi structuram incipit.
D. 5. N. 143.

Quibus persuasus rationibus eam fabri-
cam molitus sit. D. 5. N. 144. Struit ho-
spitibus Principibus epulum in Collegio no-
stro, & quinam ei hospites interfuerint.
D. 5. N. 404.

Literæ apologeticæ de structura Templi
ac Collegii Monacensis ad Annam paren-
tem datæ. D. 5. N. 352. Earundem litera-
rum efficacia. D. 5. N. 353. Attribuit Ingolst.

Collegio Convictum S. Ignatii M.
cum immunitate ab omni onere. D. 5.
N. 453. Serenissimis hospitibus pia Satur-
nalia exhibit. D. 5. N. 317.

Novum pro Convictoribus contubernium ædifi-
cat. D. 5. N. 319. Ejusdem tres Serenissi-
mi Filii Congregationem ac Gymnatum

Ingolst. frequentant. D. 5. N. 278.

Guisanus Antonius vota religiosa edit cum so-
lemnitate. D. 5. N. 328. Mittitur à Pon-
tifice in Moldaviam. D. 5. N. 329.

Gymnasiorum curam, cur Societas JESU sus-
cipiat. D. 2. N. 45.

Modus, quo discipulorum virtus ac scien-
tia promovetur. D. 2. N. 48. 49. 50.

Gymnasiorum utilitates in rem publicam. D. 2.
N. 52. In Clerum & Ordines Religiosos.

N. 53. In statum Laicum. N. 54.

Gymnasiorum multitudinem & universim Gy-
mnasia nostra improbantium argumenta
diluuntur. D. 2. n. 55. usque ad n. 60.

Gynzburgum geminā Millione excolitur.
D. 5. n. 239.

Divellitur ibidem à Felice Fabro sacrile-
gum confortum. D. 5. n. 54.

Y 2 H. Hæ.

INDEX Rerum & Verborum.

H.

- H**æreticus obfessus à dæmone liberatur accessu ad Catholicos. D. 5. N. 268.
 Hærescos seminator Halæ in exilium pulsus. D. 5. N. 370.
 Hæretici disputando superati. D. 5. N. 63.
 Hærescos Lutheranæ Augustæ initia. D. 2. N. 111.
 Et incrementa. D. 2. N. 112.
 Hæretis Germaniæ miserandum in modum afflit. D. 1. N. 10.
 Hæretorum armata foedera. D. 1. N. 13.
 Hæretici ad Catholicam Fidem conversi. *Vide Conversio.*
 Hageniæ Comitatûs redactio ad Fidem. D. 3.
 N. 196.
 Halam abeunt tres Regiæ, quas & Nostræ sequuntur. D. 3. N. 212.
 Halensis Parthenonis Institutum. D. 3. N. 213.
 Halæ Status Religionis sub adventum Nostrum. D. 3. N. 215.
 Halæ incipiunt operari Nostræ. D. 3. N. 216.
 Halæ Reginarum in Societatem beneficentia. D. 4. N. 1.
 Halensis Collegii exordia. D. 3. N. 208.
 Halensis Collegii Literæ Fundationis. D. 4. N. 1.
 Halensi in Parthenone primæ Concionæ. D. 4.
 N. 4.
 Halæ Reginæ moliuntur Gymnasium. D. 4.
 N. 50. Quod tandem & aperitur. D. 4. N. 117.
 Exhibitetur ibidem Tragœdia. N. eodem.
 Halenses in Socios querelæ irritæ. D. 4. N. 124.
 Halæ Congregatio Mariana. D. 4. N. 306.
 Halæ terræ motus. D. 4. N. 39.
 Halæ Magdalena Reginæ contubernium pro scholaribus condit. D. 5. N. 313.
 Hallerus Alexander Concionator aulicus Oeniponti. D. 3. N. 207.
 Haunzheimianæ familæ liberalitas in Colleg. Diling. D. 5. N. 264.
 Haunspadius Christoporus donat Templo Ratisbonensi digitum S. Wolfgangi. D. 5. N. 441.
 Hayodus Caspar expetitur in Angliam. D. 5.
 N. 57. De hoc literæ Pontificis ad Guilielmum Ducem Bavariæ. D. 5. N. 58. Perorat in Synodo Dilingana. D. 3. N. 179.
 Helenæ Reginæ mors & elogium. D. 4. N. 118.
 Eius obedientia. N. 119.
 Helfensteinii Schwikardi Comitis cum Conjuge ad Ecclesiam accessus. D. 3. N. 147.
 Helfensteinius Schwikardus cum Maria Conjuge semper nobis addictus. D. 4. N. 140.
 Mavult officio cedere, quam Societatis operâ non uti. D. 4. N. 141.
 Donat nobis S. Pyrminii corpus. N. 142.
 ædificium offert pro Novitiis. D. 4. N. 233.
 Novitios adoptans in filios hæredes scribit. D. 4. N. 234.
 Helfensteinia gentis decora. D. 3. N. 148.
 Helfensteinius Udalricus redit ad Catholicos. D. 3. N. 176. Restituit Sacra & expulsos Saecordotes. N. 177.
 In Helvetia Millions fructuosa. D. 3.
 N. 493.
 Hermanni Coloniensis Archiep. lapsus in hæresia, & contra Cælarem pervicacia. D. 1. N. 123.

- Herzgovæz Paulus Regiæ Magdalenz Confessarius moritur Halæ. D. 5. N. 214.
 Hiendelius Simon primus Collegio Ratisbonensi præst. D. 5. N. 438.
 Accitat Monachium, ut Collegio & fabricæ præst. D. 5. N. 46.
 Hispanorum nomen unde nobis hæc in Provincia adhæserit. D. 4. N. 122.
 Hoffæzus Paulus Provincialis excutit Elvacum. D. 2. N. 53.
 Accipit literas à Magistratu Friburgensi. D. 3. N. 293. Periculose decumbit. D. 4. N. 262.
 Pro quo Joannes Rastellus se DEO victimam succedaneam offert. D. 4. N. 263. & ex auditus moritur. N. 264.
 Hundius Wigulæzus ab Alberto Duce adhibetur ad promovendum Collegium Ingolstadiænum. D. 2. N. 17.
 Conditiones propositæ ab Hundio, & à Casilio acceptatæ. D. 2. N. 18.
 Hundii laudes. D. 2. N. 17.
 I.
 Ajus Claudius succedit Petro Fabro in laboribus Apostolicis. D. N. 33. Ratisbonæ excipit diversis studiis. D. 1. N. 36.
 Exili, quio & ipsius vita adit discrimin. D. 1. N. 37. Ejus insignes pro Ecclesia DEI labores in superiori Germania. D. 1. N. 58.
 Præsertim Ratisbonæ. D. 1. N. 69. Difficultas in addiscendo idiomate Germanico. D. 1. N. 80. Locò pellitur à pervicacibus ci vibus. V. 1. N. 81.
 Accipitur à Bavaris. D. 1. N. 82. Acceditur Ingolstadium. D. 1. N. 108.
 Conatur ab Ingolstadianis avertere periculum hærescos. D. 1. N. 116.
 Necdum Theologiz Doctor SS. Literas interpretatur. D. 1. N. 117.
 Desideratur à viris Principibus. D. 1. N. 118.
 In Synodo Salisburgensi multa pro Romana Sede & laborat, & efficit. D. 1. N. 119. 120. 121.
 Ad Comitia Wormatiæ expetitur. D. 1. N. 122. Accedit Jajo Socius Nicolaus Bobadilla in propaganda re Catholica. D. 1. N. 26.
 Mittitur à Truchselio Tridentum ad Concilium Oecumenicum. D. 1. N. 130.
 Examinatur & afficitur honore Theologici Doctoratus Bononiæ. D. 1. N. 158. 159. Expeditur à Lipomano Episcopo Veronensi. D. 1. N. 180. Ejus Elogium. D. 1. N. 196. Ejus labores Augustæ. D. 1. N. 199. Horum æstimatio apud Urbanum Textorem Episc. Labacensem. D. 1. N. 201.
 S. Ignatii literæ ad Jajum plenissimæ obedientia in S. Sedem, & affectu in domum Bayricam. D. 1. N. 193.
 Ignatius accipit novas ab Alberto Duce literas. D. 2. N. 24.
 Quibus ostensis Pontificem placat. D. 2. N. 25.
 Ignatius rescribit Alberto. D. 2. N. 26. Scribit ad Henricum Schwickerum. D. 2. N. 27.
 S. Ignatius autor est Collegii Germanici. D. 2. N. 13.

INDEX Rerum & Verborum.

- I**llisungi: & de his memoranda. D. 3. N. 85.
Illisugorum in Fide Orthodoxa perseverantia. D. 3. N. 86.
Illisungi Georgii Laudes. D. 3. N. 87.
Illisungus Maximilianus moritur. D. 5. N. 146.
Ex cuius morte spes novas adversarii concipiunt. D. 5. N. 147.
Illisungus Sigismundus primū sacrificat, cuius Primitiis & Aula interest. D. 5. N. 77.
Immunitas Collegii Augustani circa hospites externos impugnatur; at defendit Diplomate Maximiliani II. D. 5. N. 102.
Ingolstadianæ urbis origo, situs, ornamenti. D. 1. N. 109.
Instituitur ibidem Academia à Ludovico Duce. D. 1. N. 110.
Academiz Professores in Fide vacillant. D. 1. N. 111.
Periculum imminet à vicio Ducatu Neoburgico cum Othono Duce recens hæresin amplexo. D. 1. N. 115. Excipitur ab Academia Petrus Canisius. D. 1. N. 163.
Ingolstadii Nostrorum prima habitatio ac subdia. D. 1. N. 165.
Academiz judicium de Canisio ac Sociis. D. 1. N. 167. Collegii futuri primæ spes. D. 1. N. 171. At morte Guilielmi interceptæ. N. 173.
Alberti de Collegio Ingolstadii statuendo consilia bello turbantur. D. 2. N. 16. Tandem suam mentem Princeps exequitur operā Wigulæ Hundii. D. 2. N. 17. Conditiones ab hoc præpositæ, & à Canisio acceptæ. D. 2. N. 18. Veniunt Ingolstadium Romæ 18. Socii. D. 1. N. 230. Excipiuntur primò benevolè. D. 2. N. 36. Sed mox tricæ suboruntur ob scholas inferiores. D. 2. N. 37. Idque à vario hominum genere. D. 2. N. 38. 39. 40. Variis ex causis. N. 41. Quæ tamen ingulæ refelluntur. N. 42.
Ingolstadii studium Theologicum floret. D. 2. N. 124. Labores Sociorum pro animarum Salute. D. 2. N. 131.
Ingolstadianæ Sodalitatis prima semina. D. 1. N. 177. Ejusdem Sodalitatis estimatio & incrementum. D. 5. N. 60. Rei hujus specimen. N. 61. Academia proscribit hæreticos Professores. D. 3. N. 31. Introducta in hanc Academiam Professio Fidei. D. 3. n. 200. Academiz Ingolst. celebritas. D. 2. n. 61. Recepit eadem nostros Magistros unâ cum scholis. D. 4. n. 25. Gliscere incipiunt novæ turbae. D. 4. n. 26. Quæ earundem occasio? D. 4. n. 28. 29. 30.
Ingolst. Academiz controversia cum Nostris. D. 4. n. 85. Unde Nostris abitum suader Hofszus. n. 87. Aliæ tricæ cum Decano Philosophico. n. 90. Nostrorum Ingolstadio abitus decernitur. n. 91.
Ingolstadii abeunt Nostr. n. 93. Ingolstadienses nostram absentiam doleat. D. 4. N. 114. Quin & redditum exoptant. D. 4. N. 154.
Atque id ab Alberto Duce petunt. D. 4. N. 154.
Histor. Prov. Germ. Sup. S. f.
- Ingolstadium veniunt Gregor. Valentia & Lucas Pinellus. D. 4. N. 156. Ibidem Theologia traditi cœpta juxta Summam S. Thomæ. D. 2. N. 260.
Ingolstadiensis Sodalium gesta. D. 4. N. 365.
Ingolstadiani Gymnasi & convictus ponuntur Fundamenta. D. 5. N. 92.
Ingolstadiensis Academia ponit demortuo Pelzano monumentum. D. 5. N. 186.
Philosophica Cathedra nobis in perpetuum attribuitur. D. 5. N. 349.
Traditur Cathedra S. Mauritii & Gymnasium totum cum pleno jure Societatis. D. 5. N. 230.
Templum Ingolstadianum struitur beneficio Marquardi Schaumbergii Episc. Eystett. & aliorum. D. 5. N. 349.
Ingolst. Templum consecratur. D. 5. N. 408.
Consecrationi Ferdinandus Princeps Latinâ Oratione finem imponit. D. 5. N. 409.
Ingolst. Collegio attribuitur à Duce Guilielmo convictus S. Ignatii. D. 5. N. 453.
Interim dicti libri origo. D. 1. N. 141.
Itæ Jodoci fructuosa Misio. D. 5. N. 430.
Jubilæum celebratur Monachii. D. 4. N. 163.
Facultates nostris concessæ. N. 164.
Julius III. Pontifex moritur magno Germanici Collegii incommodo. D. 2. N. 19.

K.

- K Aufburam excurrunt nostri. D. 5. N. 282.
Eorundem ibi labores ac fructus. D. 5. N. 283.
284.
Kernius Thomas S. J. Novitus in sua vocatione Landspergæ egregie perstat. D. 5. n. 357.
Klökerus Joannes Collegii Oenipontani Patronus moritur. D. 4. n. 376.
Knöringus Egolphus Otboni Truchsesio in Episcopatu Augultano succedit, in quem magnoam Nostræ spem concipiunt. D. 2. n. 183.
Knöringus moritur. D. 4. n. 147.
Ejusdem Laudes. D. 4. n. 148.

L.

- L Ainius Generalis mittit novos Socios Ingolstadium. D. 2. n. 133. Venit ipsomet Ingolstadium. D. 3. n. 34. Inde Monachium ac in Tyrolim. D. 3. n. 35.
Latinus defuncto Otho Cardinalis miro ritu parentat. D. 3. n. 134.
De condendo Landishuti Collegio Nicolai Lanoy Rectoris consilia. D. 4. n. 21.
Landishutanum in templum munificentia Guilielmi ac Renata. D. 2. n. 203.
Latinæ linguae ruditas tempore Lutheri. D. 2. n. 46.
Landspergæ descriptio. D. 4. n. 232.
Landspergensis Domus initia. D. 4. n. 230. Ponuntur fundamenta non sine mira Dei in hoc Providentia. D. 4. n. 237. Novitii Monachis Landspergam migrant. D. 4. n. 312. ac Festo Pentecostes domum inhabitare incipiunt. n. 313.

Z z

Land-

INDEX Rerum & Verborum.

- L**andspergenſi Novitii constantia in vocatione. D. 4. n. 370.
Landspergeniſ Fabrica plurium Novitiorum ferax. D. 5. n. 70
Landspergeniſ Templi structura, & templi dedicatio. D. 4. n. 373. & 433.
Landspergeniſ Templo a Claudio Aquaviva Generali particula S. Crucis obvenit. D. 5. n. 188.
Lanoy Nicolai Rectoris virtus. D. 2. n. 132.
Lauffena oppidum excolitur à Noſtris cum fructu. D. 5. n. 380. Item D. 5. n. 431. 432. 433.
Lavingæ disputat cum hæreticis Gregorius de Valentia, & Andreas Sylvius optato cum eventu. D. 5. n. 415.
Lautheri Georgi Sodalis Illustre exemplum. D. 4. n. 277.
 In Leuchtenbergensem Landgraviatum sacra Noſtrorum excursio. D. 5. n. 281.
 Fructus ejus Missionis. D. 5. n. 356.
Leschius Augustinus Religionem veram propugnat. D. 1. n. 102.
Liberius Martinus moritur Auguſtæ. D. 3. n. 164. Infertur sepulchro Illungorum. D. 3. n. 165.
Liberius Stephanus Visitatoribus Diocesos jungitur, sic volente Othono. D. 3. n. 128.
Liechtensteinæ Ursulæ ad fidem veram conuersio. D. 3. n. 62.
Lippomanus Episc. Veronensis Claudium Jajum expedit. D. 1. n. 188.
Literæ Ducis Alberti ad S. Borgiam. D. 2. n. 123.
Literæ Ejusdem Ducis ad S. P. N. D. 2. n. 24.
Literæ S. Ignatii ad Albertum. D. 2. n. 26.
Literæ S. Ignatii ad Henricum Schwickerum. D. 2. n. 27.
Literæ S. Ignati ad Claudium Jajum. D. 1. n. 193.
Literæ Magistratus Friburg. quibus Aſſignatio fundi pro Collegio à Pontifice facta acceptatur. D. 5. n. 14.
Literæ Maximiliani Cæſaris pro Collegio Auguſtano. D. 2. n. 46.
Literæ Foundationis pro Collegio Halensi. D. 4. n. 1.
Literæ Poniſſiciſ ad Guilielmuſ Ducem de Caspary Hayvodo. D. 5. n. 58.
Literæ Gregoriuſ XII. ad Euggeros & Hilfagos. D. 4. n. 75.
Literæ Pii IV. Evcharistiæ & Parænetiæ ad Canisium. D. 3. n. 74.
Literæ apologetiæ Guilielmi ad Annam Parentem datæ. D. 5. n. 352.
Literæ Maximiliani Cæſaris pro Collegio Auguſtano. D. 3. n. 183.
Literæ Thomæ Salhūſi viri Nobilissimi ad ſum Novitium S. J. D. 5. n. 350.
Literæ Lucernatum ad varios Noſtri cauſa. D. 4. n. 228.
Lucernæ civitatis deſcriptio. D. 4. n. 129.
Lucernatum Religio & robur bellicum. D. 4. n. 130.
Lucernensis Collegii initia. D. 4. n. 128. Remoratur fundationem pestis. D. 4. n. 219.
Lucernensis Republica Collegii conditrix. D. 4. n. 243.
Lucernæ Leibensteinius & Linecus honorificè excipiuntur. D. 4. n. 135.
Lucerniſ Patrum prima Mifſio ad sacram Eremum. D. 5. n. 293.
Lucernæ in Templo PP. Franciſc. explicatur à Noſtris Theol. Moralis. D. 5. n. 290. Intererit Scholaſticis diſſertationibus Sertorius Nuntius Apoſtolicus. D. 5. n. 291.
Lucernæ Legatus Pontificius in Sacello Collegii ſacras exhortationes habet. D. 5. n. 373.
 Ibidem Temple erigitur Ludovici Pfyfferi potiſſimum impensis. D. 5. n. 374. Eadem Templo obveniunt SS. Reliquiæ. D. 5. n. 478.
Lucerniſ Prætor abit Landspergam vacaturus SS. Exercitiſ. D. 5. n. 11.
Lucernæ noviſmos Scholaſticos munerandi. D. 5. n. 147.
Lucernæ mutua officia inter RR. PP. Capuccinos recens invectos & Noſtrós. D. 5. n. 128.
S. Lucius Lumen Fidei accendit Auguſtæ. D. 2. n. 106.
Ludovici Electoris Palatini lapsus in hærefin. D. 1. n. 123.
Ludovicus Severus Dux Bavariæ Flagellantes expellit. D. 1. n. 86.
Lutherani Nobilis diſputando ſuperati conuersio. D. 1. n. 63.
Lutheranorum fabula de morte Canifii. D. 2. n. 73.
Lutheranorum plauſus ex transſugio Thorm. D. 2. n. 35.
Lutheranismo in urbe Auguſtana initium. D. 2. n. 111.
 Progreſſus. D. 2. n. 112.
M.
Magdalena Regina Halæ Contubernium pro Scholaribus condit. D. 5. n. 313.
Manaræus vulgat centuram orientalem Patriarchæ Byzantini. D. 5. n. 108.
Manaræus Oliverius viſitator in Germania. D. 5. n. 9. Venit Lucernam. D. 5. n. 8. Venit Friburgum. n. 12. Agit coram Señatu de ſtructura Collegii. n. 20. à Meningo aretur Principis alloquio. n. 63. Admissus Principem placat. n. 64.
Marchionis acatholici conuerſio. D. 5. n. 192.
Margaritz Archiducis obitus. D. 3. n. 211.
Margaritz Reginæ cadaver ex contactu prodigioſe erubescit. D. 4. n. 45.
Beatiſimæ Virginis Mariæ cultus falutariſ apostata. D. 5. n. 201.
Marquardus Episc. Auguſt. favet Noſtris Diilingæ. D. 5. n. 338. Item n. 551. Ejusdem affectus in Societatem. D. 5. n. 361.
Martinus Episc. Eichſteſtenſis fabricam Templi Ingolſtadiani ſuā munificentia promovet. D. 5. n. 349.
M

INDEX Rerum & Verborum.

- M**athias adhuc Archidux sacros cineres publice accipit. D. 5. n. 215.
Maximilianus Cæsar Societati conciliatur. D. 3. n. 159. Hujus ipsius dictum de Confessione Augustana. D. 3. n. 161. Ejusdem literæ pro Collegio Augustano. D. 3. n. 183.
Maximiliani Secundi Imperatoris mors. D. 4. n. 174. Refelluntur argumenta, quæ Maximilianum de Fide suspectum faciunt. D. 4. n. 175. & seqq.
Maximilianus Guilielmi Filius nascitur. D. 4. n. 96.
Maximilianus Elector amat insigniter B. V. Mariam. D. 2. n. 139. Est omnium Sodalitatum Annuntiatæ Fœderatarum per Germaniam Praefectus. D. 5. n. 196. Recipit Philippum Fratrem suum in Sodalitatem. D. 5. n. 197.
Meningus Dominicus Principum Confessarius turbarum causa. D. 5. n. 62.
Meningus Marianum à Principe alloquio arcere nititur. D. 5. n. 63. Qui tandem admissus Principem placat, & Meningus cum laude pergit esse Confessarius. D. 5. n. 65.
SS. Menstruorum distributio introducta in Sodalitates Marianas. D. 4. n. 366.
Miespachium excolitur à Michaeli Cardanæo, & Castulo Agricola. D. 5. n. 269.
Missæ ex integro devotè audiendæ introducuntur mos. D. 1. n. 186. 187.
Missionum Castrensem in Societate initia. D. 1. n. 134.
Monachium Roma Germania. D. 2. n. 140.
Monacensis Urbis memorabilia. D. 2. n. 135. & seqq.
Monachium transfertur corpus S. Bennonis. D. 4. n. 189.
Monachium venit Societas Iesu ipso Virginis Præsentatæ festo. D. 2. n. 139.
Monacense Collegium fundatur. D. 2. n. 121.
Monacense Collegium promissos coelitus favores Canisii intelligit. D. 2. n. 134.
Monachium peste infestatur. D. 4. n. 38. Et Nostrorum in ea labores. n. 39.
Monachii conversi triginta sex hæretici. D. 5. n. 96.
Monachii atrox in Societatem calumnia Judiciali sententiâ falsitatis convicta pronuntiantur. D. 3. n. 150.
Monachium à peste denuò infestatur, & Nostrorum sub ea tempora labores. D. 4. n. 38.
Monachii Congregationis Majoris initia. D. 4. n. 274.
Monachii Scholarum solemne principium. D. 2. n. 143.
Monacensis Gymnasii incrementum. D. 4. n. 97.
Monacensis Seminarii S. Gregorii origo. D. 4. n. 105. Modus in eodem vivendi. D. 4. n. 106. Seminarii hujus Patroni. D. 4. n. 107.
Monachii multiplex fructus animarum. D. 4. n. 160. Triginta sex traducti ab hæreti ad Orthodoxam fidem. D. 5. n. 96.
Monacensis Templi Structura decernitur. D. 5. n. 94. Retardatur. D. 5. 99. Causa hujus structuræ. D. 5. n. 95.
Monacensi Templo primus lapis ponitur. D. 5. n. 145. Quinam interfuerint Personæ primi Nonini. n. 145.
Monacensis Templi turris collabitur. D. 5. n. 445. Unde varii variorum cæ super ruinâ sensus. n. 446. Guilielmi Ducis in molliendo augultiore Templo Magnanimitas Principalis. D. 5. n. 447.
Monacensis Structuræ Collegii alii obmurmurrant. D. 5. n. 350. Cujus splendorem Nostræ frustra deprecantur. D. 5. n. 351.
Monacense Collegium viri è Provinciâ primarii incolunt. D. 4. n. 344.
Monacense Collegium Nuptiis Guilielmi ac Renatæ sacram tragœdiam adornat. D. 3. n. 204.
Monachii celebratur Jubilæum. D. 4. n. 163. Facultates nostris concessæ. n. 164. Fructus Jubilæi. D. 4. n. 167. Guilielmi ac Renatæ in Jubilæo Pietas Landishuti. D. 4. n. 168.
Monacensium Sodalum Pietas. D. 5. n. 69.
Monacensis Sodalis venit in notitiam peccati occulti ope B. V. Mariæ. D. 5. n. 277.
Monasteriô profuga reducitur. D. 4. n. 162.
Monasteria defera convertendi in Collegia Pontifices faciunt potestatem. D. 5. n. 391.
Monasteriorum translatorum Exempla. D. 5. n. 393. Ejusmodi translationes ipsimet Religioli approbabunt. D. 5. n. 401.
Montfortii Comites Theses defendunt. D. 4. n. 28.
Moronus Cardinalis promovet studia Canisii Oeniponti. D. 4. n. 82.
Mylius Georg. Praeco August. ob motam seditionem multatetur Exilio. D. 5. n. 168.

N.

- N**atalis Hieronymus Halam venit. Ejus sensus de nostra Provincia. D. 4. n. 121. Edit Evangelia cum Iconismis. D. 4. n. 123.
**NVide B. Bobadilla.
**NVide G. Gaudanus.
**N
Nerishemiensis Abbas cum suis SS. Exercitiis S. P. N. vacat Dilingæ. D. 5. n. 88.
Norimbergæ Sylvius & Hallerus ad disputationem provocantur, quos tamen ipsi met provatores tandem declinant. D. 5. n. 162.
Notharia Elisabetha Collegii Augustani Benefactrix. D. 5. n. 114.
Novatores finito bello rusticorum rapiuntur ad poenam. D. 1. n. 98.
Novum Landspergens constantia in vocatio- ne. D. 4. n. 397.******

INDEX Rerum & Verborum.

O.

- Oenipontum** urbs in Tyroli primaria. D. 3. n. 38.
Oenipontani Collegii initia. D. 3. n. 36.
Oenipontani Collegii Res. D. 3. n. 121.
Oenipontani Collegii primus Concionator **Hermes Halbpaur**. D. 3. n. 46.
Oeniponti novum Societatis templum. D. 4. n. 2. Consecratur Hoffz̄o concionante. D. 4. n. 3.
Oenipontani Socii exagitantur à Naso. D. 4. n. 52. At tandem exagitator ipse deseritur. D. 4. n. 56. Destituantur Patronis, & ipsi met Principes à Collegio abalienantur. D. 4. n. 136. Cum his & Aula. n. 137. Oenipontani S. Nicolai Seminarii initia. D. 4. n. 42. Ex quo prodierunt Raderus ac Gretserus. D. 4. n. 43.
Oenipontanorum Sodalium Marianorum pietas. D. 5. n. 71.
Oenipontanorum Principum ac populi pietas in processionibus publicis. D. 5. n. 364.
Oeniponti terræ motus. D. 4. n. 39. Et inde secuta morum emendatio. n. 41.
Oeniponti pestis tempore Nostri Parochiam Hötinganam procurant. D. 5. n. 422.
Oötigz̄ veteris mira liberatio energumenz̄. D. 3. n. 221.
Orationis sub missa devotè peragendz̄ consuetudo introducta pio stratagemate. D. 1. n. 187.
Ortizius à Caſare mittitur Legatus Wormatiam. D. 1. n. 9.
 Venit Ratisbonam. D. 1. n. 21.
Otho Dux Neoburgicus hæresin amplectitur. D. 1. n. 115.
Otho Truchſeſius. *Vide* Truchſeſius.

P.

- Paradinas Bonaventura** primus Novitiorum Magister Româ venit Monachium. D. 3. n. 219.
Parma à Petro Fabro excolitur. D. 1. n. 8.
De Paschali Communione Diploma. D. 4. n. 125.
Passaviensi Diocesi magnum emolumenatum à Nicolao Bobadilla. D. 1. n. 67.
Peccator à Christo objurgatus ad frugem reddit. D. 4. n. 449.
Peltani Theodori laus. D. 2. n. 126.
Peltanus moritur. D. 5. n. 185.
 Demortuo Academia Ingolst. monumentum statuit. D. 5. n. 186.
Peutingerz Margarita seminarium pauperum studiosorum Augusťe suam originem debet. D. 5. n. 49.
Peutingerus Carolus multo cum fructu labrat in Bavaria. D. 5. n. 407.
Pfyfferorum inclita familia Lucernæ. D. 4. n. 223. Nostris addicta. D. 4. n. 245.
Pfyfferus Joannes Nostris Lucernâ abituri se opponit. D. 4. n. 224. 225.
Pfyfferus Ludov. Templum Lucernense suā potissimum beneficentiā erigit. D. 5. n. 334.

- Philippus Guilielmi** filius postulatus ad Infusam Ratisbonensem confirmatur à Pontifice. D. 5. n. 272.
Pinellus Lucas venit Ingolstadium. D. 4. n. 156.
Pisanus Alphonsus succedit Ingolstadii Hermanno Thyrrzo. D. 2. n. 129.
Pius IV. mittit literas Eucharisticas & Paræticas ad Petrum Canisium. D. 3. n. 74.
Pio IV. succedit Pius V. D. 3. n. 151. Societas amantissimæ. D. 3. n. 152.
Polonus nobilis ejurat hæresin. D. 5. n. 52.
Poma nova & vetera Sodalitatis Ingolst. D. 3. n. 350.
Possevinus Antonius Halâ transiens Socios secum in Sueviam abducit. D. 5. n. 82.
 Idem Ingolstadii ac alibi celebratur. D. 4. n. 158. Convictum Ingolst. primus regit. D. 4. n. 197.
Precandi pia ratio Sodalis Marianæ. D. 3. n. 369.
Principum Catholicorum constantia. D. 3. n. 157.
Principum factorum & Laicorum in Societatem favor. D. 5. n. 110.
Priscianensis Juli virtus & estimatio. D. 5. n. 90. Item ejusdem opera fructuosa in Monasteriis. D. 4. n. 445. & D. 5. n. 161.
Privilegium circa Sacros Ordines pro Alumnis Convictus Dilingani. D. 5. n. 362.
Processiones ad montem Andecensem apud Augustanos origo. D. 5. n. 151. Aucta his temporibus ejusdem celebritas. D. 5. n. 154.
Processio in Parasceve quanto cum solatio Guilielmi instituta. D. 3. n. 515.
Protestantium armata foedera. D. 1. n. 13.
Professio Fidei in Academiam Dilinganam introducta. D. 3. n. 143. Item in Ingolstadianam. D. 3. n. 200.
Provincia Ger. sup. antequam institueretur, annis 16. laboratum est à Societate IESu in Germania. D. 1. n. 3.
Provincia nostra nomen à Germania superiori retinet. D. 3. n. 104.
 Per Provinciam mutationes variz & personarum, & officiorum. D. 3. n. 105.
Provinciaz nostraz eventus calamitosi. D. 3. n. 170.
Provinciaz nostraz Sociis unde nomen Hispanorum adhæserit? D. 2. n. 223.
Provinciaz Bavaricæ Austrica fit colonia. D. 3. n. 103.
S. Pyrminii corpus donatur Nostris à Schwärdo Helfensteinio. D. 4. n. 142.
 Ejusdem Sancti cultus Oeniponti. D. 4. n. 344.

R.

- Rabi Joannis Jacobi** ad Catholicos transi-
tus. D. 3. n. 146.
Radax Sigismundus Consul Neoburgicus fit Catholicus. D. 5. n. 280.
Rastellus Joannes pro Paulo Hoffz̄o graviter ægrotante se DEO offert victimam, & ex-
auditur. D. 4. n. 263.

Ra.

INDEX Rerum ac Verborum.

- Ratisbona à Petro Fabro excolitur cum fructu.** D. 1. n. 24. 25. 26.
Ratisbonæ Claudio Jajus excipitur studiis diversis. D. 1. n. 36. Ibidem Jaji conatus Sacri. D. 1. n. 69.
Ratisbonæ libertas noxia. D. 1. n. 70. Spontè se Bojorum Juri reddit. D. 1. n. 71. Sed denuo inde avellitur. D. 1. n. 72. Causæ defectionis. D. 1. n. 74. Difficultates resipisciendi. D. 1. à n. 75. usque ad n. 80.
Ratisbonensibus cum Bavariæ subditis negatur commercium. D. 1. n. 106.
Ratisbonæ prima promulgatio Indulgentiarum Societati concessarum Calendis Jan. D. 5. n. 436.
 Ibidem scholarum initia. D. 5. n. 443.
Ratisbonensis Collegii difficultates. D. 5. n. 344. Veniunt tamen illuc quaterni è Nostris. D. 5. n. 345. Tandem re composta statuitur Collegium. D. 5. n. 347. Ejusdem Collegii fundatio conficitur. D. 5. n. 381. Monasterium S. Pauli ut Societati tradatur, agitur. D. 5. n. 383. Quod & Canonici Cathedrales probant. D. 5. n. 384. Immigrant Nostrí in Collegium cum solemnitate. D. 5. n. 385.
Ratisbonæ aperitur Gymnasium non sine difficultate. D. 5. n. 388.
Reginæ tres Monachium cogitant migrare. D. 3. n. 209. Sed mutato consilio eisdem præplacet Hala. D. 3. n. 210.
Reginæ Halam abeunt, quas & Nostrí sequuntur. D. 3. n. 212.
Reginarum Halæ in Societatem beneficentia. D. 4. n. 1.
Reginæ Halæ Gymnasium moliuntur. D. 2. n. 151.
Renata Lotharinga Guilielmo Alberti filio nubis. D. 2. n. 66.
Renatæ pietas. D. 2. n. 202.
 Ejusdem munificentia in Templum Societatis Landishutanum. D. 2. N. 203.
Rehlingii mirum somnium de lucerna non extingueda. D. 4. n. 412. Somnii interpretatio per Octavianum Fuggerum. D. 4. n. 413.
Rehlingeri Duumviri prudentia. D. 5. n. 179.
Roseffius Gregor. Româ redux Gymnasii Augustani fabricam inchoat. D. 5. n. 38. Molestiæ injectæ. D. 5. n. 39. & sequentibus.
Roseffii authoritas. D. 5. n. 157. Et labores. D. 5. n. 157. Refutat Osiandrum. D. 5. n. 220. Succedit Canisio in Cathedra August. D. 3. n. 163. Cum Georgio Mylio colliditur. D. 4. n. 206. 207. 208.
 Paratas sibi infidias prudenter ac religiosè declinat. D. 5. n. 335. Perorat in Synodo Dilingana. D. 3. n. 139.
Rothenses primi è Religiosis convictum S. Hieronymi incolunt Dilingæ. D. 4. n. 257.
Rothæ celebre Collegium Can. Regul. D. 5. n. 256.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. f.

- Rottmari præclarum de Petro Canisio testimoniū.** D. 1. n. 184.
Rudolphi Imperatoris beneficentia & confirmatio fundationis Colleg. August. D. 5. n. 115.

S.

- Salisburgi Nostrum duo commorantur.** D. 5. n. 355.
Salhusii viri Thomæ nobilissimi ad Cosmam filium Novitium S. J. literæ. D. 5. n. 350.
Salmeron Alphonsus Jaji socius in firmanda adversus hæreses Bavaria. D. 1. n. 147. Ejus examen ac Doctoratus Theologicus Bononiæ. D. 1. n. 158. Adventus Ingolstadium. D. 1. n. 163. Solemne ejus ibidem principium. D. 1. n. 166.
Salmeron conceditur Lipomano Veronensi Episcopo. D. 1. n. 190.
 Idem primus è Societate in Academia Ingolstadiana Doctoratus Theologici honores confert. D. 1. n. 191.
Salmersonis Elogium. D. 1. n. 95.
Saltatores duo tempore Quadragesimæ puniti à DEO. D. 5. n. 428.
Scribonii Joannis Sodalis Mariani pietas & mors. D. 4. n. 446.
Schnevelinus Petrus Nostros publicè defendit. D. 5. N. 299.
 Et componit turbas. D. 5. n. 300.
Schmalcaldici foederis Sociis Imperator leges dictat. D. 1. n. 139.
Schmidelinus scriptum contra Societatem librum refutat Stephanus Agricola. D. 2. n. 100.
Scholasticos remunerandi mos in Helvetia. D. 5. n. 117.
Sitticus Marcus Episc. Constant. Diploma pro Nostris expedit. D. 4. n. 221.
Schorichius Georgius missionem Badensem magno cum fructu obit. D. 4. n. 17. 18.
Schorichius Petrus Philosophicam & Græcam profitetur. D. 2. n. 4.
Schretelli Georgii insignis constantia in vocatione. D. 4. n. 372.
Schwarzenbergius Comes Christophorus Religionem veram propugnat. D. 1. n. 120.
Schwazii Moniales adjectæ. D. 4. n. 48.
Schwazium à Nostris excolitur. D. 5. n. 287.
Schwikardi Comitis Helfensteinii cum Maria uxore ad Ecclesiam redditus Oeniponti. D. 3. n. 147.
Segeſter Jodocus tum suo nomine Collegium petit. D. 4. n. 132.
 Tum etiam nomine Senatus. n. 133.
Seminarii S. Gregorii Monachii origo. D. 4. n. 105.
 Modus in eodem vivendi. n. 106.
Seminarii hujus Patroni. n. 107.
Seminarii S. Nicolai initia Oeniponti. D. 2. n. 143.


A a a

Sigil-

INDEX Rerum & Verborum.

- S**igillum confessionis etiam dæmoni clausum, D. 3. n. 227.
Sigismundus Dux Ædem B. Virginis Monachii exstruit. D. 2. n. 57.
Societas JESU in admittendis utitur delectu. D. 2. n. 62.
 Adversariorum hac in parte argumenta refutantur. D. 2. n. 63.
Societatis JESU res in Bavaria. D. 3. n. 218.
Societas JESU non inutilis, ut adversarii volebant. D. 2. n. 13.
 Gymnatorium curam suscipit, & cur? D. 2. n. 45. Quibus industriis & cautelis? D. 2. n. 48. 49. 50. 51.
 A Societate profugi miserabilis exitus. D. 4. n. 290. Item D. 5. n. 134.
Sodalitatum Marianarum Confirmatio Pontificia. D. 4. n. 350.
Sodalitatum Marianarum incrementa. D. 4. n. 203.
Sodalitatibus data Privilegia ab Ernesto Archibiscope. D. 5. n. 142.
Sodalis pia precandi ratio D. 5. n. 80.
Sodalis Socios pio astu à flagitio retrahit. D. 5. n. 209.
Sodalis æger aspectu Deiparæ sibi apparentis sanatur. D. 5. n. 73.
Sodalium Ingolstadiensem gesta. D. 4. n. 365.
Sodalium Monacensem pietas. D. 5. n. 69.
 Item Oenipontanorum. D. 5. n. 71. Eorundem Zelus animarum. D. 4. n. 379.
Sodalium Nobilissimi pedes lavant aliorum in Cœna domini. D. 5. n. 315.
Sodalitatis desertor emendatur. D. 5. n. 81.
Sodalis moriens videt nomina Sodalium aurò scripta. D. 5. n. 462.
Sodalis Marianus Deiparæ cultum prosequi suo periculo edocetur. D. 4. n. 288.
Sodalis Mariani patientia & constantia hæreticum convertit Oeniponti. D. 4. n. 447.
Spiræ magnos animarum motus excitat Petrus Faber. D. 1. n. 43.
S. Stanislai Kostkæ adventus Dilingam. D. 3. n. 181. Idem ex Petri Canisi sermone mortem sibi præfigit. D. 3. n. 194.
Staphilus Fridericus ex Lutherano fit Catholicus. D. 3. n. 23.
 Ejus conversionis occasio. D. 3. n. 25.
 Ejusdem Encomium. D. 3. n. 24. Fit Doctor. D. 3. n. 26. Academiæ Inspector. D. 3. n. 27. Ejus obitus. D. 3. n. 149.
Stauderi Bartolomæi discipuli Oenipontani egregium pro castitate factum. D. 5. n. 429.
Stauderi Caspari primi Biburgi superioris Elogium. D. 5. n. n. 457.
Straubingana Missio, & quæ in eadem gesta. D. 3. N. 120.
- De studiorum ratione consultatur. D. 5. n. 263.
 Syllogistica disputandi forma reducitur. D. 2. n. 5.
Sylii Petri Laus. D. 2. n. 127.
- T.**
- T**Annenburgum pagus purgatur ab hæresi. D. 5. n. 416.
Terræ Motus in Tyroli, ac præsertim Oeniponti. D. 4. n. 39. Et inde secuta morum emendatio. D. 4. n. 41.
Textor Urbanus magni æstimat labores Jaji. D. 1. n. 201. Idem persuadet Regi Ferdinando Collegium Societati erigendum Viennæ. D. 1. n. 202.
Theophoriz Festum Augustæ innovatur. D. 2. n. 168.
Thorhus Eduardus transfugit ad hæreticos. D. 3. n. 171. Inde plausus Lutheranorum. n. 172.
Thræti Hermanni Elogium. D. 2. n. 128.
Tridenti celebrandum Concilium Occumini cum decernitur. D. 1. n. 129.
 Quod tandem metus Contagionis dissolvit. D. 1. n. 140.
Tridentum Nostrum excurrunt. D. 4. n. 450.
Torrentinus Caspar Antonii Welseri moderator accedit Societati. D. 5. n. 360.
Trichseius Otho accersit Jajum Wormatiæ. D. 1. n. 122. Mittit Petrum Canisium ad Synodus Occuminicam. D. 1. n. 153. Collegium Augustæ ponere cogitat. D. 2. n. 104. Adebat primæ Nostrorum disputationi Ingolstadii. D. 2. n. 125.
 Fundat seminarium S. Hieronymi D. 3. n. 93. Dein & Academiam Dilingz. D. 3. n. 94.
 Est in Nostris clementissimus. D. 3. n. 127. Nostris Augustæ Sacellum S. Lamberti attribuit. D. 3. N. 114. Defuncto Lainio miro ritu parentat. D. 3. N. 134. Dilingano Collegio primum lapidem ponit. D. 3. N. 139.
 Ejusdem mors Nostris peracerba. D. 4. n. 57. Ejus Elogium. D. 4. n. 58. usque ad n. 70.
Turca baptizatur. D. 4. n. 188.
Typographia introducitur Friburgum. D. 5. n. 6.
Tyrolis à vera Religione nunquam descivit. D. 3. n. 37.
Tyrolis descriptio. D. 3. n. 36.

V. Valen.



INDEX Rerum & Verborum:

V.

- V**alentia Gregorius venit Ingolstadium. D. 4. n. 156.
 Convertit Praeconem Lutheranum. D. 5. n. 59. Disputat Lavingæ cum hæreticis. D. 5. n. 414. Optato cum eventu. n. 415. Ejusdem laudes. D. 4. n. 157. Ejusdem libri. D. 1. n. 199.
S. Udalrici perpetuum Augustæ Miraculum. D. 2. n. 110.
 Beneficæ septem ad piam mortem animantur à Nostris. D. 5. n. 341.
Vötterus Conradus Templi Cathedr. Ratisbon. Conc. refutat Schmidelinum. D. 5. N. 386. tum sacro è pulpito, tum editis libris. n. 387.
 Voti quarti de obedientia summo Pontifici prætanda origo. D. 1. n. 29.

W.

- W**aldekius Franciscus Monasteriensis Episcopus labitur in hæresin, quam & publicè profitetur. D. 1. n. 124.
 Qui tamen Divinæ Justitiaz cadit victima. D. 1. n. 125.
 Welserus Antonius Patric. Aug. Societati accedit. D. 5. n. 359.

Welserus Marcus vir amnorum sexaginta frequentat Augustæ Theologiam Moralem. D. 5. n. 470.

Winterius Henricus Carolo Archi-Ducis Ferdinandi Filio Moderator datur. D. 4. n. 249.

Wittweilerus Georgius mittitur Brundrutum in negotio fundationis illius Collegii. D. 5. n. 435.

S. Wolfgangi digitus Templo Ratisbonensi obvenit. D. 5. n. 441.

Wolfgangi Palatini propensoris in Ecclesiæ Catholicam animi initia. D. 5. n. 318.

Wolfgangi Principis Elvacensis Sancta Religionis Exempla. D. 5. n. 343.

Wormatiensia comitia solvuntur.

D. 1. n. 21.

Wormatiensis Colloquii ridiculus exitus. D. 2. n. 73.

Z.

Zugerus Marcus à signis Catholicis transfuga. D. 3. n. 173.

Zwingianus Praeco convertitur. D. 5. N. 126.

Zwingensis Satrapia fit Catholica. D. 5. n. 433.



